Tho: Smith

Sacrarum Profanarumque

PHRASIUM POETICARUM THESAURUS RECENS PERPOLITUS, ET NUMEROSIOR FACTUS,

OPERA

Mr. *IOANNIS BUCHLERI*, in Wicradt Præfecti.

Auctus signatis locis à P. *Nicasio Baxio*, cui jam demum solius Virgilii nomina *Synonyma* separatim à D. *Buchlero* addita sunt

Adhæret insuper Reformata Poeseos *Institutio*, *Musarum candidatis cognitu perquàm necessaria.*

Editio *decima quinta* ab innumeris mendis repurgata, nec non epitome *Historiæ* præcipuorum *Poëtarum* tum *Græcorum* tum *Latinorum* locupletata ex *I. Gerardo Vossio.*

LONDINI,
Impensis *Joannis Rothwell*, Bibliopolæ in Platea quæ vulgo dicitur **Cheap-side**, ad signum *Fontis* in Aurifabrorum vicinia. *MDCLVIII.*

John Makon
Book god give
him grate on it t
Look Scriptu
per me Johannem
Makon

Thomas Smith Book An. Dom. 1609

Joannes Buchlerus

PECTATÆ INTEGRI-
TATIS VIRO *Bernardo Gualterio.*

S. P. D.

EGo verò, *Bernarde*, partim ut tuæ ſatisfacerem petitioni, partim ut puerilium ſtudiorum commodis inſervirem, *Theſaurum* noſtrum Poëticum cum adjuncta inſtitutione, ſic ad incudem & limam jam octavum revocavi, ut facilè à lectore vel parùm attento; mihi ea in re ſtudium nec diligentiam defuiſſe, perſpici poſſit. Men-
, quæ inter excudendum irrepſerant, ſuſtuli. Non pau-
addidi. Cæterùm in omnibus præcipuam hanc operam
i, nè querimoniam brevitas, néve nauſeam copia poë-
candidatis moveat. Quam meam operam tibi rurſus
riptam & dedicatam offero, ut hi duo libelli familia-
is noſtræ pignus & Monumentum ſempiternum ex-
nt. Tu velim in hanc curam incumbas, ut elegantibus
s accuratè excuſos in eorundem manus propediem redi-
nas. Auctionem à P. Baxio factam, eodem quo inſerta
rdine inter excudendum, ſi è re tua videbitur, ſervare
tis. Vale quàm diutiſſimè, & *Buchlerum*, tui ſtudioſum,
re perge.

bellus de ſibi indito nomine ad Poeſeos Candidatum.

Theſaurus dicor, pleno ſeu copia cornu,
Omnes quòd ditem de locuplete penu.
us opum, cuivis promptus dare dona petenti:
inc niſi ſublato munere nullus abit.

Mille ferant, unuſvè, mihi par copia reſtat:
Sumendo noſtræ non minuuntur opes.
Poſt ſunt Theſauri Cræſi, Craſsique ferendi,
Noſtro, cum Dominis nam periêre ſuis:
Perpes at eſt noſter, ſeros ditátque Nepotes,
Et claros ex his reddit honore viros.
Quiſquis es accelera, cape quod tibi cunque placebit,
ut dives noſtris efficiare bonis.
At ſine judicio quidvis auferre caveto:
Optio cùm detur, quæ magìs apta cape.
Nec tua, nec me cujuſquam faſtidia pungunt;
Auferet hinc alius lætus inepta tibi.
Diverſis diverſa placent, ſordéntque viciſſim:
Quod non eſt modò, cras utile forſan erit.

M. Joannes Buchlerus à Glatbach, Præfectus in Wicradt luſit.

AD EUNDEM
DECASTICHON
PROTREPTICON
DIETRICHI OFFERBECII

QUi cum fruge ſtudes vatum noviſſe labores,
Illorúmque manu reddere & ore phraſes:
Nec vis incertis procedere ut *Icarus* alis,
Labi nec ſimili cum *Phaethonte* modo:
Hunc Theſauron adi, reſera, multúmque revolve:
Magna ſub exiguo corpore gaza latet.
Quâ ſi utaris, ubi rerum te affligit egeſtas,
Exiguo magnas tempore pandet opes.
Vendicat ut ſummus ſibi parva exordia ſplendor,
Flaminaque ut minimis magna replentur aquis:
Sic quoque cognitio vires acquirit eundo,
Atque hinc theſauros cogit & inde novos.

i properat temerè temptis ad ſumma puſillis,
Aſſequier ſummo ſumma labore nequit.
n eſt parva rudi primùm ſpernenda phaſelus,
ngenti donec nare trireme ſciat.
c duce carpe viam, portu nè forſan aberres,
Copia dives ineſt, aptáque verba metro.
od defit longo tibi poſt capietur ab uſu,
Rimando, quibus hæc gaza coacta, locos.

e hujus,& huic ſub finem adjuncta reformata Poeſeos Inſtitutione conjuncta lectione carmen paræneticum.

I duo ſi libri multúmque diúque legantur,
Efficient tandem Muſis & Apolline dignum
ocili cupidóque ſuo lectore Poëtam.
us habet doctâ congeſtos arte loquendi
bendique modos, illis docet utier alter:
ceptis omnem exemplis Poëſeos *artem,*
ecet illuſtrans, fugienda, ſequendáque quævis;
inis in genere integrè ſimul omnia ponens.
ſit plenus uterque, brevis tamen: ut citò dicta
ipiant animi dociles, teneántque fideles.
ibus ex puris tenet & puriſſima uterque
is, ô Philomuſe, tuis ſitientibus apta:
beat non antè tibi hinc hauri re pigebit,
tua tempora quàm fuerint perfuſa liquore.

Petrus Meyvius Gladbecus
poni fecit.

THESAURUS
Mr. JOANNIS BUCHLER, à P. F. N.

Baxio auctus, inque capita distributus juxta seriem Alphabeticam.

A.

ABBA VOX SYRA, PATREM significans,

*VEnerandus, venerabilis, vittatus, sacer, infulatus. Antistes mitrâ lituóque decorus. Archimandrita velut ovium μάνδρας, id est, stabuli, seu caulæ pastor. Cœnobiarcha. Ordinibus permistus, ut rem tueatur publicam. Præfectus. Antistes Cœnobii.

ABDERE, seu ABSCONDERE. * Occultare, retrudere, obtegere. Latebris committere. *Virg.* Abde domo, *subaudatur* in. Quolibet abde loco. Tenebris mandare, Oculis subtrahe nostris tam gratam speciem. Principi sensuum aliquid eripere. Speluncis abdidit atris. *Vid. abscondere, occulere.*

ABDOMEN seu PINGUEDO. * Abdomen crassum, pingue, nitidum, distentum, opimum. Venter multo abdomine tardus. Abdomen non saturabile. Abdomen suum curat. Fecit abdomen Deum: *in lurconem seu belluonem.* Multi gravis est abdomine venter. Animus ceu carcere pingui conclusus marcet. Grande saginati nil nisi ventris onus.

ABEL. * Justus, innocuus. Telo fratris peremptus. Qui sanguine primus tinxit humum moriens. Quem primus afflavit invidia Adamidûm. Abel primitiis ovium gregis læto convertit Domini sincera in munera vultum. Qui primus mortem subiit. Telo fraterno cæsus Abelus.

ABERRARE A VIA. Innumeras errore vias implere. Ferri dubiâ ambage viarum. Decipi errore locorum. Invagus incertas vias. Nunc huc, nunc devius illuc errare. Hinc inde errare. Incertis, dubiis passibus errare, agi, rapi, ferri. Pet devia ferri, rapi. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat.

* A

*Agi velut ratis orba clavo fluctibus in mediis. In trivi- perplexus hæret, pede & mente parùm constante. Fertur ut rvo excussa sagitta, validus quam turbo coegit declinare pum. Planeta erro, vagabundus, ambiguus. Aversari, refu- e emin s hoste viso. Horret ut agna lupũ, ubi vidit per- e cursu ad se contendere. Ut lanienam corpore toto pas- us reus, cui gelidâ formidine sanguis coit, & falsæ manât tempora guttæ. Fati recordatio mentéanimi expectorat.

ABERRANS. Sinuosis flexibus errans. Variis tractibus ans. Variis, dubiis erroribus actus. Variis hinc inde erro- us actus. Dubiis passibus, gressibus errans. Qui vagus ít- e reditq; vias. Quem devius error ducit in ambiguũ. Re- o de tramite flectens. Tenens, sectans, sequens erroris iter-

ABIGERE. Detrudere à statione, vel finibus hostem. gare aliquem oculis suis. Dare terga coëgit. In fugam a- e hostes. Aliquem à se disjungere longè. Hostes bello fu- re. Pellere regno. Disjicere, vel distrahere fugâ. Clara s stellas sole oriente fugat. Matura dies noctem fugârat.

ABLUERE MANUS. * Fontanâ manus undâ lavare. nus fluviali spargere lymphâ. Stillante guttâ, seu turnio depurgare manus. Concretus pariter fluvialì ergine sordes abluere. V. *Lavare.*

ABOMINARI, vide *Execrari.*

ABRAHAM. Olæ auctor Abramus. Innumeræ gen- pater Abras. Semen Abrami multis in gentibus olim rebat. Thariades, *id est*, Thariæ filius. Thariades. Sodo- m per vernas liberat urbem. * Pius. Numinis unius ob- vantissimus. Integer vitæ. Deo fidissimus Abram. Assertor is Sodomæ. Cujus semen arenas æquoris, & numero su- avit sidera cœli. Miraculum fidei. Abram parenti dictus, raham Deo Nati immolator unici. Qui pignus unicum ile dicavit victimæ. Pleõs Abramiâ quæ sata stirpe fuit.

ABSALON. Maachides, à matre Maacha. Maachides in- arma infœlici patri, Et stultâ populum comparat arte . Furit Absalon amens, Quærit & invito sceptra tenere o. Qui fratri antè, movet nũc impius arma parenti; Quo vo, salvum se putat esse minús. * Impius, sceleratus, nefa- s. Qui non est veritus thalamum violare paternum. Ty- nnus inglorius, qui regno patrem expulit, eique impia ulit arma. Vitâ regnóque Absalon exutus simul. Jessæi gis natus Cæsarie patulâ dependens Absolo quercu.

ABSCONDERE. * Oculis ſubtrahere, vel ſubducere. Rapere ex luminis oris. V. *Occulere.* V. *Abdere.*

ABSOLVERE. Aliquem de crimine tollere. Ablu crimine remittere. Indignum crimine ducere. An commo crimine mentis abſolves hominem, & ſceleris damnab eundem? * Abſolvunt crimina Myſtæ. Præſes Roman illigatos expedit. Paucis, at validis entheíſque verbis or ſubtrahit, reáſque animas tranſmittit in aſtra.

ABSTEMIUS. * Fugitans Bacchi, Oſor temeti. Ga det puris abſtemius undis. Merum abhorret. Fontanos p tat latices; at pocula Bacchi averſatur. Pellit aquâ ſiti aridam, quamvis meri copia fiat. In unda ſentit lacchu in laccho undam, tanta ceperunt hominem faſtidia vini

ABSURDA AGERE. * Ordine converſo facere omn Facere contra decorum. Orco cœlum confundere.]Delph num ſylvis appingere, fluctibus aprum. Humano capiti ce vicem jungere equinum. Liquidas concludere veſtibus u das. In tribulis ficus, in ſentibus uvas quærere, in flamm flammas, in mare fundere aquas. *V. Fruſtrá.*

ABUNDANTIA. * Copia, fertilitas, ubertas, dives fluentia rerum, fertilis uber agri. *ἀνέρθμοι μήλων χι ἀδες*, innumera ovium millia.]Pomis exuberat annus. ger morientibus æſtuat herbis. Quot flores Sicula naſcu tur in Hybla. Quótque ferat dicam terra Ciliſſa croc Quàm multâ fiat glãdine canus Athos. Ipſæ lacte domu referunt diſtenta capellæ ubera. Aſſyrium vulgo naſcen amomum. Incultíſque rubens pendebit ſentibus uva. duræ quercus ſudabunt roſcida mella. Blandos funde cunabula flores. Serâque revertens Nocte domum, dapib meſas ònerabat inemptis. Mella fluant, illi ferat & bus aſper amomum. Quótque in flore novo pomis ſe ſe tilis arbos Induerat, totidem autumno matura tenebat.

ACCELERARE OCYUS. * Maturare, feſtinare, oc exequi, impete ferri. Ocyùs & jaculis & ventis Fulminis ruere velociùs alis. Rumpere moras, Matura fugam, Celerare fugam. Haud multa morari, *pro* multú Accelerare gradum. Nec mora, nec requies. Rapidis fe paſſibus. Præcipitare moras omnes. Ferri properante de. Concitare celerem gradum.

ACCIPITER. * Rapax, ferus, velox, prædo. *Cui no à præda contigit, ταυσίαλεγος ὄρνις*, lativolus ales, *qui*

pat enti

patentibus alis volat.] Volucris rapto quæ vivit, & omnes terret aves. Nulli satìs æquus, in omnes sævit aves. Venans in aëre. Vivens semper in armis. Urgens trepidas columbas. Consequens pennis sublimem in nube columbam, comprensámque tenens pedibus uncis. Columbam apprensam auferens, & unco rostro eviscerans.

ACCUSARE. Falsis nè perge querelis Incusare tuos. Crimine agere reum. Incusare aliquem acri ore. Scelus retexere. Crimen alicui apparare. Crimine aliquem premere. Maculare nomen alicujus crimine. Lædere aliquē crimine. * Criminibus falsis insimulare virum. Intētare reo crimen. Impegisse mihi crimen diceris innocuo. Cur mihi dicta dies qui sum sine crimine? Grande horrendúmque tribunal cogis adire reum, nullo qui crimine vitam infecit.

ACHAB. * Impius, scelestus. Dirus Achabus erat sanctos qui cæde Prophetas Sustulit. Tectus centone vili cernuus it pœnâ sceleris exterritus Amriades; *erat enim Achab Amri filius.*

ACHILLES. Æacides, *ab avo.* Pelides, *à patre.* Nereïos heros, à *matre* satus Nereide. Jovis Æginæque nepos. Thessalus, Æmonius, Pellæus, Phthius, à *patria.* Timor Phrygum. Trojæ populator. Fatum Trojæ. Exitium Trojæ. Decus & tutela Pelasgi nominis. Caput insuperabile bello. Juvenis qui fortibus armis acta patris vicit. Qui dedit Hectora letho. Hector, & Alcides, & sanguinolentus Achilles. Thetidis proles. Thetidis filius. Chironis alumnus. ἀγηστὴρ μάχης, Fulmen pugnæ.

ACHITOPHEL. DAVIDIS ET ABSOLONIS Consiliarius. Consilium magnis regni de rebus initur: Præ reliquis princeps Achitophelus erat. Gilonites, *a patria.* Cúmque Gilonitem (quo non præstantior alter Consilio, aut ullo major honore fuit.) Audiret violâsse fidem, partisque fovere Adversas, subito concidit ipse metu. Ingressus patriæ natalia tecta Gilonis: Colla sibi innectit certo fallacia fune. Pœdum infœlici de trabe pendet laus.

ACTÆON. Autonoëius heros. Cadmi nepos. Speculator membra Dianæ. Fræda suis canibus. Actæon canibus præda fit ipse suis.

ADAM. Primus ín orbe reus, sons. Grandævus, protoplastus, primævus. Tellure rubrâ formatus. γενάρχης.

Princeps gentis humanæ] Terrigena. Primus pater. Primævus parens. Primus in orbe parens hominum. Tellure rubrâ formatus. Primus Adam captus mendacis fraude colubri. Evolve Annales, luteus tibi primus & unus Auctor cunctorum comperietur Adam.

ADJUNGERE Adscisere suis precibus. Adscisere generum urbi. Adjungere animum. Quæ vis immanis nostris vos applicat oris? Terræ applicare.

ADMIRARI. * Mens stupefacta fuit. Admiror, stupeóque. Attonitis hæsêre animis. Stupet inscia turba. Attonitis inhians animis. Olli obstupuêre silentes. Conversíque oculos inter se atque ora tenebant. Obtutu tacito stetit. Aspectu obmutuit amens.

ADOLESCENTIA. * Verna, florida, vivida, lubrica, in vitium flecti cerea, ætas mollis & apta capi, flosculus ætatis primæ, pars optima vitæ, ætas viridis, quæ nondum pervenit ad acumen.] O nec adhuc juvenis, nec jam puer utilis ætas. O decus atque ævi gloria magna tui. Dum nova lanugo est. Me primæ lanuginis ætas Abstulit, atq; anni Barba resecta mihi bísve semélve fuit. Et suberat flava jam nova barba comæ. Dum vernat sanguis, dum rugis integer annus. Primæ languinis anni.

ADONIS. Myrrhæ filius. Cynarâ creatus. Cythereïus juvenis, heros. Quo genitore creatus. Per facinus soror cui sua facta parens.

ADORARE. * Supplicibus votis sollicitare Deum. Animo cum corpore flexo Numen adorabat. Numen cœlestis precari. Cervicem curvare Deo. Ἀυχένα καμπτειν.] Numina sancta precari. Solennia vota reddere alicui. Supplex aris imponit honorem. Divûm templis indicere honorem. Supplicibus venerari numina votis. Numina sancta poscere. Deum in vota vocare. Mœstis Dominum implorare querelis. Precibus Dominum votísque vocare. Tendere ad sidera manus supplices. Duplices ad sidera palmas tendere. Genu terram, manibus petere supera astra.

ADVENTARE. * Propiùs succedere. Vicinum fieri. [Foribúsque propinquant. Terrásque citâ ratis attigit aura. Tangere vel premere locum aliquem. Venire in portum. Portum tenere. Portum subire. Considere ad portum. Portus delati intramus amicos. Condere se alto portu. Tangere carina solum, Ad littora tendere cursu. Tellure potiri. Te-

lure

rem velis arripere. Clavum ad littora torquere. Carinæ littora tangunt.

ADVERSÆ RES. * Sors inimica premit res noſtras. In me conſpirâſſe videntur cuncta elementa ſimul. Fortuna noverca ſit mihi. Aſpero mea fata tenore procedunt. Tempeſtas fera. Tempora nubila. Fata aſpera. Obruiingenti procellâ. Fortuna intonuit. Me profugum comites deſeruere mei. Fatis adverſis ferri. Caſu concuſſus acetbo. Caſu perculſus iniquo. Frangimur fatis, ferimúrque procellâ. In adverſum rapit Deus. Fatis urgetur acerbis. Non agitur vento proſpero noſtra carina. In pejus ruere, ac retrò referri. Si mens non læva fuiſſet. Fata retrahunt. Fata obſtant. Fortuna invidet. Fortuna fatigat. Fortuna inimica agitat, mergit. O ſola infandos Trojæ miſerata labores.

ADULATOR. * Blandus, melleus, perniciоſus, blandiloquus. Byſſina verba loquens, in ore nata, non in pectore. Hyblæo potiora melle verba propinans. Inſincerus amicus. qui ſe componit ad omnem majoris nutum, vitiiſq; imperat honeſta nomina virtutum, νόσῳ φιλίας, morbus amicitiæ adulatio, γαστρίμαργος, ventris mancipium eſt *adulator.*] Blanda loquens fallaciter ore. Dansblanda verba. Dulcibus ruens verbis. Fallere doctus verborum lenociniis. Blandas linguas,& pectora prava gerēs. Fallaci ore blāda loquens. Subdola verba fundēs blādâ linguâ. Vanos vendens ſumos.

ADULTER. * Mollis, turpis, ſpu cus, obſcœnus, nocturnus, cincinnatus, calamiſtratus, nitidus. Crimen adulterii committens, auſus vetitos attentare hymenæos. Veneris qui furta nefanda ſectatur, thalamóſque alienos inceſto polluit auſu. Concubitu indulgens vetito. Tori ſociam alieni invadens. κρύφιος συλήτως λέκτρων, Furtivus prædo thalami. Turpiter illa virum cognovit adultera virgo. Auſus es hoſpitii temeratis advena ſacris, Legitimam nuptæ ſollicitare fidem.

ADULTERIUM. Furta tori. Furtiva voluptas. Furtum Veneris. Turpe ſpolium pudoris. Injuria thalami. Furtivi fœdera lecti.

ADULTERIUM COMMITTERE. Temerare fœderæ lecti. Sociale rumpere fœdus. Lædere, deſerere fœdera ſocialia. Violare jura mariti. Jura jugalia non ſervare. Fallere jura tori. Rumpere vincula tori. Deſtruere toros legitimos Non ſervare fœdera lecti, vel ſocii tori. Conjugale ſolvere fœdus.

ÆACUS. * Incorruptus, severus, Iuridicus, non exorabilis ulli. Unus triumvirûm infernorum. Διος βλάστημα. Germen Jovis.] Asopiades.. Qui reddit jura silentibus. In pœnas ingeniosus. Continuò ad pœnam justus vocat Æacus umbram.

ÆDIFICARE. * Substruete. Moliri fundamina templi, domûs, turris.] Ponere, jacere fundamina urbis. Tecta locare, molirique aggere muros. Ædificare, fabricare, statuere, figere, condere, extruere mœnia. Mœnia prima locare. Ponere in montibus urbem. Murorum attollere moles. Mœnia constituere alicui. Congregare oppidum saxis. Cingere muris oppida. Æternam condere sedem. Ducere muros urbis. Gratissima condere tecta. Urbem componere terrâ. Cœptæ assurgunt turres.

ÆDIFICIUM. Opus, operis fastigia summi. Vastâ mole domus condita. Nobilium regalia tecta virorum Artificis decorata manu. Congestum cespite culmen. Fabrica parvæ domus.

ÆGROTARE. Tristes incessunt corpora morbi. Exangui squallent pallida corpora morbo. Tentari gravibus morbis. Exerceri, confici, affici pallenti morbo. Conflictari tenacibus morbis. Gravi decumbere morbo. Trahere ossa collapsa morbo. Atroci pressum decumbere morbo. Ima laborant continuis cruciatibus ossa. Gravibus morbi cruciatibus uti. Languor tabificus habet corpora. Totum corpus ingenti languore jacet sine viribus ægrum. Dira lues morbi acerbi invasit corpus. Artus depascitur arida febris. Tristi languebant corpora morbo.

ÆGROTUS. Invalidus. Artus invalidi. Invalidum corpus. Ægra, vel languida membra. Morbo languens, decumbens, squalens. Quem languor habet. Affectus, afflictus morbo. Morbo gravis. * Ægritudo me deartuavit, mihique hospitem me fecit. γειτων ἀιδι, Proximus Orco.

ÆGYPTUS. * Dives, fertilis, hiulca. Nilo fœcunda regio. Nilotica tellus. Oræ Niliacæ. Tractus Pharii. Ora Mareotica. Regio quam Nilus inundat, quam fugiunt imbres.] Ægyptica tellus. Carens imbribus. Genitalia arva Canopi. Arva Mareotica. Ægyptus cœli studiosa, Deorum prodiogosa parens. Pluviæ inscia regna.

ÆNEAS. * Tros Anchisades. Anchisæ soboles. Dardanius, magnanimus, Laomedontius, Dardanides, Phrygius, pius.]

us.] Æneïa virtus. Æneïa pietas. Nulli pietate ſecundus. magnus bello. Pietatis idoneus auctor. Anchiſâ genetus. Cythereïus heros. Danaûm ductor. Teucrûm dux clytus. Rex Dardanius. Rex Phrygius. Troïus heros. omedontius heros. Laomedontiades. Dardanius Æneas. roius Æneas. Maximus Teucrorum ductor. Natus Deâ. omanæ ſtirpis origo. Mavortius heros. Lux Trojanæ elaſſima gentis.

ÆOLIA. Domus Hyppotadæ regis. Hyppotadæ regum. Æolius carcer. Nimborum patria, loca fœta furenbus auſtris. Ventorum domus.

ÆOLUS. * Venti potens. Rex tẽpeſtatum, ταμίας ἀνέμων, omus & condus ventorum.] Hippotades ſuis truculẽtior uris. Rex tẽpeſtatum. Princeps ventorum. Frænãs, tenens, ohibẽs, compeſcens carcere vẽtos. Qui cùm velit, æquora cat. Ingenio populi convẽit ille ſui. Qui vaſto antro luantes venos, tempeſtatéſque ſonoras Imperio premit, & nclis, & carcere frænat. Qui mulcere poteſt fluctus, & llere ventos. Qui incutit vim ventis. Qui tenet immania xa, ventorúmque domos.

ÆQUALES. Pares annis. Parilis ætas. Et nunc æquatecum pubeſceret ævo. Fuit hic animis æqualis & annis.

ÆQUALITER. Nullo diſcrimine habere. Quatuin partes diviſum mẽſibus æquis. Juſta pari premitur vetti cum pondere libra Prona, nec hac plus parte ſedet, nec urgit ab illa.

ÆQUINOCTIUM. Tempora nocturnis æqua diurna. omponens paribus numeris noctemque diémque. Ætatorum Libra die cum tempore noctis.

AER. * Mollis, cedens, liquidus, tenuis, ratus, mobis, agitabilis, circumfuſus.

* Sola liquentia quæ volucres ſecant, magnum inane. lementũ humidiſſimũ. [Πέρης οἰωνῶν, Semita volucrum.]

ĕriæ plagæ, domus, oræ. Æthereæ oræ, auræ. Aërii tractus, mpi, volucres auræ. Rovolubilis, agitabilis aër. Liquius æther. Jupiter.

AER LENIS. Grata, mollis, placida, tepida, ſerena ura. Grata aëris temperies. Mollior aura ſpirans, volitans gero ſono. Zephyri ſpirantes mollibus auris. Leniter ſuirantes gelidis afflatibus auræ. Mitior aura temperans lum. Serenior aër blandum arridens, Aura ſibilans tenuis no.

ÆSCULA.

ÆSCULAPIUS. Phœbeius. Coronides. Phœbo, n… phâque *Coronide* natus. Proles Apollinis. Proles Apollin… Natus Apolline, Epidaurius.

ÆSTAS. *Fervida, torrida, pulverulenta, frugif… ſpicea. Anni pars aurea, quum ager meſſes fert pinguis … mas. Æſtas Phœbeis ignibus ardens quæ veſtit agros cul… Cerealibus. Spicea ſerta gerit calidiſſima ſolibus æſtas. … λυσιτελὴς ὥρα Cereale tempus.] Robuſtior annus. Form… meſſibus. Curvâ falce legens matura ſemina. Coronan… maturis ſpicis. Cùm calet, & medio ſol eſt altiſſimus or… Cùm pecudes umbras, & frigora captant. Cùm fundit Ca… æſtifer arva. Cùm medio toſtas æſtu terit area fruges. C… ſitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra eſt. Tempora … pera ſiti, atque extorrida æſtu. Cùm terræ ardore dehiſc… Ubi pulſam hyemem ſol aureus egit ſub terras, cœlume… æſtivâ luce reclusit.

ÆSTATIS TEMPORE. Ubi ardens æſtas ſcin… Phœbeis ignibus agros. Cùm culmis agros veſtit Cereali… æſtas. Ubi flavet dulcibus ariſtis. Quando ſeges p… ſim maturis flavet ariſtis, & falciferas poſcit adulta man… Cùm ſeges vel Ceres incurvâ falce reſecta cadit. Cùm æ… urit atrox ſervida brachia cancri. Cùm denſa Ceres cam… multicolore niter. Cùm torrida æſtas rapidis ſolibus ard… flaváque ſunt maturis frugibus arva. Herculei cùm ſol te… leonis adit. Cùm ſpicea meſſis campis inhorruit. Cerni… æſtivis campus cùm plenus ariſtis. Cùm Phœbus ſicci te… leonis adit. Concava littorei cùm fervent brachia Can… Tempore quo ſiccos Cancer adurit agros. Cùm meníis … eſt quem pulchra Jovis ſibi vindicat uxor, quo peragr… cancri ſidera ſolis equi. Quando viget campis riden… æſtas. Quando æſtas coronat ſe frugiferis ſpicis. Quan… blanda Ceres viget lætis agris. Ubi campus viget æſti… hirſutus ariſtis.

ÆSTUS. * Rapidus, anhelus, gravis, fervidus. S… ſub ardenti ſævit dum maximus æſtus. Phœbus altiſſim… ignes ſparſit. æſtuántque hiulca arva calore. Sirius ard… tes radios jacit.] Flamma. Vapóres, *pro* æſtu. Sicci ferv… Soles rapidi. Medios cúm ſola accéderit æſtus. Rapido fe… meſſoribus æſtu. Æſtus erat, magnúſq; labor geminave… æſtum. Solibus ætheriis altóque recanduit æſtu.

ÆTAS. * Rapida, fugitiva, nullâ revocabilis a… lubr…

ica. Cedere nata simul vita in luminis auras Intramus. Ætas aurea, argentea, ærea, ferrea, chalybæa. Ætas moribus apta. Apti moribus anni. Ætas inter juvenémque senémque. Primi sanguinis ætas. Omnia fert ætas. Utendum est ætate, cito pede labitur ætas. Dum faciles anni juvenum, dum mobilis ætas. Veniet lustris labentibus ætas. Ubi jam firmata virum te fecerit ætas. Deterior donec paulatim ac delocor ætas Successit. Cùm matura adoleverit ætas. V. *Adolescentia. Juventus. Pueritia. Senectus.*

ÆTERNITAS, ÆTERNUS. Æternúmque tenet per secula nomé: cui neque principium est usquam neque finis. Lux æterna, carituráque fine. Imperium sine fine. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. In æternam clauduntur lumina noctem. Mortis adempta est conditio. Fluit instar mobilis undæ vita brevis; quam nescia finis excipit æternitas. Punctum vita brevis quam perpetuitas subit, spatio quæ non clauditur ullo. Hæc momentanea vita est, ac si immenso comparetur guttula Ponto.

ÆTHER. * Sublimis, levis, liquidus, igneus, aureus, rutilus. κόσμου στοιχεῖον ἄριστον, mundi elementum optimum. σοφὸς ἁρμονίας πατὴρ, Sapiens compositionis pater. Igni namq; componuntur oprimè hæc infera corpora. ἀστρόπεπλον, stelli feram indutus tunicam.] Æthereus vertex. Ignea via cœli. Levé fugiens secat æthera pennis. Æthereas aquilâ puerum portante per auras. Vide *Aer.*

ÆTNA. Trinacria. Sicanis. Typhois. Rupes Ætnæ Ætneus ignis. Sulphureis ardens fornacibus. In immensum geminatis ignibus ardens. Gigantis injecta faucibus, cratere ardenti terribilis. * Ἐγκελάδοιο σκέπας, Enceladi tegmen. ὑψιλόφος, alticollis.

AFFLICTUS. Agitatus, jactatur, obrutus rapidis cuncturum fluctibus. Ingenti postratus mole. Omnibus mersus malis. Agitatus multis terrâque marîque periclis. Terris jactatus & alto.

AGAMEMNON. Tantalides; *ab avo.* Atrides; *à patre*, Atrides major; *propter fratrem*, Mycenæus ductor. Conjugis victima. Tyndarei gener Plisthenius vir. Trojæ vulator. Conclamant Danai, stimulátque Agamemnonem fontes.

AGANIPPE. Stagna Medusæi equi. Fontes Aganippidos. Hianthea Aganippe. Fons Aganippæâ Permes

educat undâ. Par Aganippææ ludere docta lyræ. Dic quæ fontes Aganippidos Hippocrenes, Graia Meduſæi fig tenetis equi.

AGER. * Pinguis, latus, lætus, almus, dives, frugife ferax, fertilis, amœnus, luxurioſus, fœcundus.] Renova aratro. Oneratus meſſibus. Veſtitus meſſibus. Hume flaventia culta Galeſus. Pinguia culta. Rus ferax. Et neat culti jugera magna ſoli. Imus in extremo marg fundus habet. Heu quàm pingui macer eſt mihi tau in arvo.

AGNUS. Agnoſcens matrem multis è millibus. B lans ad innumeras oves. Depulſus à lacte. Balatum exc cens. Luxu ians lætis agris. Subſiliens mollíque in grami ludens. Balatus matris per juga longa ſequens. Fœt ovium. Laſcivi ſoboles gregis.

AGNUS DEI. Agnus ſanctus, ſacer, innocens, innoxi qui ſignavit iter ad aſtra ſuo cruore. Cujus ſanguis dele crimina noſtra in alto jugo collis oliviferi. Hoſtia, victim data ſceleri hominum piando. Qui volens cecidit hoſt ſupero parenti. Mactandus ad aram ſacram crucis.

AGRICOLA. Villicus. Colonus. Ruricola. Agreſt Moderator aratri. Cultor agelli. Arva colés. Curvus, triſt durus arator. Dura lacertoſi fodiebant arva coloni. Cu duro parca colona viro. * Ruſtica pubes. Pauper ruris col nus. Ruſticorum maſcula militum proles. Sabellis doc ligonibus verſare glebas. *Horat.* Gravem duro terram q ſcindit aratro. Vilis, at utilis colonus.

AJAX. Telamonius. Telamone ſatus, creatus. Te lamoniades. Clypei dominus ſeptemplicis Ajax. Salam nius Ajax.

ALAUDA. Gaudens operis ruris adeſſe comes. Redi nuntia laboriferi veris. Quæ ſatura vagos gyros ducit aëre, & grates agit mũnifico Deo. Solãs amico cantu cura & ſtudia in agro agentium. Galeata caput. Blandiſona.

ALBUS. Candidior nive. Qui candore nives ante rent. Candidi cygno. Argento, lilio, liguſtro candidior pe átque nives & lilia cãdor. Par nitor intactis nivibu

ALCEDO. Cui notiſſima eſt ſors pelagi. Excludens i ho e pullos. Incubans hyberno tempore pendentibu more nidis. Memores Ceycis amati. Dulce querentes.

ALEXANDER. Dux Æmathius, Unus Pellæo j ven

eni non ſufficit orbis. * Æſtuat infœlix anguſto limite undi Æmathius dux. Dux Macedo totius mundi tremor. roles generoſa Philippi, cujus ſpes ac vota fuêre orbe to- o majora. Frænator orbis. Ad nutus qui fortunam habuiſſe idetur. Δρακοντιδής, Draconginea, Draconides. Ever- r ſuperbæ Babylonis.

ALLOQUI. Compellare ore, voce. Affari dictis. Acce- ere dictis. Adire ſonis. Aggredi aliquem dictis. Ad quem ſic oſea Thaumantias ore locuta eſt. Ad quem tum Juno ſup- lex his vocibus uſa eſt. * Hac affatus voce parêtem. Com- ellare virum, & mœſtas expromere voces. His vatem ggredior dictis ac talia quæro. Ita turbidus infit. Fidam ic fatur ad aurem. Ad ſuperos talia dicta dedit. *Catullus.*

ALTARE. * Ara ſumida, pinguis, teſſa, vaporata, thu- ea. Incenſa altaria circum. Divûm ſumantibus aris. Inde coronatas ubi thure piaveris aras. Lucent altaria flammis. Quum faceres alta. ia pinguia thure. Thure vaporatis lu- ent altaribus ignes. Non ad aram velut ad haram myſta enito.

ALTUS. * Sublimis, excelſus, celſus, elatus, procerus, ditus, arduus, aërius, eminẽs. Aërias intrãt faſtigia nubes. ubibus æquus. Sublime minánſque in æthera tectum. ubibus inſertans altis caput. Turris Antuerpiana conſur- it in æthera. Turris Antuerpiana vaſto aſpectu contendit lympo. Pyramis Aduatica lõgiſſima viſu, cujus vix corda eorem percipiunt. Propinqua moles nubibus arduis. Scal- igenum Pharos aëria.] Summo ſedet altus Olympo. Subli- e ad ſidera. Dum petit infirmis nimiùm ſublimia pennis. ctus ad ſidera. Vertice ad auras Æthereas tendit. Gemini- que minantur in cœlum ſcopuli. Regia ſolis erat ſublimi- us alta columnis.

ALVEARE. Alvearium. Alveus. Cerea caſtra. * Apes conſortia tecta urbis habent, magníſque agitant ſub legi- us ævum. Ipſæ ad prætoria denſæ miſcentur. Seſe in cu- abula cerea recondunt: Aulas, & cerea regna refigunt. lvearia vimine texta. Apum reſpublica mira exleges ter- igenas ſuſtundit.

AMARE. Ardere cupidine alicujus. Capi amore alicu- jus. Fovere amorem. Amor tui regnat in meo pectore. Ta- citum nutrire ſub pectore vulnus. Mea pectora mordet amor. Cæco carpitur igni. Æterno divinctus amore.

Ani-

Animus toto percepit pectore flammam. Tenere medio in pectore vulnus. *Percipere* totis ossibus ignes. Ferus amor flagrat in molli pectore. Flammis tacitis, ardentibus uri. Torquere, flagrare, uri, exardescere, inardescere amore. Amori indulgere. Sentire ignes. Amori gerere morem. Blandus amor stimulat præcordia. Sollicito amore implicitum esse. *Succumbere* fallaci amori. Rapido igne coqui. Gererea saucia corda telis Cupidinis. Veneris sub ossibus hærent ignes. γλυκὺ πικρὸν ἐδέξατο θεσμὸν ἐρώτων. Dulce amaram admisit legem amorum.

AMARE DEUM. * Dei amore flagrare. Divino incensum pectus amore. In Deum ruere totis animi flectibus. In te mens abiit Christe. Langueo amore tui. Acriùs ætheriis flammis mens uritur. Deficere ipse mihi atque omnis in Deum transfundier opto. Suprema ô meta bonorum, animique centrum, quin feror in te ocyús? Sim quidvis, sim ubi vis, ut prope te sim. Te sine vel cœlum misero reputabitur orcus: Tecum vel cœlo gratior orcus erit.

AMATOR. Sibi somnia fingens. Concipiens aspectu dolorem. Sentiens gratam sub pectore flammam. Quem furor exercet noctésque diésque. Cui sunt gaudia rara, curæ doló que frequens. Cujus ossibus tacitus ignis glíscit. Quem molliter urit amor. Dulcibus, mellitis, placidis, blãdiloquis verbis mulcere doctus. Miles modò factus amori. Amator est sibi cadaver, alteri vivit. Sibi abest præsens. *Plus* felli quàm mell's habet.

AMAZONES. Scutigeræ puellæ; *à securi, cujus fuerunt inventrices, quàq; in bellis utebantur.* Threïcix, à *Thracia.*

AMBIGERE. V. *Dubitare.*

AMBULARE. V. *Ire, Iter facere.*

AMICA. Quæ didicit fallere incautos amantes. Admotis repetens basia lasciva labellis. Ludens a blitio suo. Quæ movet ardores. Levior foliis, auràque incertior. Docta movere blandiloquis verbis. Blandis, flexanimis, suavibus verbis animos mulcens.

AMICITIA. Usus amicitiæ. Unus amicitiæ tenor. Fœdus amicitiæ non vis, carissime, nostræ: Nec si fortè velis, dissimulare potes. Donec enim licuit, nec te mihi carior alter, Movit amicitiæ tum te constantia longæ. Ante tuos ortus quæ mihi cœpta fuit. Qui duo corporibus, mentibus unus erant. Hic tenor, hac viridi concordia cœpta ju-

ven-

ventâ: Venit ad albentes illabefacta comas. Pene mihi puero cognite penè puer: Pèrque tot annorum seriem quot habemus uterque. Non mihi quam fratri frater amate minús.

AMICUS. * Alter ego. Te non superat mihi carior alter. Omnibus è meis amicis, vel millibus trecentis es antistes. Vita dulcior atque animâ. O meis mihi carior medullis. Ipse Menœtiades non sic dilectus Achilli, Aut Niso Euryalus. Quo Pyladi Orestes, id mihi tu. Pars animæ meæ. Damon & Pythias.] Pars animi. Pars desiderii. Fidissima pectora. Junctus amicitiâ. Hærens pectoribus. Longo cognitus usu. Manens in adversis. Theseâ fide pectora juncta gerens. Longo devinctus amore. Tu duris remanebas rebus amicus. Trepidæ dúxque comésque fugæ. Æternum conservans amorem. Quem virtutis nomine junxit amor. Cujus fida pectora junxit amor. Tu comes antiquus, tu primis junctus ab annis. Et comes & veri non dissimulator amoris. O penitus toto corde recepte mihi. Magnáque pars animi mecum vixistis amici. Dulcia convictûs membra fuere mei. Jure sodalitii qui mihi junctus erat.

AMNIS. Nimbis hyemalibus auctus. Vastis spatiosus in undis. Pecori damnosus & agris. Uberibus fœcundus aquis. Diversis lapsi de partibus amnes.

AMOR LEGITIMUS. Legitimo fœdere junctus amor. Jungens duo corda. Flagrans in pectore. Favor mutuus, pius, amicus, sincerus. His amor unus erat. Par fuit his ætas & amor. Sinceri amoris ardor. Pectora bina pari nodo arctans.

AMOR ILLEGITIMUS. Illecebris urgens pectora stulta suis. Levibus tangens præcordia flammis. Tristia corda fatigans. Urens igne medullas. Cæci Cupidinis ignes. Ignis lumine qui semper proditur ipse suo. Non ullis medicabilis herbis. Flamma. Ardor. Ignis. Faces. Fax pectoris. Calor. Incendia. Æstus. Pectoris æstus. Vulnus. Vis. Vires amoris. Furor. Res est solliciti plena timoris amor. Credula res amor est. μανία, insania.

AMOR DEUS POETICUS. Pharetratus puer. Filius Veneris. Toto qui volat orbe, incerta Cupidinis aura. Res immoderata Cupido. Puer ignifer, irsuperabilis. Idalius. Dulce genus Cythereæ. Telis & flammis instructus. Inflammans animos. Tactis saucians præcordia telis. Succendens pectora flammis. Versans hominum mentes amore.

AMORE

AMORE INCENDERE. Dare ignes. Incendia præbere. Amore torquere. Allicere, facere, dare amorem. Subdere calcar, addere ſtimulos amoris. Animum inflammare amore. Dictis divinum inſpirat amorem.

AMORE INCENDI. Trahere per oſſa furorem. Animus toto percepit pectore flammam. Novo igne carpi. Ignes in pectore creſcunt. Accepit ſolitam flammam. Cæcarpitur igni. Concipere, haurire ignes. Colligere, rapere ignes, flammas. *Accipere* ignes ſub oſſibus. *Concipere* pectore flammas. Aſſumere novas flammas. Incaleſcere igne. Succendi Cupidine. Inardeſcere ſpecie. Corripi imagine formæ.

AMPLECTI. Cùm dabit amplexus, atque oſcula dulcia figet. Ter conatus ibi collo dare brachia circum. Inque patris blandis hærens cervice lacertis. Conjugis ille ſuæ complexus colla lacertis. Déque viri collo dulce pependit onus. In amplexus. Complexu ſe non ſubtrahere alicujus. Tua ſunt collo brachia nexa meo. *Captare* colla lacertis. Amplecti lacertis. *Collo* infuſus. Dare complexus, amplexus nati petere. Optatos dedit amplexus, placidóſque petivit. Amplexæque tenent poſtes, atque oſcula figunt. Dant brachia collo. Amplexu alicujus perfrui. Ambire amplexibus. Hærere amplexibus. *Colla* lacertis premere. Innectere, tenere, tangere, adducere colla lacertis. Imponere lacertos humeris. Hærere collo. *Complexu* cingere. Fovere in ulnis. Implicare ſe collo alicujus. Ferre ad colla manus.

ANCHISES. Senex Phryx. Sarcina nati. Cum quo commune parentis Non dedignata eſt nomen habere Venus. Volucrum cui mater amorum, Gaudet in Idæis concubuiſſe jugis.

S. ANDREAS. *Andrea* germane Petri, ſanctiſſimæ Jonæ Progenies.

ANDROMACHE. Thebais. *Duri* militis uxor. Hectoris uxor.

ANGELUS. *Angelus* æthereus, aliger, alipes. Genius cœleſtis. *Cœleſtis* nuntius aulæ. Miſſus ab ætherea ſede miniſter. *Ales* juvenis delapſus ab alto Olympo. Sidereâ miſſus tibi nuntius arce. *Aliger* cœli vernantis alumnus. Lacer puer actus ab æthere præpes. *Aulæ* ſtellantis alumnus. * Nuntius æthereus, leviter ſuſpenſus in alas Reſtitit. *Alas* ſumpta membra librant alites cœleſtes. Qui animos noſtros

ros pernicitate mirâ antevolant. Tutores hominum ab or-
. Gens ætheris alti, velox ad *Dei* juſſa. Naturæ ſublimis
pex. Æviterni aræ cœleſtis indigenæ, rerum intima ſimul
rcipientes, non velut *Adamidæ*, qui res deducere rebus,
erſpectíſque ſolent effectis diſcere cauſam. Στρατιὴ πτερόεσσα, militia volatilis, alata, pennata. Κοσμαγοὶ, Mundi
otatores, movent enim corpora cœleſtia.

ANGELICUS COETUS. Cœli chorus aliger. Angelicæ, aligeræ, ætherææ mentes. Ætherææ acies. Militia ætheris alti. Agmina caſta, ſancta. Flammans acies ſuperûm. ligeri juvenes comites genti piorum. Volucres ſine corpoe mentes. Ætherei gens incola cœli. Volucres miniſtri miſſ ſiderea ab arce. Sine pondere turba. *Alituum* ſacrorum agmina mille. *Chorus* angelicus qui laude perenni celebrat Deum. *Cœtus* aliger ſervans juſtos inter diſcrîmina mundi. ura acies, aſſimilis flammæ per inane volanti. Mentes ſuernæ nullius rei neſciæ. *Angelici* chori. Ignea caſtra. *Co*ors ſpitituum plena caſto numine. *Cœlitum* turmæ. *Aigerum* genus. *Alituum* cœleſtium acies.

ANGLI. Britanni æquorei, cærulei, occidui, Brutigeæ. *Albiones.* Minimâ nocte contenti. *Colentes* regna præincta Oceano.

ANGLIA. Dives agri, dives pecorum, ditiſſima ummûm. Ignara luporum. Qua ſua ſemotus regna Briannus habet.

Anguis. V. *Serpens.*

ANIMA.

Anima immortalis, divina, vivax, motrix membroum, *Corporis* rectrix. Neſcia fati. Morte carens. *Poſt* ata, buſta ſuperſtes. Quam funera non capiunt. Quæ manet non peritura immiti morte. Mens divinitus ora, quæ nequit extingui corporis è vinclis quando ſoluta ugit. *Aura* regens artus. * Mens orta & cognata cœlo, flamen auræ, Numinis. *Pars* illa noſtra ignea, perſpicax, intelgens, quæ nil debet mortalibus parentibus. Ætheris ſoboes. *Divinæ* particula auræ: *loquendo Poeticè, ut in multis aliis quæ hoc libello continentur.* Θεότητος ἀπορρώξ, ſtilla ivinitatis. Κρείσσων μοίρη, pars melior. Πνεῦμα Θεῦ, *Dei* men.

ANIMÆ, MANES. Triſtes, taciti, ſilentes, mœſti anes, Inanis imago. *Corpora* functa ſepulchris. Umbræ.

ANIS

. *ANIMUS, ANIMARE.* Vigor animi. Confta
tia animi. Telo præstantior omni. Malâ ferrugine pur
Regens imperio motus in corde vagantes. Dirigens ner
flectentibus artus, nè errantes temerè, & sine lege ruat
Dare animum, revocare animum, mœstúmque timore
mittere. Vires animúmque ministrare alicui. Animis a
dacibus aliquem implere. Idem omnes simul ardor habe
Incendere vires. Suscitare vim, virtutem accendere. Re
dit in præcordia virtus. Ipse pater Danais animos, v
téque secundas Sufficit. Ingentes animos angusto corpo
versant.

S. *ANNA.* Anna diu sine prole fuit. Anna puerper
fortunatissima sancto.

ANNIVERSARIA. Lux quâ positis justa ferun
tur avis. Repetita mortis imago. Annua plangoris repet
simulanima. * *Virgil.* Annuus exactis completur mensib
orbis, Ex quo relliquias divinique ossa parentis Condid
mus terrâ, mœstâque sacravimus aras. Jamque dies, ni fa
lor, adest, quem semper acerbum, Semper honoratum (
Dii voluistis) habebo. Annua vota exequi, & solennes o
dine pompas. Sacra ferre quotannis. Anchisæ genitori in
staurat honores. Annua die facere pro defunctis. Die in o
bem redeunte parentat.

ANNUS. Annua mora. Spatium longius anno. Annu
volubilis, revolubilis, variabilis, quadrifidus. Juvenilior an
nis. Maturior annis. Veniet lustris labentibus ætas. In
sua per vestigia volvitur annus. Crescendo perit annus, &
pereundo crescit. Mensura rerum, mensium bis sex pate
qui mille ambitibus eodem redire solet.

UNIUS ANNI PERIPHRASIS. Annua no
illic tenuit mora. Signa Deus bis sex acto lustraverat an
no. Cùm sol duodena peregit Signa: Hîc mihi labent
pars anni magna peracta est. Annuus exactis complet
mensibus orbis.

ANNORUM DUORUM. Ut patriâ careo, bis fru
gibus area trita est. Dissiliit nudo pressa bis uva pede. Hi
tibi bísque cucurrit hyems.

TRIUM ANNORUM. Ut sumus in ponto, te
frigore constitit Ister. Facta est Euxini dura ter unda ma
ris. Tertius haud multò minùs est cum dicitur annus.

QUATUOR ANNORUM. Ut careo vobis Scythica
detrusa

rusus in oras, Quatuor autumnos Pleïas orta facit.

QUINQUE ANNORUM. In Scythia nobis quinquen- Olympias acta est. Jam tempus lustri transit in alterius.

SEX ANNORUM. Sex mihi natales ierant, cum le- parentis Ante diem lachrymas ossa bibêre meas. Hæc hi in Euxino bis tertia ducitur æstas Littore, pellitos in- agenda Getas.

SEPTEM ANNORUM. Per mare, per terras septima tat hyems. Septima jam vertitur æstas.

DECEM ANNORUM. Bis quino fœmina mense parit, mque ferè tracto duo per quinquennia bello. Ulysses tatus dubio per duo lustra mari.

UNDECIM ANNORUM. Alter ab undecimo tum me m ceperat annus.

DUODECIM ANNORUM. Addiderat annos ad duo tra duos.

SEXDECIM ANNORUM. Namque ter ad quinos um Cephisius annos Addiderat. Bis adhuc octonis inte- annis.

NOVENDECIM ANNORUM.

Quarta tribus lustris addita messis erat.

VIGINTI ANNORUM. Jámque decem vitæ frater minaverat annos. Occidit, & misero fleterat vigesimus nus.

QUINQUAGINTA ANNORUM.

Tempus ad hoc lustris mihi jam bis quinque peractis. Jámque decem lustris omni sine labe peractis.

NONAGINTA ANNORUM.

Et jam complêrat genitor sua fata, novémque Addiderat tris altera lustra novem.

TRECENTORUM ANNORUM.

Annos ter centum Nunc tertia vivitur ætas.

QUINGENTORUM ANNORUM.

Post ubi Roma potens opibus, jam secula quinque Vidit, edomito sustulit orbe caput. Vide *Parnassum.*

ANTRUM. Antrum obscurum, opacum, musco- m, lucis expers, lapidosis præcinctum rupibus. Specus late- osus, horrendus, virgis ac vimine densus. Latibula. Lustra via, avia, devia, inhospita, monstris horrêda, immania va- hiatu. Spelũca. Caverna, Cubilia ferarum. Spelæa fera- m. Pendêtia pumice tecta. Est specus ingens Exesi latere

in

in montis. Scopulis pendentibus antrum. Nympharum
mus. Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris. Spelu
alta fuit vaſto ſubmota receſſu Solis inacceſſa radiis. S
lunca altiſſima viſu. Umbroſa caverna, quæ Phœbi n
radios, & in avia deſcendit Tartara.

ANTUERPIA. * Urbs Aduatica quam reciproco
mine Scaldis alluit. Urbium ocellus. Belgiaci regina ſoli
poſita eois & occiduis gentibus. Princeps urbium incl
rum, quaſcunque Sol luſtrat Belgicus. Domus lepórum a
legantiæ ſedes, quæ habet invidendas ædium moles nubi
que riv ales: qua in urbe Mercuriale genus hominum, &
non plebeius eruditorum. Reflui inconſtantia Scaldis qu
conſtare facit: *Claudianus.* Portúſque relinquit Scaldi
certis ubi legibus advena Nereus Æſtuat, & pronas pup
nunc amne ſecũdo, Nunc redeunte vehit, nudatáque litt
fluctu, Deſerit Oceani lunaribus æmula damnis. Proſa

ANUS. Anile caput. Jam vitæ ſatura, & proxima let
Rugoſa facta ſenilibus annis. Vetula, edentula. Cui du
annis eſt cutis.

APER. Sus vulnificus, ſetiger, frendens. Fera Mœna
Media ſævus in ira. Obliquo dente timendus. * Fulmin
aper, cujus ſanguine & igne micant oculi, & horrida ri
cervix, ac ſetæ haſtilibus ſimiles inſurgunt. Torvos cuſp
fixit apros. Adacto in ilia ferro ſævit aper atque per ipſ
venabulum obniſus in altum tendit in auctorem cædis: p
let ilicet palpitátque metu cruentus latro, & à victo t
tùm non vincitur hoſte.

APERIRE, APERIRI. Cardine tacito vertere
res. Hiatu patulo janua verſo cardine aperta ſonat. Pan
tur foribus domus. Laxare, aperire, adaperire fores. Rim
que fatiſcunt. Panduntur portæ. Dividimus muros, & m
nia pandimus urbis. Apparet domus intus, & atria lon
pateſcunt. Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiſc
Reſerat ſtridentia limina conſul. Triſtéſque recludere p
tas. Pandite defeſſis hoſpita tecta viris.

APIS. Sedula, operoſa, Hyblæa, Cecropia, Attica, D
dala, florilega. Inſigne laborũ exemplar. Volitans per am
na vireta ruris odoriferi. Saltus ſilváſque peragrans. Ten
redolentia regna aërii mellis. * Apes examina grata freq
tant. Juventus Hyblæa favis emiſſa, per florida prata ince
curſu rapitur. Cerea caſtra movent ſubitò, variíſque inſi
flori

nens redolentia regna aërii mellis. * Apes examina gra- equentant. Juventus Hyblæa favis emissa, per florida ta incerto cursu rapitur. Cerea castra movent subitò, va- que insidunt floribus, strepit omnis murmure campus. pes per flores & thyma summa volant. Respublica flori- a, mellifer exercitus per inane vagans. Castæ volucres, æ dulcis Hymetti arva habitant, quæ de purpureis rosis lísque amaracóque suave legunt nectar. Hortorum redo- tium mellifici coloni. Rorilegæ puellæ. ταυροπάτορες, uri filiæ. *quia ex eo corrupto nascuntur.*

APHRICA, vel potius AFRICA.

* Fertilis, monstri parens, ardens, siticulosa. Terra Li- a. Jubæ tellus, leonum arida nutrix. Afra tellus mon- rum genitrix. Libyæ vertuntur ad oras.

APOLLO. Proles Latonæ. Stirps Latonæ. Latonia pro- Latonigena, Latonius. *Phœbus. Pæan.* Delphicus. De- Cynthius. Smintheus. Actiacus. Clarius. *Pythius. Pa-* inus. Leucadius. Lycius. Fatiloquus. Fatidicus. Veridi- us. Divinus. Oracula reddens. *Puisans*, impellens plectra yræ. Carminis auctor. Musarum, Aoniduum, Castalidum ix vatum Deus. Lauriger. *Parnassæus.* Stans pro Troja, us arcitenens. Grynæus Apollo. Thymbræus Apollo. inius Apollo. Deus intonsus, longâ veste. Augur A- llo. Soractis Apollo. Cui Delphica tellus, Et Claros, Tenedos, *Patarææque* regio servit. Delphos, Delonque ens. Fata canens. Qui citharam nervis, qui nervis tem- at arcum. *Per quem concordant carmina nervis.* Movens oniam lyram. Ad citharam non segnis & arcum. * Πιερίδων μουσάων. Musarum Rex, vel imperator.

APOLLONIA. * Alexandrina. Nilotica virgo, quæ fœ- us Apollineo grege solet insanos oris fugare dolores. *Pha-* teiaris alumna, sacra, pudica, alexicaca. Diva, quæ talium precibus solicitata fugat odontalgiam, acuta ium tormina doloréque infandos. Virgo virilis, quæ tardante senectâ, mortèque propositâ, & lacero crudeli- ore excussione dentium, ludificata carnifices, flammas it in medias, atque divinis ignibus usta superavit ignes nidos. Virgo inclyta, quæ sacri corporis exuviis Augu- iana delubra condecorat, qua levi flumine Zenna labi- quàque Scaldis refluus inundat. Quæ capit antiquo ens ab Apolline nomen.

APOSTOLI, Bis ſena virûm vis. Duodena tum Bis ſenos ſibimet Chriſtus delegerat omni ex numero. ſenos inter proceres lectiſſimus ibat. Numero ex omni legit amicos.] Bis ſenos, quìs cum curas durumque la rem partiri, & caſus poſſet deducere in omnes. Quibus erat inſidias piſcoſa ſecundum Flumina ſquamigerûm neri hamo tendere adunco, Atque innare ſalum, fœcun que piſcibus arva. * Juris Apoſtolici Proceres. Apoſtol ſenatus propiore Numine factus. Bis ſeni Heroës labor Chriſti teſtes, ſtemmate vix ulli, ſummi ſed viribus, q rum juſſu ſtellantis regia cœli clauditur illico, illicóque ter. κόσμου πύλαι, Mundi columnæ. Antiſtites Sacrorum.

* *Appellere*, quære *Navem appellere*.

APPROPINQUARE, Cominus ire. C ruiſu accedere magno. Adventare ad urbem. Foribus p pinquare. Succedere urbi. Greſſum ad mœnia tendere. Cy pum allabimur oris. Ad littora tendere. Foribus ſeſe in altis. Fit propior, terráſque citâ ratis attigit auâ.

AQUA, Terræ circumfluus humor. Simplicis hu aquæ. Contrarius ignibus humor. Liquor, Liquores. L pha. Decurſus aquarum. Cumulus aquarum. Aqua cur obliquis fluens. Cæruleæ guttæ. Aqua riparum mu clauſa. Murmur aquæ. Vena perennis aquæ. Unda ctus. * Pocula Acheloïa. Aëre quod minus eſt element aſt undique terram concludit gremio.

AQUA SUFFOCARI, Fata noviſſima d dere in æquore. Rapidis involvi, & ſubmergier undis. midis obrui, & miſere extinguier undis. Inter tum fluctus ſua claudere fata. Mergi ſub æquoreis undis. In pidis ſubmergier undis.

AQUILA, Ales Jovis. Armiger Jovis. Magni pes Aduncæ Jovis. Divûm gratiſſima regi. Avis quæ mina curvis Ferre ſolet pedibus. Avis quæ ſua fulmina tat terræ. * Præpes avis, & ſublime volans. quæ probat ſolem pullos, quæ fulmine neſcit contingi. Pedibus pr tor aduncis. πτηνοκράτης, volucrum regina.

ARABES, Palmiferi. Thurilegi. Panchæi. Panc rum. Gens odorifera Eoi. Multi paſtor odoris Arabs.

ARACHNE, Pater cui Colophronius Id Idmonia. Idmonis. Mæonis. Mæonia virgo. Lydia. domo parvâ. Habitans Hypæpis.

ARA

ARANEA. Invisa Minervæ. Texens, suspendens laxos & tenues casses in foribus. Deducens gracili pede filum, cùm leve opus nectit sub deserta trabe. Nectens operosæ retia detrabe. Aranea pendula. * Arida, sublimis, textorum ingeniosa magistra, de ventre remittens stamen. Quæ laqueatibus altis retia suspendit, & per inane volantes illaqueat reticas, ac circumagens, lento sub tegmine implicat alas.

ARCTOPHYLAX. Ursæ custos. Formam tergæ sequentis habet. Rootes Arcturus.

ARARE. Saleare, subigere, fodere, rumpere, sauciare, versare, premere, scindere, proscindere terram, arva, vomere, aratro, ferro. Campum fractis invertere glebis. Exercere, vertere, evertere, colere solum, humum, terram, agros vomere. Dente adunco recludere terram. Versare solum. Validis terram proscindere jumentis. Frangere humum rastris. Convertere semina sulcis. Glebam convellere vomere. Incumbere aratro. Confringere ferro tellurem. Solicitare humum. Terram domare aratro. Novare, renovare terram. Aratro solum patefacere. Eruere, movere, dimovere terram aratro.

ARATRUM. Curvi pondus aratri. Vertens glebas. Renovans terram. Aratrum uncum, adūcum, depressum, impressum.

ARATRO AD JUNGERE. Collum premere aratro. Jacere, vocare, trahere sub juga. Imponere jugum. Supponere oneri. V. *Jugum.*

ARBOR. Pondus arboreum. Robur, stipes, sylva, trabs. Foliis nudata cacumina. Arbor niveis uberrima pomis, Immensum viribus aucta suis. Solido stant robore trunci. Nubila celsa petens crescendo. Grata colono. Prodiga blandis ramis. Ferens præstantia munera dulcis fœtûs. Decora gratis fructibus. Onerata largis frugibus. Luxurians ripâ præcuntis aquæ. Inumbrans fluvium frondosis comis. Infixis tè radicibus hærens. Excelsos tendens ad æthera ramos. Tollens cacumina in auras. Latè tendens, extendens, spargens, jactans suos ramos, seu brachia. Gelido contermina fonti.

ARCADIA. A magno Arcade nomen habens. Tellus proxima sideribus. Mœnalis ora. Tellus Erymanthidos ursæ.

ARCANUM PRODERE. Arcanos alicui credere sensus. * Mentis penitos aprire recessus. Imi penetralia cordis amico prodere. Admittere aliquem in pectoris adyta, spectandúmque semet dare.

ARCTOS id est, URSA. Arctos alta parte glaci[illegible] poli sublime classes sidus Argolicas agit. Septentrio. P[illegible] Arcticus. Helice. Arctos gelida. Parrhasia, pruinosa, glac[illegible] lis. V. *ursa major & ursa minor.*

ENSIS. Cuspis. Ferrum. Gladius. Mucro. Acies. Ensis nudus, districtus, vulnificus, belliger, sanguineus, rigidus, nefandus, coruscus, fatifer, flammeus, fulgens, fidus, sævus, lethalis, acutus, sceleratus, furens, truculentus, trux, Martius, Mavortius. Transadigens costas & pectora rumpens. Abrumpens vitam, abrumpens stamina vitæ. Lateri capulo tenus abdidit ensem. Illi stellatus jaspide fulva ensis erat. Vaginaque eripuit ensem fulmineum. Falcato vulnerat ense Gladius acutæ cuspidis. Curvæ rigidum falces cuivantur in ensem. Ensem recludit Dardanium. Recoquit patrios fornacibus enses. Loricam indutur, fidoque accingitur ense. Humero simul exuit ensem Auratum mira quem fecerat arte Lycaon Gnosius, atque habilem vagina aptarat eburna. Vaginaque cava fulgentem diripit ensem. Strictis ensibus adsunt. Æratæque micant peltæ, micat æreus ensis. Nondum sceleratos rabies nudaverat enses. Altera terribili fulminat ense manus. Nec non sanguineo indignans et fulminat ense. Ensem tumido in pulmone recondit. Cuspis ferrata, acuta, vulnifica, aurea, sæva, violenta, rigida, fera, fulgens, valida. Sed Buten adversum cuspide figit. Librat sæva conjectum cuspide ferrum. Cuspide fulget acuta. Ferrum nudum, acutum, crudele, durum, dirum, strictum, missile, stridens, sanguineum. Corripit hic subita trepidus formidine ferrum Æneas. Hic ferro accingor rursus. Irruimus ferro. Sed ferro ancipiti decernunt. Agmina in arma vocat subito ferrumq; retractat. Non ulli est animus stricto concurrere ferro. Intima fatifero rupit præcordia ferro. Vitam crudeli abrumpere ferro. Ne triste perilia ferrũ transeat. Stat ferri acies mucrone coruſco. Stat, *i.e.* horroré videntibus incutit. Gladius immanis, hosticus, impius, mortifer, immitis, gramineus, vivans. Pars gladios stringunt manibus, pars missile ferrũ corripiunt. Gladii cum triste minantur. Mucro strictus, anceps, brevis, terrificus, furens, mortalis. Alii strictis mucronibus fortes obsidere fores. Brevibusq; habiles mucronibus enses. Talia vociferans sequitur, strictumq; coruscat mucrone. Strictis mucroni-

micronibus hostes irruunt. Usque ad nostra ferus pe
vit viscera mucro. Tabuit in calido vulnere mucro teni
ritur rubigine mucro ferreus. Stat pedes aurato mu
incinctus & hastâ. Lethalíq; ferit mucrone maniplos.
cruenta, horrida. Strictámque aciem venientibus offer
minea gladiorum acies, sævúmqve coruscat mucronem.

ENSE CINGI. Ense latus cingere. Præcingitur en
ator. Ensem lateri accommodare, aptare. Subligare e
lateri.

ENSEM EDUCERE. Stringere, exerere, nudare en
Vaginâ liberare, eripere ensem. Exuere, recludere en
Vaginâ educere ferrum. Vaginâ fulgentem diripit en
Distringere ensem. Eductúmque tenet vaginâ inter
ensem.

ENSE TRANSFIGERE. Ensem cominus in adversos
dere pectore. Ensem tumido in pulmone recondit.
dio latus haurire apertum. Adversum cuspide figit. Cru
per pectus exigit ensem. Metere quæque proximi
Capulo tenus abdidit ensem. Pectora trajectus ense
expectato.

EPISCOPUS. Sedet ipse sacerdos. Infula cum nitido
velat candida crines: Imbuat ut sacris animas, & mu
armis. * Antistes. Rector cleri. Præsul venerandus. Prin
sacerdotum. Rex sacrorum. Pontifex. Quem pontific
infula vestit. Pastor gregis Christiani. Gloria decúsque
tificum. V. *Abbas.*

EPISTOLA. Littera scripta manu. Orba numeris. N
tia luctus. Humida facta lachrymis. Nuntia sermonis.
monis fida ministra. Sermonis vice fungens. Optatam s
salutem. Calamo descripta veloci. Scheda, schedula bla
perarata verbis. Missa salutatum longis quæ venit ab
* γλῶσσης ἀμοιβαία, vicaria linguæ.

EPITAPHIUM. Signatum carmine saxum. Signat
pulchro nomina. In marmore nomen. Lapis inscript
super ossa notis. Tumulo superaddere carmen. Defunct
sculpere nomen. Tumulus nomina scripta tenet.

EPITHALAMIUM. Hymenæus. Hymen cantatus.
men sociale. Nuptiale carmen.

EPULARI. Turpi dare fræna gulæ. Ingluviem d
bus vinóque replere. Omnia multo labore parta vor
Bacchanalia vivere. Multivori ventris numina luxur
col

olere. Pocula plena mero vacuans noctéſque diéſque. Mutua inter ſe convivia celebrare. Multo hilarans convivia Bacho. Certatim inſtaurare epulas. * Quicquid ponitur hinc & indè verris, mammas ſuminis imbricémque porci. Regales epulæ menſis, & Bacchus in auro ponitur. Eximere famem epulis. Veſci nectare & ambroſiâ. Venas diſtendere Baccho. Gulæ morigerari.

EQUES. Agitator equorum. Qui curſus traducit equeſtres. Regens terga equi. Torquens frænis ora fugacis equi. Regens indomitum equum calcibus ferratis, Luctantia colla ferocis equi retorquens. Sublimi portatus equo. Vectus tergo velocis equi. Duris equi ora capiſtris frænans. Alite, ſpumante vectus equo. Rapidis invectus equis. Qui fertur equo. Qui audet ſe committere equo. Equos qui flectit habenis. Equo fidens. Equo inſignis.

EQUITARE. Terga equi premere. Vehi, invehi, ferri equo, vehi dorſo equi. Provehi equo. Quadrupede vehi. Inſidere equo. Quaſſere campos alite equo. Vehi tergore equi. Equo ibat in armis. Spumantem agitare equum. Equis furere. Spumantis equi fodere calcaribus armos.

EQUUS. Cornipes. Alipes. Ignipes. Quadrupes. Sonipes. Quadrijuges. Jugales. Curſus equi. Ope equinâ. Pecus equinum. Equi ſpumantia terga. Colla luctantia equi. Campo ſe arduus inferens. Spirans naribus ignes. Contra ſua fræna ferox. Dans mollibus ora capiſtris. Mandens ſpumantia frena. Obluctans frænis. Fræna recuſans. Elatâ cervice ſuperbus. Latè loca complexus hinnitu acuto. Stimulis agitatus & irâ concitus. Inſultans armis, flammáſque vomens naribus. Qui fulvum mandit ſub naribus aurum. Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

EREMUS. V. *Deſertum.*

ERIGERE. * Tollere ſe in auras. Elevare. Tollere ſemet humo. Caput altiùs efferre. Caput inter nubila condere. Cælóque attollere molem certant. Tollere ad ſidera palmas. Educere cælo turrim. Tollemus in aſtra nepotes. Utraque cælo brachia porrigere. Imo tollere de gradu mortale corpus. Ab humo attollit amicum. Attollit in ægrum ſe gemur. Tollit ſeſe quadrupes, & ferit auras pedibus arrectis. De terra ſublimem levare. In ſublime ſemet ferre.

ERRARE. Error malus me abſtulit. Succumbere culpæ. Decepit me irremeabilis, inextricabilis error. Hinc inde vagari. V. *Aberrare.*

ERRO. Incertâ ſede vagans. Toto orbe vagari. Per dias urbes agitur, ſaltù que peragrat.

ERUBESCERE. V. *Pudere.*

ESAIAS PROPHETA. Amoſides. Cui pater Am Dividit Amoſiden in partes lamina ſerræ. Natus Amos, J clara de ſtirpe nepotum. Afflatus ſancto vates præco motu. Vates, quem vates edidit Amos. * Archipropha Editus Hebræis regibus Amaſides.

ESSE. Me capit ultima tellus. Aſpicit & vultus Gal terra meos. Illo Vi gilium me tempore dulcis alebat Par nope. Hic domus, hæc patria eſt. Adhuc tua meſſis in hi eſt. * Stagna colit, ripiſque habitat. Accolere Nilum. G gitis ima tenet. Urbem tenere. Urbs antiqua fuit, Tyri nuêre coloni. Urbem colere Aliquâ conſiſtere, terrâ. In tus ſum ubi ſiſtere detur. Urbes habitare magnas. Hab Habitare vallibus imis.

EVA. Conjux & leges & fœdera ſolvens. Heu quan nocuit toti tunc unica mundo, Inſidiis Satanæ fœmina fa nocens. Prima parens. Eva parens nimium blandis, h credula dictis. Quæ virum ſua ſecum in fata loquendo tra * Prima rea. *Prima mali labes.*

EVADERE. * Caſus evaſerat omnes. Vinclis excide Libycis ereptus ab undis. Iliacis erepta ruinis. Eripui letho, & vincula rupi. Telis elapſus Achivûm. Omnem videbat evaſiſſe viam. Medióſque javat fugam tenuiſſ hoſtes. Effuge littus iniquum. Laqueo expedire ca Peſtem evadere belli. Non bene de laxis caſſibus exit a Fugâ ſalutem quærere. Avis vife utis effugit alis.

EVAGINARE, V. *Enſem ducere.*

EVANDER. Advena. Arcas Exul ab Arcadia. Nonu heros. Pallantius heros. Latios Evander in agros Ven Evandrus, Genus alto à Pallante profectum.

EVANESCERE. Evaneſcere tenues in auras. Fugere l in auras. Vaneſcere, ire, abire in auras. In nihilum red referri. Tenues receſſit in auras. Tenues fugit ceu fu in auras. Mortales viſus medio ſermone reliquit, procul in tenuem ex oculis evanuit auram. Noctiſe imm cuit atræ. Exire, excedere, dilabi in auram. Tenues ſe ſuſta ales in auras. Spiſſis noctis ſe condidit umbris. Procul nè lis obſcura receſſit. Effugit imago Par levibus ventis, vo que ſimillima ſomno. Tenues receſſit conſumpta in vent

Cerne

ernere ne quis eos, neu quis contingere posset. Infert le ne- lì septus, Per medios miscétque viros, neque cernitur lli.

EUCHARISTIA. Hoc est corpus, ait, meus hic de lnere sanguis undendus, commissa hominum qui diluat mnia. Vita piis erit, atque eadem mors fontibus esca. Ut- o eodémque salus fluet atque è fonte venenum. Sic ait, at- ue suis manibus sese ipse ferebat. Ipse onus, ipse oneris arirer moderator & auctor. Ipsum se nobis epulandum æbet.

EVELLERE. * Eruere. Domos avium cum stirpibus is eruere. Disjicere moles, & avellere saxis. Viridem syl- m ab humo convellere. Vellere arborem solo, ruptis ra- icibus. Virgas lentas convellere. Magno nixu hostilia ag- redi, & genibus adversæ arenæ obluctari. Tempestivam vis evertere pinum. Segetem à radicibus imis eruere. In- mitus turbo contorsit flamine pinum. In pueris vitiorum ellere fibras.

EVITARE. V. *Evadere.*

EVERTERE. Æquare solo urbis muros. Vi frangere es. Cœpit quassata domus subsidere. Eruere urbem, & æ. are solo. Præcipitem dare. Urbem à culmine sternere. ndamenta quatit, totámque à sedibus urbem Eruit. Ferro scindere gentem. Urbis mœnia destruere. Vertere ab imo nia. Res vertere fundo. Ferro violare omnia. Urbem ru- e, diruere, subruere, dejicere, evertere, perdere, concutere. Et sa ruinam cum sonitu trahit. Traxit jugis avulsa ruinam.

EUMENIDES. Sacro crinitæ angue sorores. Genitæ nocte sorores. Vipereæ sorores. Pœnarum triplices deæ tor- vittatis angue capillis. Carceris obscuras quas ferunt an- sedere fores. V. *Dæ Tartari.*

EUNUCHUM FACERE.

Membra secare viri. Cædere membra virilia. Auferre in- imis onus. Subsecare partes viriles. Exscindere se.

EUROPA. Sidonis. Tyria. Agenore nata. Cadmi soror. monis pellex. Illusa imagine tauri. Vecta bove falso. Simu- to vecta juvenco. Virginâ tenuit cornua falsa manu. Pars jus terræ tertia nomen habet.

EXAUDIRE. Preces tangunt, movent, valent, pondus bent. Flecti, vinci precibus alicujus. Annuere precibus. eces habere ratas. Excipere, accipere preces molliter. An- ere optatis. Pro te mea verba valent. V. *Preces audire.*

EXCELLERE INTER OMNES.

* Omnes supereminere. Esse pulcherrimum ante omne alios. Inter omnes celeberrimus unus. Caput efferre inte omnes. Cedere nemini. Nil majus generatur ipso. Nec get quicquam simile, aut secundum. Micat inter omnes qu ti noctiluca, seu Delia inter minores ignes. Inter Latias gl ria prima nurus. Toto vertice supra est. Celsus medio ca spectus in agmine Cæsar. Nihil in terris ad finem solis ortu Clarius excepto Cæsare mundus habet. Tantum pra alios, quantum Pegasus anteit cæteros equos. Est meta la dis. Phœnix, atque unicus inter omnes.

EXCITARE & EXCITARI à mortuis.

Animas revocare ab orco. Socios à morte reduxi. Redd re vitam. Adimere letho. Animam reddere ademptam. Laz rus è tumulo Christo inclamante resurgit. Et duræ mortis l resoluta perit. Rursus corporeos animæ mittuntur in aur Ad lumina surgere vitæ. Revocari à morte, ab umbris inf nis. Vitam recipere. Redit lux alma. Iterum vitales carp auras. * Christus redivivus in auras prodiit. Lazarum Chr stus jubet vigere reddito spiramine. Christus restituet functa cadavera vitæ. Dispersa vigor per membra volu Æstuat, & venis redivivus sanguis inundat. Iterum ter convexa tuetur ad auras superas excitus.

EXCITARE & ECXITARI SOMNO.

Somnos abrumpere. Corripere è somno corpus. Abig quietem noctis. Expellere curriculo somnum. Resolv membra somno. Excludere somnos. Excludere pectore so nos. Somnus reliquit me. Somnus abit. Somno excuti. Vi nox somnúsque reliquit.

EXCORIARE & EXCORIARI.

Tergora diripiunt costis, & viscera nudant. Clamanti tis est summos direpta per artus. Jugulant pecudes, & vis vivis eripiunt. Nudáque direptâ pateant tua viscera pe * Totus erat vulnus, cruor undique manabat, detectique tebant nervi, tiepidæque sine ulla pelle micabant venæ.

EXCUSARE. Hoc non te tutum facit. A culpa exim Crimen removere. Culpâ liberare. Si qui meis fuerint erunt, vitiosa libellis, Excusata suo tempore, lector, hab

EXCUSANDI MODUS. In mare fundit aquas, & na sylvis infert qui tibi carmina mittit. Dat apibus Hyb is, *id est*, optimis, Corsica mella, *id est*, pessima, qui

tibi versiculos. Est tamen exiguæ quædam gratia Mu-
. Nostra Thalia verecundo te accedit pede. Musa nostra
tuit judicium tuum. Excusa nostras apinas tricásque. Ma-
es majora sonent, nos taliâ loquimur, qualia finit Thalia
qui.

EXECRARI. Effundere verba in aliquem. Verba execran-
in nomen alicujus emittere. Diris devovere. Dii tibi dent
llósque lares, inopémque sanectam, Et longas hyemes,
rpetuámque sitim.

EXEQUIÆ. Pompa funeris. Supremi honores. Ducit
premos nænia nulla choros. Funeris exequiæ. Funus la-
ntabile, lachrymabile, miserabile, flebile, lugubre, triste,
estum. Funeris atra dies.

EXEQUIAS FUNERIS PROSEQUI.

Solvere, peragere justa alicui. Exequias ritè facere. De-
rare supremis muneribus. Dare munera feralia. Reddere
muli honores. Ducere tristia funera. Funera ducere per
bem. Ducere tristes exequias frequente cœtu. Extinctum
premo efferre honore. Multo planctu & lachrymis obor-
comitari funus. Largiri extremum funeris honorem. Tu-
lo munera ferre suprema.

EXERCERE. Colere, excolere, tractare aliquid. Aliqua
sarier in re. Cæstibus & jaculis dare brachia experien-
* Noctésque diésque in re al qua conterere. Est totus in
. Hoc secum cogitat unum. Hoc agitat solum. Huc a-
ni nervos omnes cogit. Fixus in hoc animo.

EXERCITATIO. Exercitium. Usus assiduus, sedulus, in-
fessus. Omnia vincens. Superans dura, ardua, difficilia.

EXERCITUS. Acies. Agmen. Caterva. Manus. Turmæ
es. Clypeata cohors. Armata turba. Armifera, armigera,
latrix, horrenda caterva. Armatũ agmen, fulgens, coruś-
s ære caterva. Numerosa, fremebunda, furibunda cohors.

EXERCITUM CONSCRIBERE.

Cogere ad arma viros. Glomerare manum virorum. In ar-
vi os suscitare. In arma vocare. Concitare in arma viros.

EXHORTARI. Nunc prece, nunc dictis virtutem accen-
animos, viréque secundas sufficere. In antiquam vir-
m, animósque viriles excitare. Incendere, inflammare
num alicujus. Aliquem voce movere, variis instigare vo-
s socios. Animos tollere dict s. Dare animos. Vires ad-
e. Juno vires, animúmque ministrat.

EXILIO MULTARE & MULTARI.

Adimere patriam. Demere humum natalem. Patriâ ex-pellere. Pellere, ejicere, prohibere urbe. Patriâ jubere abesse. Pellere aboris patriis. Patriæ fines, & dulcia linquere arva. Alio querere patrium ſub ſole jacentem. Patriâ ex-cedere.

EXIRE. Portis ſe efferre. Tecta relinquere. Erum-pere portis. Excedere adytis. Se extra tecta terre. Effun-greſſum. Limina relinquere. Diſcedere loco. Patriâ diſcedere terrâ. Se tectis effundere. Se fundere portis. Tecto & tecto exire, egredi. Exire limine tecti. Prodire è domo. Prodire tectis.

EXONERARE. Animum odiis exonerare ſuum. Ego te hoc faſce levabo. *Demere ſarcinam. Excipere onus alterius. Atlantis præbere vicem.

EXPANDERE. *Laté ſeſe extendere. Latè ramos, & brachia tendens. Alas pandere ad æviſtum ſolem. Dederantque comas diffundere ventis. Crinibus Iliades paſſis. Sparſum odoratis humerum capillis. Sparſis per tergum capillis. Pandiculans oſcitator inertia membra laxat auras.

EXPERIRI. Nil intentatum, inexpertum, inau-relinquere. Quid tentare nocebit? Copia vini tentat gu-ſus. Tentamenta pangere. Tentare Tethin ratibus. Peri-tari omnia. Spectamus in ignibus aurum. Per varios u artem experientia fecit. * Tentare vafras artes. Omnem m vere lapidem. Audere ſe committere Ponto ignoto. mum alicujus tentare precando. Videre quid experie poſſit. Cuncta prùs tentanda priuſquam Mavortem ſuſce Vires ſuas experiri. Metiri ſua pondera.

EXPLICARE. Rem omnem pandere ordine. ductum verbis vulgare dolorem. Arcana movere, retex retegere, revelare, prodere. Fas mihi Grajorum ſacra ſolvere jura. Expediam dictis, & te tua fata docebo. animos cauſas tantarum expromere rerum.

EXTINGUERE. *Reſtinguere ignem fontibus. De bus ignem excutere. Subducto ſtipite flammam exani Abſumptis viribus ignem extinguere. Nutritur vento, v que extinguitur ignis. Flammam necare. Lenis alit flam grandior aura necat. Vulcanum undâ ſuperare. Lymph jectâ domare ignes.

EXP

EXPULSUS, EXUL. Hinc indè errans. Patriis sedibus excussus, & per terras urbésque vagans. Errans per varios casus, per dira pericula vitæ. Sedibus incertis errans. Aliena limina lustrans. Pulsus, fugatúsque urbe suâ. Cui perpetuò propriâ tellure carendum est. Cui urbs suo non adeunda pede. Finibus extorris, actus, pulsus, expulsus, ejectus. Lustrans vagis erroribus orbem. Huc illuc sine sede domóque vagans. Non capiens ulla in regione locum.

EXUERE. Ponere vestem. Ponere velamina de corpore. Ejicere, eripere amictum. Rejicere vestem ex humeris. Exuvias ponere. Membrorum artus nudare. Paret Amor dictis charæ genitricis, & alas Exuit.

EZECHIAS. Achasides, filius Achasi. Rex colubrum qui fregit ahenum. Achasides patris vestigia fœda relinquens: Flagravit Domini totus amore Dei. Abide natus agit grates, Dominúmque celebrat; *à Mâtre siodictus.* Ezechias dirum genuit feritate Manassem.

F

FABA. Duræ culmen inane fabæ. Ventosam betis, si sapis, adde fabam.

FABER. Artis fabræ celeberrimus. Persia aromatibus, validis Germania fabris. Aurifaber. Probans vim auri. Fulvum spectans in ignibus aurum. Purgans aurum atque argentum à scoriis & fæcibus.

FABULA. In vanum fabula ficta jocum. * Non indigna referri Fabula plena joci. Commenta Poëtarum. Garrire fabellas aniles. Mendacia vatum verborum pigmentis adornata. Fabularum Architectus. *Ovidius.* Fabella bella. Veritatis umbra. Somnia deliri cerebri. Fallacia quanquam commenta oblectant, & quæ nusquam sunt, in animis tamen voluptatem cient.

FACERE. Solus & artifices qui facit usus erit. Hoc age. Actum agere. Exequi, peragere, conficere, efficere opus. Gerere, administrare munus.

FACILE. Pœna non est grandis. Facile ut somno aggrediare jacentem. Omnis ad accessus Heliconis semita tru, est. Non est ad astra mollis è terris via. * Ptoclive factu. Volens facilísque sequetur. Res non difficilis mihi videtur. Non est operosa res volenti. Quàm facilè vulpes pyrum co[illegible], tam facilè, &c.

FALLERE & FALLI. Vanâ ſpe luſit amantem. Calida ſtultas decipit eſca feras. Animum deluſit Apollo. Niſæ deceptus amore. Et cœli toties deceptus fraude ſereni. Primus amor deceptam morte fefellit. V. *Decipere.*

FAMA, id eſt, RUMOR. Volucris præconia famæ. Murmura incertæ famæ. Mala murmura vulgi. Nuntia, prænuntia rerum, Major poſt cineres. Malum quo non volocius ullum. Tam ficti pravique tenax quàm nuntia veri. Quæ nulla facta diu latent. Magnarum nuntia rerum. Quæ tamen incautos fallere ſæpè ſolet. Parva metu primò, poſt ſe attollit in altum, Ingrediénſque ſolo, & caput inter nubi condit. Volans præpete penna. Mobilibus veniens penn per inania cœli. Rumor hinc indè volans. Diſpergens falſ * Ea fama vagatur. Fama volat. Incredibilis rerum fam occupat aures. Rumor volat pernicibus alis. πλεῖον κακὸν malum alatum.

FAMA pro LAUDE, item FAMOSUS.

* Fama perennis, neſcia lethi, quam nulla vetuſtas d ruet. Toto notus in orbe. Fama porrecta ab ortu ſolis ad H perium cubile. Te fama jugalibus aëriis ſublime tollit, atq ſubducit hominum fæci. Quacunque Phœbus fama ſe t dit tua.

FAMES. Ardor edendi. Cupido ventris. Alti vora ventris. Vacui incola ventris. Hominum truculenta tyranni Rabies edendi. Rabies improba ventris. Amor edendi. * P lida gerit ora fame. Peſſimâ torqueor eſuritione. Me imp ba ventris exagitat rabies. Fatigat me ex longo collecta r bies edendi. Furo ſtimulante fame. Fames me premit o fidione gravi. Rabidi jejunia ventris me cruciant imman quantum. Torpent membra fame.

FAMEM DEPELLERE. Comprimere, reſtri gere famem epulis. Levare, pellere, depellere famem. Paſce ſolvere, placare, ſedare jejunia. Eximere famem. Concuſſ que famem in ſylvis ſolabere quercu. Amor compreſſus dendi.

FAMULA. Studioſa, fida, officioſa, obſequioſa miniſtr Obſervans mandata dominæ. Ad nutum parata. Serva ag lis, ſedula.

FAMULUS. Servus. Miniſter. Adminiſter. Flexo pop te cernuus. Facilis ad juſſa expedienda, munia obeund Obſervans lumine mobili omnes domini geſtus. Omn

mpti gerens ad nutus heriles. Cujus intenta lumina he- rientur.

FASTIDIRE. * Adve ſari, abhorrere, refugere. Tædia mihi, Amor tuus verſus eſt in tædia noſtri. Movere faſtidium. Poſitæque movent faſtidia menſæ. Veniunt mihi tædia te. Eſt mihi grave nimis, & nimis moleſtum. Res illa omachum ciet mihi. V. *Abhorrere.*

FATUM. Ethnicôs. Ferrea decreta ſororum. Fatalis lex. nor fati. Conſilium Deûm. Fatum immobile, inexorabi- ineluctabile, inevitabile. Occulti miranda potentia fati. ternus ordo fati. Quod Dei juſſu fixum fundatúmque te- tur. Dans metas cuique ſuas.

FATA VOLUERUNT, Ethnicôs. Sic fata tulerunt. Sic ta ferebant. Sic omnia fatis in pejus ruere. Fata obſtant. ta movent. Sic erat in fatis. Fatis adactus. *Præceps agit* nnia fatum. Certum eſt, & inevitabile fatum. *Potens nil* ntra immobile fatum.

FAVERE. Bene velle, cupere. Aliquem fulcire favore, deſſe cœpris. Annuere votis. Dexter ades tuo numine, nguis animiſque favere. Dare ſe alicui placidum. Reſpi- re aliquem vultu placato. Mite caput, placatáque cornua rte huc. Et des ingenio vela ſecunda meo. Aſpiret primo rtuna labori. Ferte viam venti facilem, & ſpirate ſecundi. ſis pede Diva ſecundo. Conſulite & rebus ſuccurrite du- . Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Da facilem ſum, atque audacibus annue cœptis. Quiſquis es, ô fa- as, noſtríſque laboribus adſis. Votum ſecunder, qui po- ſt, noſtrum, Deus. Regia, crede mihi, res eſt ſuccurrere ſis.

FAUNI. Bicornes. Dii ruris. Numina ruſtica. Numina ris, ſylvarum.

FAX. Vires bitumineæ. Pingues lampades. Flammiferæ mas. Fax de ſtipite facta. Accenſo igne micantes faces. Tæ- pinea. Fax multifida. Fax ſine luce. Fax mortis. Fax tha- mi. Lachrymoſo ſtridula ſumo.

FEBRIS. Immodicus corporis ardor. Toto in cor- re pugnans. Paſcens, depaſcens artus. Rapido furens mbris omnibus æſtu. Torrens ora anhela continuâ . Atida, anhela, peſtifera, tremula, ardens. Febrilis rror.

FEBRI LABORARE. Ardere febribus. Æſtuari

febrili dolore. Anhelis febribus uri. *Febribus infestis jacet* peruſtum. Sævâ laborare febri, quæ membra torret ut ardenti foco. *Febris vellit, convellit, macerat præcordia.* Torrentur febribus artus. *Febris arida depaſcitur artus.*

FOELICITAS. V. *Proſperitas. FOELIX.*

* Fortunatus. Beatus. Fauſtus. *Proſper.* Timotheus. *Fortunâ* dulci ebrius. *Perſarum vigui rege beatior.* Rebus ſecundis fruens. Cujus vela inflat aura ſecunda. Sedet fortuna in gremio. Non me fœlicior ipſe Heſperiæ dominator oræ. Adnutum ei fortuna volat.] Terque quaterque beatus. *Fœlix* nimium fœlix. Quem promiſſa manet cœleſtis portio regni. *Perpetuæ manent quem præmia vitæ. Fœlices* ter & amplius. O quid ſolutis eſt beatius curis?

FERRE. * Æneas parenti longævo cervicem ſubjecit. Humeros Anchiſiades feſſo ætate ſuppoſuit patri. Medius collo ſedit Anchiſes nati. Tollere, portare, ferre in altos montes. Ipſe ſubibo humeris, nec me labor iſte gravabit. Succedam oneri. Alto cœlum vertice fulcit. Toto corpore nixus, & contractis undique nervis ſuſtinet immenſum pondus. Axem humero torquet. Æneas ſubiit humeris parentem. *Ferre* jugum cervice ſubactâ. Contento leviùs portantur corpora dorſo.

FERRUM. Pondus ferri. Lamina. Ferrum candens, igne rubens, ſolidum, rigidum, durum, obductum rubigine. Quæ Noricus excoquit ignis. πυκνὸς λυτὸς ἐπιχάλκου. Acerbus ariſter, ſeu ſolutor litium. V. *Ferrum cudere.*

FERTILIS. * Ditiſſima terra. Eſt ver aſſidum. Eſt tellus biſera. Eſt hîc æſtas alienis menſibus. Eſt magna parens frugum. Terra opima frumentis. Pinguiſſima tellus, ac ſegetibus candida nimis. Luxuriat ſolum. Terrarum regina ſolo ditiſſima.] Terra liberiùs omnia nullo poſcente ferens. Terra frugibus fœlix. Terra ubere læto. Terra potens ubere glebæ. Ferens meſſes opimas. *Proferens* Cerealia munera, dona Cereris. Lætis flavens ariſtis. Reddent ſemina data multo cum fœnore. Reddens centupla lucra. Arva colonis reſpondent multiplici fœnore. Opulenta bonis. Ridentia ſatis ſurgentibus. *Vide frugifer.*

FERVERE. * Furit intus aquæ vis. Exultant latices æſtu, ſaliúntque bullæ minutæ. Magno ſono ferventis aheni eballit unda. Altè ſpumis exuberat unda. Non ſe capit unda. *volat vapor ater ad auras.* Spûmens undarum cumulus ſe erigit aheno. Fervet & exultat aqua.

FE

FESTINARE. V. *Accelerare.*

FESTUM. Dies festus. Festa celeberrima. Lux sacra. Lux festa. Sacrum solemne. Solemnia annua.

FESTUM CELEBRARE. Agere, agitare, peragere, servare festum, festum annuum. Celebrare festum. Sacrare festum. Instituere, indicere festum. Nos delubra Deûm, miseri quibus ultimus esset Ille dies, festâ velamus fronde per urbem. * Festivam celebrare diem. Solemnes ducere pompas ad delubra. Est dies anno redeunte festus. Adest lux festa. Festis lucibus & profestis. Solemnem honorem ferre alicui Sanctorum. Luce sacra operari Deo. Cessant deposito jugo agri fertilis incolæ. Salve festa dies, meliórque revertere semper. Ἑρτὴ πλεισίμβροτος, populosum festum.

FIBULÆ. Vincla relaxare tunicæ.

FICUS. Baccis cærula ficus. Duris densissima pomis. Lactens, digna legi.

FIDERE. V. *Confidere.*

FIDES. * Fiducia. Accipe, dáque fidem. Tibi maxima rerum verborúmque fides. Spes ô fidissima Teucrûm. Intemerata fides. Fides vincta teste Numine. Animum præsenti pignore firmans. Hostibus est servanda fides. σφραγὶς νοὸς, signaculum mentis] Thesea, Penelopea, inculpata, laudabilis, spectata, incorrupta, ingenua, ævo rarissima nostro, Corvo rarior albo. Rara avis in terris, nigróque simillima cygno. Quæ aut nulla, aut monstro rarior esse solet. Astra sueta subire fides. Fidei incrementa novæ. Christum fido supponere cordi. Prævia fax fidei.

FIDES, seu CHORDA. Harmonica, sonora, resona, vocalis, canora, tinnula, dulcis, Movens, alliciens animos. Mulcens, permulcens pectora. Levans pectora duris sollicitudinibus. Fallens, tollens curas. Suave, dulce sonans. Mulcens, reficiens, recreans pectora mœsta sono dulci. Quæ dulces reddit pollice tacta sonos.

FIDIBUS CANERE.

Pulsare nervos. Tangere chordas. Percutere carmina nervis. Tentare, impellere, sollicitare chordas pollice.

FIGULUS.

Componens ollas de facili luto. Contorquens rotam pedibus in celerem orbem. Fingens vasa. Incrustans ollas vitro. Laboriosus, sedulus, industrius.

FILIA. Nata. Proles nupta. Filia orba parentibus. Acerba parenti. Dives dote Gnata.

FILIUS. Proles. Regius puer. Firma adjumenta parentis. Natus, Gnatus. Spes parentis. Dulce levamen senectutis parentum. Pignus dulce socii tori. Charum pignus conjugii. Spes operosa patri suo. Curarum & senii dulce levamen. Ore parentem referens. Propago.

FINDERE. Cuneis fissile robur scindere. Cuneis findere. Rimam facere. Quad rifidam quercum cuneis scindent. Altè finditur in solidum cuneis via. Sublatum altè consurgit in ensem, & mediam ferro gemina inter tempora frontem dividit. Partibus æquis huc caput atque illuc humero cutorque pependit. Findere in bina secando.

FINIS. Ultima, *pro fine.* Eventus. Effectus bon. Causa perorata est. Operis fastigia summi. Venit summa dies. Terminus. Meta ipsa extrema. Serâque coronide los gus Est liber. Exitus acta probat. Nec priùs imposuit rebu finemque modumque.

FINIRE. Facere finem cantandi. Dare finem laborib bus. Facere modum. Ponere, imponere finem. Finem imponere curis. Imposuit finem pugnæ, fessumque Dareta Ei puit. Exiit emeritis curribus amnis. Littera defesso pollic stitit opus. Donec longa dies perfecto temporis orbe Venerit finis adest. Dirimere sanguine bellum. Immensum spati consecumus æquor. Vesper decedere campis Admonuit. Ad umbilicum ducere. Coronidem imponere. Finem dedit or loquendi. Quis scelerum modus est? Hic stabit civilibus ex tus armis. Statuere modum rei alicui. Perficere est animus remque imponere.

Addere summa. Pierides cœptis addite summa meis. Imponere cœptis ultimam manum. Vide *Perficere.*

FIRMUS. Sunt rata pacta. Firma cavavit robora. Tuno vita manet rata. Fixus. Durabilis. Stabilis. Constans. Jum non populi fasces, non purpura regum Flexit, & infid agitans discordia fratres. Constans Stabilis, Incon tusius.

FISTULA. Calamus. Canna. Arundo. Cicuta. Avena. Buxus. Dulce canens. Dans blandos modos. Tibia fi gens teneros modos. Modulans lætos cantus. Effundens d ces sonos. Dispar septenis fistula cannis. Dispares calam compagine ceræ juncti. Fistula cui semper decrescit arund nis ordo.

FISTULA CANERE. Dat tibia ſonos. Ludere quæ vellem calamo permiſit agreſti. Quem mea carminibus meruiſſet fiſtula caprum. Stridenti ſtipulâ diſperdere carmen. Calamos inflare leves. Non pati calamos inertes. Fiſtulâ dicere amores. * Structis cantare avenis. Silveſtrem tenui muſam meditari avenâ. Calamo terere labellum. Inflati complevit locum murmure buxi. Dicere carmina fiſtulâ.

FLAGELLARE. Crudeli verbere lacerare terga. Inſonare flagello. Lento cruciare flagello. Torto inſtare flagello. Intorto verbere terga ſecare. Verberibus caſtigare. Ingeminare ictus. Continuò fontes ultrix accincta flagello Tiphone quatit inſultans. Sequitur Bellona flagello. Vide *Cadere.*

FLAGITIUM. Delictum. Vitium. Culpa. Admiſſum. Labes. Factum triſte, turpe, nefandum. Nil rubuiſſe, nil pudoris habens. Non leve crimen. Immane nefas. Dirum in pectore verſare nefas. Me mea fata, & ſceleris exitiale his merſere malis. Pro tali ſcelere, pro talibus auſis Dii perſolvant grates. Ingenio ſcelus non abeſt tuo. A culpa mea facinus abeſt. V. *Crimina.*

FLECTERE ALIQUEM, V. *Placare.*

FLORA. Chloris. Uxor Zephyri, venti occidentalis, quæ floribus præeſſe fingitur. Zephyritis. Ludis celebrata jocoſis. Vultu pulcherrima. Spatians cultis in arvis. Exultans, ſedens, reſidens viridi in gramine. Legens, carpens flores vernos. Floribus arva coronans. Eliciens lilia miſta odoratis roſis.

FLORERE. Formatis aperitur floribus arbor. Nunc omnis parturit arbor. Arbor fudit gemmas, & frondes explicat omnes. Purpureis collucent floribus agri. Induere ſe in florem. Humus fundit varios flores. Herba pubeſcit, & variis floribus halat. * Viret aſſiduo flore reſectus ager. Spirant arva croceis veſtita floribus. Fragrat herba odoriferis comis.

FLORES. * Pratorum inſignis honos. Grata oblectamina viſus. Horti deliciæ mille colorum. Telluris ſidera variegata, purpurea, candida, ardentia, ferruginea, crocea, cærulea, &c. Pignora olentia Floræ, Γῆ, βόστρυχος Terræ cæſaries.]

Flos concolor. Flores odori, verni, purpurei, mille colorum. Flos ſpargens, diffundens latè dulcem odorem. Oblectans

ctans animum miris, variis, mille modis. Ridens, verna humili in gramine. Mulcens auras suavi odore. Halans p prata nitentia. Nitescens discolore gramine. Odorato germ ne ridens. Viridanti in gramine gemmans. Arridens api per gramina roscida. Variis florum data nexa coronis. V riis florentia limina sertis. Ornúsque incanduit albo fl pyri. Hædíque petulci floribus insultant. Fucóque & flor ora explere.

FLORES VARII, & HERBÆ.

* Lilia, rosæ, violæ, narcissi, hyacinthi, calthæ. Lilion cissi. Croci. Cinnama. Nardus. Casia. Balsama. Thyma. maracus. Ligustra. Vaccinia. Colocasia. Acanthus.

FLUCTUS. Procellosus, tumidus, marinus, agitat rapidus, vastus, raucus, sonans, fremens, undans, immod cus, surdus. Se sinuoso vertice volvens. Resonantia litto pulsans. Spumosa littora feriens, concutiens. Immenso m mure resonans. Fluctus glomerati, atque agmine facto tentant sæva pericula nautis. * Fluctus albescere ponto cipiunt.. Fluctus ex alto tollitur, ínque sinus curvatur und Ima exæstuat unda vo ticibus. Montes volvuntur aquar Gibbosa dorsa Ponti. Tollitur Oceanus, & sidera verber unda.

FLUERE, quod ad FLUVIOS spectat.

* Labi, manare, ferri agmine aquarum placido. Sinu flexibus Scaldis errat. Torquet flaventes Ister arenas. Volv tur per saxa Mosa. Purior argento fluit unda. Tenuis fug per gramina rivus. Ubi corniger humectat culta ping Scaldis: Septem ostiis in mare decurrit. Volvitur in pelag septena per ostia. Septem portis fertur in æquor. Expatia ruunt per apertos flumina campos. Gelidúsque fluvi per imas quærit iter valles. Curva nec assuetos egerunt fl mina cursus.

FLUVIORUM ALIQUOT NOMINA.

* Scaldis. Mosa. Mosella. Tybris vel Tyberis, vel Tib rinus. Ister. Padus. Sequana. Nilus. Arar. Tamesis. Euphrat Ganges. Tagus. Hermus. Rhenus. Rhodanus. Dilia. Zen Simois. Xanthus. Anio. Garumna. Tanais. Pactolus. Ey Rubicon. Nar. Albis.

FLUVIS. Fluvialis unda. Aqua currens. Flumen co citum, rapidum, sævum, obliquum, perpetuum. Flumi ora. Fluminis ortus. Liquor facilis, niger. Humor Pacto

Am

Amnis cæruleus. Per virides herbas sinuoso tramite currens. Rivus lymphis arida prata fovens. Molles irritans murmure omnes. Crepitanti murmure cadens. Murmure rauco strepitans. Per prata virentia fluens. Rivus lenè fluentis aquæ jucundo murmure labens. Exiguo sonitu per lævia saxa fluens, fugiens. Irrorans mollia gramina. Murmure tranquillos somnos inducens. Fluentum. Amnis. Aggeribus ruptis spumans amnis. Amnis sedatus se condidit alveo. Propter aquæ fluxum viridi procumbit in ulva, Fluminaque antiquas subter labentia muros. Cava flumina crescunt cum sonitu. Fluvius medio caput extulit alveo.

FODERE. * Effossa tellâ supinare glebas. Scrobibus concidere montes. Labefacta movet robustus jugera fossor. Limus humum fodito. Effodere latebras. Tellurem ligone recludere. Excavare terram. Tellure cavatâ. Oculis capti fodere cubilia talpæ. Abire ferro in viscera terræ. Lacertosi coloni fodiunt arva dura. Cædere montium medullas. Penitus sarculo cavare terras. Cæsos facere hiatus. Adyta terræ ictu eruere.

FOEDUS. Perpetuum, stabile, legitimum, amicum, conjuratum, concors, firmum. Pactio. Pactum. Conventio. Conjuratio. Inviolabile pignus pacis.

FOEDUS FACERE. Fœdus inire, componere, ferire. Dare dextram. Dextræ conjungere dextram. Jungere fœdere dextram. Firmare inter se fœdera dictis. In amicitiam coire. Animum præsenti pignore firmare. Fidem dare, & accipere. Fidem novare. Tangere dextram. Cogere in fœdera, in concordiam. Coëunt in fœdera dextræ. Æternam pacem, pactósque Hymenæos exercere. Æterno fœdere pacem injungere. Stricto constringere fœdere mentes. Pangere fœdus. Mittere æterna in fœdera gentes.

FOEDUS VIOLARE. V. *Violare fœdus.*

FOENERATOR. V. *usurarius.*

FOENERARI. V. *usuram exercere.*

FOENUS. V. *usura.*

FOETUS. Pondus ventris. Tumor. Maturum onus. Crescens onus visceribus. Uteri pignora. Nati chara pignora. Exitum matris onus. Cœlesti pondere venter tumidus.

FONS. Ora fontana. Fontes aquæ. Aqua irrigua. Cavæ aquæ. Fons tenui pellucidus unda. Nitidus, argenteus unda. Patulos succinctus hiatus. Fluens per florida gramina

Agens virides undas. Arentes relevans jucundo frigore fauces. Derivans perpetuas aquas. Devolvens vivas aquas per saxa humentia viridi musco. Undans humor aquæ. Fontis dulcissima lympha. Saxa lavans viridi circumlita musco. Molles invitans placido murmure somnos. Levans arentem sitim susurranti aquâ. Fugiens sonoro murmure, & rivum irriguum per prata humentia volvens.* Vena perennis aquæ. Fugiente dulcis murmurat rivo sonus. Fontanus fugiens per gramina rivus molliter inclinata. Fons splendidior vitro, quem flagrantis atrox hora caniculæ nescit tangere. Roscida mobilibus lambens gramina rivis. Venula terræ.

FORES. Valvæ bifores. Surdæ, rigidæ, rimosæ, clausæ, apertæ. Ianua surda petenti. Laxa ferenti, Saucia nocturnis potorum rixis. Suo se cardine versans. Duris roboribus fulta. Stridorem moto cardine reddens.

FORMA. Decor, Dotes formæ. Damna formæ. Facies. Figura læsa. Forma bonum fragile est. Indigna perire. Forma venusta, superba, splendida, eximia, egregia, decens. Breve dorum exigui temporis. Spatio quæ carpitur ipsa suo. Res fugax. Quæ quantum accedit ad annos fit minor. Ut rosa verna periens. Blandimenta formæ. Præstantia, excellentia, gratia formæ. * Est forma qualis innubis dies. χρωτὸς ἀνθος, flos coloris.

FORMICA. Agmen graniferum. Parcum genus, patiénsque laborum. Quæsiti tenax. Formicæ frugilegæ. Inopi metuens senectæ. Vehens cibum granifero ore. Nigrum agmen prædam per herbam convectans calle angusto. Hyemis memor. * Tectis efferens penetralibus ova. Ingentem populans tarris acervum. Bestiolæ quæ hyemis memores tectis angustis grana reponunt. It nigrum campis agmen, prædamque per herbas Convectant calle angusto, pars grandia mandunt Obnixæ frumenta humeris, pars agmina cogunt. Ὄχλος στρατὸς, terræ exercitus.

FORMIDARE. Trepidat formidine pectus. Mens ægra trepido metu palpitat. Corda tremunt dubio metu. Præcordia occupat, concutit horror. Anxia corda tremiscunt nimiâ formidine. Corda stupent anxio metu. Horrere, turbari metu. Tremere animo. Pallere metu. Timor ingens quatit, concutit ossa. Timor abstulit vires corporis. Gelidus per ima cucurrit Ossa tremor. Tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor. Præcipites metus attrahit.

Mortalia

Mortalia corda per gentes humilis sternit pavor. Frigidus obstat circum præcordia sanguis. Corda pavor pulsat. Tota tremor pertentat corpora. Perculsus formidine mentem. Metu terras cælúmque fatigare. Sævus circumstitit horror. Formidine cecidêre animi. Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit. Labitur, ac longo vix tandem tempore fatur. Raris turbatus vocibus hisco. Arrectæque horrore comæ, vox faucibus hæsit. Exultantia haurit corda pavor. Attonitis hærere animis. Ingenti trepidare metu. Olli somnum ingens rupit pavor, ossáque & artus Perfudit toto proruptus corpore sudor. Quòd si tantus habet mentes & pectora terror.

FORMIDINEM ABJICERE.

Omnes metus subjicere pedibus. Formidinem exuere, deponere, recipere, revocare, recuperare animum sepositò metu. Ore tremente ponere metum. Mœstum timorem mittere. Solvere metus. Solvere corde metum.

FORMOSA. Eximiæ, egregiæ formæ virgo. Cui est viveæ præstantia formæ. Venustâ fronte superbiens. Quæ puro splendore micat. Cui rosis æmula labra rubent. Cujus ora radiant ingenuo suffusa rubore. Cujus sanguineus rubor imbuit ora. Fax splendida inter virgineos choros. Non horrenda rugis. Habens genas purpureas, lactísque aspergine tinctas. Cujus roseas commendat gratia mira genas. Variis donis refulgens sideris instar. Formâ pulcherrima virgo. Quæ candore nives anteiret. Præstanti corpore Nympha. Quâ nulla decentior.

FORMOSUS. Ante omnes formâ pulcher. Egregiâ formâ splendens. Insignis facie juvenis. Ipse alios inter pulcherrimus unus. Formosi pecoris custos formosior ipse. Quo pulchrior alter Non fuit Æacidum. Insignis formâ viridique juventâ. Os humerósque Deo similis. Præstanti facie & formâ.

FORTIS. Invictis viribus esse. Viribus insignis. Valido esse robore. Præditus viribus. V. *Robustus.*

FOTITUDO. Robur firmum, solidum, invictum, validum, prævalidum, rigidum, inexpugnabile, Herculeum. Vires alacres, valentes, vegetæ, nervosæ.

FORTUNA DEA FICTA. Sors quam tribuit fortuna. Casus subitus. Dea immitis, cæca, dubia, insidiosa, levis, incerta, volubilis. Constans in levitate. In nullo loco tenax, Solito defecta favore. Vultus, lumina, frons,

facies, species Fortunæ. Regna Fortunæ. Fortuna ambigua, lubrica, anceps, infida, malefida, instabilis, erratica, mobilis. Alternans vices. Res humanas sursum deorsúmq; rotans. Passibus ambiguis errans. Permutans ima summis. Hominum spes faciens vanas. Fugacior undis. Ex humilíque loco magna ad fastigia rerum attollens, & rursum detu bans. Modò læta manens, vultus modò sumens acerbos. Euripi instar reciproca. Quæ durior esse solet bonis, æquior malis. Mobilitas fortunæ lubrica. Nesciens figere rotam. Sors dubiis passibus errans. Fortunæ instabilis aura. Rebus in humanis nullo discrimine ludens. Omnia non certâ dans rapiénsque manu. Omnia mutans variis casibus, nec sinens aliquid fœlix esse diu.

FORTUNA ADVERSA. Iniqua, sæva, dura, incommoda, inimica, tristis. Sors aspera, ferrea. Vis violenta sævæ fortunæ. Fera fortunæ violentia. Procella sortis turbidæ. Ictus impetus rabidæ fortunæ. Malum triste, sævum, fatale. Sors per tumidas agitata procellas. Adversi incommoda fati. Tela adversæ fortunæ. Sors onerosa premens humanum genus.

FORTUNA ADVERSANTE.

Variis casibus urgeri, & duris undique fatis exerceri. Fatis tristibus angi. Adversâ fortuna premi. Urgeri fatis iniquis. Casu acerbo affligi. Pati milie incommoda iniqui fati. Insana sors intonat. Miserum tristis fortuna tenaciter urget. Agi fortunâ per adversas procellas. Sors premit atra malis. Sæva malorum procella obruit caput. Fortunâ adversâ, minùs secundâ uti. * Esse ludibrio fortunæ. Fortunæ scopus.

FORTUNA BONA. Fortuna ridens, arridens vultu blando. Sors splendida, amica, placida. Aura secunda, prospera. Fata secunda. Flatus fortunæ secundus.

FORTUNA BONA UTI.

Faustis successibus uti. Navigare fœlici aura. Ducere placido candida vela salo. Secundis ventis, secundo flatu uti, alite dextro, auspicio læto frui. * Sedere fortunæ in gremio.

FORTUNATE, seu FOLICITER.

Alite dexto. Vento secundo Secundis successibus. Secundo flatu. Omine læto, fausto. Auspicio fœlici. Prospero, læto cursu.

FOVEA.

Caverna profunda, cæca, cava, vasta, umbrosa, tecta, abrupta, atra. Scrobs furva, exesa. Spelunca. Specula. Exhalans tristem Mephitim.

FRANGERE, V. Rumpere.

FRAUS, V. Decipere.

FRA

FRÆNARE. Spumantia addere fræna feris. Torquere frænis ora fugacis equi. Ferocis equi luctantia colla tetorquere. Actus habenis equus curvatis fertur spatiis. Adductum circum caput egit habenas. Glacies frænat cursum aquarum. Iustitiâ frænare gentes superbas. Vinclis & carcere frænare. Tempore paret equus lentis animosus habenis, Et placido duros accipit ore lupos. Domare, compescere, coërcere, cohibere fræno. * Novit premere & laxas dare habenas. Temperare ora frænis. Celsos sonipedes subigere jugo. Frænare juventam, urbem, populos optimis legibus.

FRÆNUM. Fræna sonantia, spumantia, domantia, cohibentia equos. Habena valida, lenta, laxa. Lorum flexile, nodosum.

FRIGERE. * Frigore corripi. Frigore contrahi, affligi, ædi. Solvuntur frigore membra. Boreæ penetrabile frigus adurit. Secat glacies aspera plantas. Frigus perambulat artus. Frigus acutum sævo spirante Boreâ cutem findit. Stringuntur acri frigore membra. Frigore pallet instar buxi corpus undique contrahens. Pallent amisso sanguine venæ. Rigidum permanat frigus ad ossa. Artus aculeata frigora pungunt. Infantis Christi membra aura pungebat. Puelluli tenerrimum corpusculum frigus adussit.

FRIGIDUS. Frigidior glacie. Glacialem Arctum experiri. Frigore lapso cadunt folia. Concrescunt currenti in flumine crustæ. Undique jam tergo ferratos sustinet orbes, Puppibus illa priùs patulis, nunc hospita plaustris. Cædunt q; securibus humida vina. Boreæ penetrabile frigus adurit. Fluvio contristat frigore cœlum. Cùm tristis hyems etiam nunc frigore saxa Rumperet, & glacie cursus frænaret aquarum. Gelidus concrevit frigore sanguis.

FRIGUS. Asperitas frigoris. Minæ frigoris. Rigor Alpinus. Glaciale, durum, hyemale, Scythicum, non habitabile. Acre gelu. V. *Hyems.*

FRONS FRONDIS, FRONDESCERE.

* Comæ, sylvæ honos, Arborum cæsaries. Stringe comas, & brachia tonde. Nunc frondent sylvæ, nunc omnis partu[illegible] arbos. Mobilibus veris inhorruit adventus foliis. Sylva [illegible]pargit agrestes frondes. Sylva comata. Arbor agit comas. *Papinius*: Nunc arbor crinitur foliis. Luxuriat arbos in pa[illegible]las comas. Formatis operitur frondibus arbos. Viridi tegmine amiciuntur arbusta. Redeunt arboribus frondes, quas Hyems abstulerat. V. *Florere.*

FRUCTUS.

FRUCTUS. Uberes, amœni, dulces, copiosi. Fruges Cereales, lætæ, gravidæ. Curvâ jam falce petendæ, secandæ. Labori non respondentes. *Præmia telluris*.

FRUGES. Primitiæ frugum. Alimenta frugum, Munus frugum. Farris acervi. Frugum acervi.

FRUGIFER. Multam Cererem proferens. Largis proventibus auctus. Fundens benignam frugum copiam. Respondens votis avari agricolæ. Uber læto proventu. V. *Fertilis*.

FRUMENTUM. Cerealia munera. Cereris dona. Ceres humanis usibus apta. Ceres flava, spicifera, frugifera, munifica, fœcunda. falcifera, flavens, culta, triticea. Alimenta terrarum. Mitia dona frugum.

FRUSTRA. Incassum. Nequidquam. Inaniter. Irati Deliâ venari. In sterilem agrum mittere semina. Nil profectu in littora bibus aras. In vacuas auras questus effundere frustrà. In rapidos jacere irrita verba notos. Addere aquam fluviis & sylvis ligna. Noctuas Athenas mittere. Inducere aquam fonti. Labor studio vanescit inani. Haurire aquam cribro. Fundere aquam in dolium pertusum. Docere rectà procedere cancrum. Folia arboribus, sidera cœlo addere. Semina tradere arenæ. Sursum agere Sisyphi revolubile saxum. Curvo proscindere littus aratro. V. *Absurda agere*.

FUCARE. Fucare colorem. Fuco ora explere. Lana fucatur colore. Formosam faciem nigro medicamine cælas. Linere ora. Circumlinere fuco. Colere, excolere colla, genas. Fucata genas. *Hyali saturo fucata colore. Compositis linere ora venenis. Hirsutas genas fuco excolere. Naturale decus arte fictâ juvare. Non sinere in propriis membra nitere bonis.

FUCUS. Medicina figuræ. Nitor externus. Candor quæsitus. Fucus cæruleus. Cultus mercatus. * Color quæsitus. Medicamina vultûs. *Pigmenta faciei*. Venena composita formæ. Bis mendax vultus.

FUGERE. Fugâ, seu pedibus salutem quærere. Molliri, parare, capere fugam. Dare terga fugæ. Terga dare. Vertere, convertere terga. *Præbere* terga fugæ. Arripere, corripere, festinare, agitare, celerare, maturare fugam. Fugam, subsidio subire. Mille fugit, refugitq; vias. Terga fugæ mandare. Tenere fugam. *Pedibus timor addidit alas*. Dare terga in fugam. Corripere viam fugâ. Aspectui se clam subtrahere. Tacitus decedere. Fugâ sylvas saltusque peragrare. Eripere se letho. Turpia fœmineæ terga dedêre fugæ.

FUL-

FULCIRE & FULCIRI.

In te omnis domus inclinata recumbit. Nullo fulcimine nixus. Inhærere humeris alicujus. Attollere humeris. De humeris suspendere. Sustinere onus. Humeris subire. Capiti cōmittere pondus. Cùm foret Æneæ cervix subjecta parenti.

FULGETRUM, quam CORUSCATIONEM vocant.

Fulgur clarum, micans, rutilum, igniferum, jaculabile, ardens, flagrans, nictans, secans, tranans, penetrans aëra. Terrifico mugitu ardens. Rumpens obscuras nubes, & térque quatérq; tremulum jubar ingeminans. Crebum dehiscentis poli jubar. Ignis hiante cœlo veniens. Ignis per inane micans. Rapidi cadentes abruptis nubibus ignes.

FULGURARE. Deus rutilas per nubila flammas spargit, Crebris micat ignibus æther. Flammis cœlum vel æthera miscere. Ignes ab æthere fulgent. Vibratus ab æthere fulgor, Cum sonitu venit. Rapidum jaculari è nubibus ignem. Cœli in nubibus ignes Terrificant animos. Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther. Non aliàs cœlo cecidérunt plura sereno Fulgura, nec diri toties arsêre Cometæ. Fulmina torquet Astripotens. Fulmine terrere. Pater omnipotens cœlo ter clarus ab alto Intonuit, radiisque ardentem lucis, & auro, Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem. Cælum coruscat trisulcis ignibus. Æther micat latè flagrantibus fulguribus. Ignea vis fulminis coruscat Rumpunt aëreas fulgura crebra plagas. Fulgura cadunt cœlo. Ignea decussis erumpit nubibus æthra Aëreos secans campos lux flmm ea transit. Micant ruptis è nubibus ignes.

FULMEN. Fulminis ictus. Medio in aëre sæviens. Cadens, ruens per inania. Horrorem incutiens irato numine terras. Concutiens celsas à vertice turres. Feriens summos montes. Acuti fulmimis ignes. Sævi fulminis alæ. Tr sulcum telum infesti Jovis. Concussis elisi nubibus ignes. Excussis elisus nubibus ignis. Missis abruptus ignibus æther. Tumultus ætherei. Jovis arma. Ignes fulminei, trisulci. Ignis Jovis. Validus fulminis ignis. Ignes Phlëtontei. Tela manibus fabricata Cyclopum. Ignea arma. Fulminis ira. Fulmina missa polo. Imperio fulmina missa Jovis. Non imitabile fulmen Jovis. Ἀιθὴρ ὀρχεστὴς Ætheris imitator.

FULMINE LÆDI. Sentire fulminis ictum. Tangi, feriri de cœlo. Jovis ignibus percuti. Fulminis igne peti.

FUMARE.

FUMARE. Edere, dare, emittere fumum. Et jam fumma procul villarum culmina fumant. Fumantia saxa Ætnæ. Cœlum subtexere fumo. Faucibus ingentem fumum evomit, involvitq; domum caligine cæcâ. Erigit atro Nigrantem fumo rogus alta ad sidera nubem. Fumant sudoribus artus.

FUMOSUS. Fumea tædis lumina. Piceum fert fumida tæda lumen. Funifera nox.

FUMUS. Picea caligo. Nigra volumina fumi. Fumus lachrymosus, sublimis, niger, sordidus, volucer, inanis, levis. Per multa foramina evolans. Ad æthera tendens. Inimicus ocellis. Evanescens vacuas in auras. Remanens exustis stipite. Fumi volucris vapor. Ater ad sidera fumus Erigitur. Tecta subeunt nigro deformia fumo. Assiduâ postes fuligine nigri. Misto undans pulvere fumus. Atram prorumpit ad æthera nubem. Turbine fumantem piceo. Respiciuntatram in nimbo volitare favillam.

INFERNUS. Erebus. Orcus. Carcer Stygius. Tenebro... ſedes. Sedes infernæ. Tartarea domus, vallis. Loca plena ...moris. Loca mortis. Caliginis umbræ. Avernæ valles. ...undus opacus. Luce carentia regna. Nigri regia cæca ...ei. Nigri tetra regna Dei. Lac s ille ſilentibus a ...tus. ...yx. Acheron imus. Unda Phlegetontis. Inferno Plutoni ...dita regna. Janua nigra. Lurida porta. Aula fuſca. Sty... ...æ tenebræ. Infernæ triſtia vela ratis. Stagna Lethæa. A... ...æ Stygiæ. Tartarei ſinus. Lethæi fluminis unda. Oſtia ...tis. Tenebroſa palus. Fauces Averni. Tartara nigra. Tar...reus Phlegeton. Erebi amnes, Stygium barathrum. Porta ...eberi canis Stygii. Flumina, tenebræ, unda Acherontis. ...artarus igneus, ater, tremendus, teter. Avernus Lethæum in ...ax, cæcus. Infernus opacus, tenebroſus, Plutonius. Stygii ...dia tyranni. Stygii antra Draconis. Ædes Eumenidum. ...phareæ ſtagna paludis. Plutonia regna. Ubi erit ploratus ...rum. Ubi erit fletus, nimiſumque graves ſine fine do... ...es. Eſt ubi perpetui tortura doloris. Ignis ubi ardebit ...llo delebilis ævo. Vermis ubi ſcelerum ſemper p...cordia ...dit. Via tartarei quæ fert Acherontis ad undas. Spelunca ...ta, vaſóque immanis hiatu. Turbidus ubi cœno va...que vorágine gurges Æſtuat, atque omnem Cocytus ...olvat arenam. Cæcis domus alta cavernis. Illætabile ...gnum.

INFERNI DEÆ. V. Deæ Tartari.

INFERNI REGINA. V. Regina Inferni.

INFIGERE, & INFIGI. * Excipere ferrum ...s illa. Scopulo infigi acuto. Lethali cuſpide figi. Hæret ...ræi lethalis arundo. Figere poſtibus adverſis. Figere arma ...thalamo.

thalamo. Scopuli tua viscera figant. Figaris in acuto silice. Figere aliquem præacutâ sude. Viscera ferro figere. Jacula figi. Præfigere capita in hastis. Crebra confixus cuspide perstat. V. *Jaculari*.

INFINITUS. Quorum numerum comprendere non est. Quæ si comprendere coner, Icariæ numerum dicere coner aquæ. Vere priùs flores, æstu numerabis aristas, Poma per autumnum, frigoribúsque nives. Sæpè ego digestos valui numerare colores; Non potui, numero copia major erat. Crede mihi, si sum veris tibi cognitus oris, Nec numerus nostris casibus esse potest. Non magìs illius numerari gaudia noctis, Hellespontiaci quam maris alga potest.

IFFLAMMARE. V. *Concitare*.

INFIRMUS. Malè fortis. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus, Icariis nomina fecit aquis. Æger imbecillis, debilis, languidus. Sanguis hebet, & effœtus marcent in corpore vires. Roboris expers.

INFORTUNATUS. Durâ, adversâ, crudeli, iniquâ fortunâ utens. Quem Jovis ira premit. Cui infandum casum fortuna minatur. Cujus capiti omnes infausta canunt. Quem fata impia tangunt. Natus es infœlix, ità Dii voluère, nec ullâ Commoda nascenti stella levísque fuit. Non Venus affulsit, non ullâ Jupiter horâ. Pronuba Tisiphone thalamis ululabat in illis, Et cecinit mœstum devia carmen avis. Imponit capiti plurima dira meo. Qui omen habet. Tedæ funestæ. Adverso Marte ruere. Furiis agitatus iniquis.

INFORTUNIUM. A parte læva mœsta volavit avis. Nullæ dulce queruntur aves. Auspicium infaustum, mœrésque sinistri. Sæpè sinistra cava prædixit ab ilice cornix. Sæpè malum hoc nobis, si mens non læva fuisset, De cœlo tactas memini prædicere quercus.

INFUNDERE. Fundere vina calathis. Puer ad cyathum statutus vina miscet. Explere ciboria oblivioso mero. Fundere unguenta de conchis capacibus. Vina fundere pateris. Bacchum fluentem excipere auro. Fronti immergit vina sacerdos. Implere mero pateram. Puer age, mihi calices ingere pleniores. Madeant generoso pocula Baccho. Nobis pronâ funde Falerna manu.

INGENIUM. Vires ingenii. Vigor ingenii velocis. Ingenium solers, præstans, acutum, docile, nobile, divinum, egregium, capax, ubertus. Ingenium iners, invalidum, tor-

rpens, pingue, rubigine læsum. Memori dignissimum ver-
Doctâ arte politum. Aptum jocis & omnibus horis. A-
s ingenii egregia. Pretiosius auro.

INGENIO EXCELLENTI ESSE. Ingenii mirâ dexteri-
te valens. Ingenio magnus. Maximus ingenio. *Prædi-*
s ingenio. In quo est ingenii summa facultas. Haud equi-
m credo, quia sit divinius illis Ingenium, aut rerum præ-
ntia major. * Mentis acumine præstat reliquis, quantum
n Cynthia præit reliqua sidera notho lumine.

INGRATUS. * Ingratus, & immemor beneficii, vel
neris accepti. Quæ præmia das pietatis? In vanas abiêre
es pietatis honores. Danaidum dolium. Apud quem
n stat gratia facti.

INIMICUS. * Hostis, adversarius, antagonista. Hostilis
i facies occurrat. Odi cane pejus & angue. Inimicus a-
ox. Lycambeis hostem latratibus invadere. V. *Hostis.*

INIQUUS, & INJUSTUS.

ontemptor æqui. Injusto sub fasce viam carpit. Est in-
sta noverca mihi domi. Contemptrix superum, sævæque
vidissima cædis. Tunicam mihi malo lupinam, Quàm
l me totâ populus deprædicet urbe. Jura negat sibi nata,
hil non arrogat armis. Cui jus est in armis. Cui vis coli-
r, jurisque locum cui vendicat ensis. * Scelere ante alios
manior omnes. Impius in superos. Bipedum nequissimus.
opago ferrea. Nefandus, Incestificus, execrabilis. Fœcun-
m in fraudes hominum genus. Cui non parentis ullus, aut
qui est amor, avidus cruoris, armorum, doli. Dirus, sce-
stus. Certat in omne facinus, & pensi nihil ducit. Qui
llum nefas putat. Vitio vitiosior ipso.

INJURIA AFFICERE.

* In aliquem fundere convitia stolidæ linguæ. Petere atro
nte. Vertere in aliquem minas. Aliquem allatrare. Ver-
s odia aspera movere. Infandis tractare modis. Exagitare
r summum nefas. Vexare. *Hor.* quid immerentes hospites
xas canis?

INNOCENS. * Non ego peccavi. Patior pœnam sine
rimine. Viximus innocui. Immeritus lui. Vita fidésque
hi est inculpata. Plectimur immeritò. Insons ac minimè
s. Sum criminis insons. Nihil mihi conscio, nullâ pal-
sco culpâ. Sum sine fraude dolóque. Innoxius egi. Con-
cia mens recti est.

IN-

INQUINARE. Pias scelerare manus. Reddere spurcum fœdum. Aspergere labem. Conspurcare, fœdare, polluere, contemerare, contaminare.

INSANIA. Vesania furibunda, præceps, miseranda, fervens, rabiosa. Trepido vultu. Mentis inops. Exul mentis. Furor cæcus, noxius, dirus, effrænis, rabidus, vesanus, perniciosus, insanabilis. Perdere cuncta parans. Arma ministrans. Incitans, ciens iras. Sceleratis efferus ausis. Et acuens enses, & duplicans iras. Quæ fertur passu incerto. Vexans, discrucians hominum mentes. Rabies indomita, horrenda, trux, malesuada, infanda, malesana, effera, concita, germana furoris. Rumpens in omne nefas. Nigro armata veneno. Oestrum rabidum, dirum.

INSANIRE. Ardere, flagrare acerbâ rabie. Circumvago furore. Cæco insanire furore. Agi furore gravi. Impelli furiis. Rabie concitum, percitum esse. Corda tumere rabie. Rabies, furor, iráq; mentem præcipitant. Animus simulatur furente rabie. Mens furiis agitatur. Sævis agitari furiis. Pectus anhelum, & rabie fera corda. Furore insanus correptus. Ignes concipere amentiæ. Cæco raptus amore fugit. Furiatâ mente ferebar. Furiis incensum ferri. Sævit inops animi, totámque incensa per urbem Bacchatur. Arma amens capio, nec sat rationis in armis.

INSERERE, INSITIO. * Oculos inponere. Aliena ex arbore germen includere, udóque docere insolescere libro. Findere cuneis viam in solidum, deinde feraces immittere plantas. Miratur arbos non sua poma. Caudicibus sectis traditur è sicco radix oleagina ligno. Fert arbor insita mala. Prunis vidi lapidosa rubescere corna. Inutiles ramos falce amputare, & feliciores inferere.

INSIDIÆ. Retia. Ars. Fraus. Nodi. Insidiæ clandestinæ, bilingues, iniquæ, hostiles, nefandæ. * Lupus explorat insidiis circum ovilia, & ipse nocturnus obambulat gregibus. Meditari, struere, tenere, componere alicui insidias. Aliquem insidiis, & arte circundare. Circumscribere missellum, ac fraudi expositum caput.

INSIGNIS. V. Vir excellens.

INSOMNIA. Somni mendaces. Visa noctis. Simulacra noctis. Simulacra inania somni. Imago somni, noctis. Turbida imaginibus surgunt insomnia diris.

INSPICERE. V. Respicere.

INSULA. Fluctibus ambita, circumflua, circumdata, se-cincta, Dividuâ quam premit amnis aquâ. Discretas in-rumpit aquas. Scissus in geminas partes circumfluus mis. Stabilis medio sedit insula ponto. Insula dives opum, ula portum efficit objectu laterum. Graio stant nomine æ Insulæ Ionio in magno. Æææ insula Circes.

INSUPER. Adde quod. Hoc accedit ad illud. Addere per. Pudor est ulteriora sequi. Præterea.

INTEGRUM. Omnibus suis numeris perfectum, constans, olutum.

INTELLIGERE. Percipere, notare mente. Memori pe-re verba notare. Pectore, mente tenere. Infigere animi ibus. Accipere docili mente. Paucis, animos adhibete, cebo. Cur mea dicta negas duras dimittere in aures? Quæ am animis advertite vestris. Accipe nunc Danûm inf-s, & crimine ab uno Disce omnes.

INTERROGARE. Voce suâ voces alicujus elicere. Quæ-re. Percunctari. Urgere. Instare.

INTINGERE. In mero mollire Cererem. Macerare. Im-rgere.

INTRARE. Succedere tectis. Inferre pedes in limina. men adire. Irrumpere aditus. Tecta, vel ad-ta subire. nates, seu penetralia inire. Ingredi tecta. In domûs limi-irrumpere. * Succedere penatibus. Penetrare aulas, & li-na regum. Illa subit mediæque minans illabitur urbi. emorum secreta subire. Foribus se inferre. Transfer pe-n omine cum bono. Ferre gressus intra tentoria. Reclu-inferre portis.

INVADERE. * Invadere hostes. Irruere, & densis cir-nfundi armis. Aggredi ferro. Excipere incautos. Injicere medium in agmen. Invadere trepidantia castra. Fertur dios moriturus in hostes. Ruunt in terga feroces. Insidiis tóque invadere ferro.

INVICTUS. * Nullis superabilis armis. Invictus à vul-e. Contemptor ferri. Nullis ille potest esse saucius vulne-s, nullóque occumbere ferro. Caput insuperabile bello. llâ vi domabilis. Invictis viribus heros, quem nulla fa-gant prælia. Nescia vinci pectora. Invictus Romano Mar-Britannus.

INEXPUGNABILIS. V. *Bellicosus.*

INVIDERE. Confici livore maligno. Marcescere aliorum

aliorum rebus opimis. Livoris rabie vexari, agitari, impe-
li. * Livor edax occupat, carpit, habet pectora, præcordia.
Saucia corda tument invidia. Stimulis agitatur iniqui.
Livor edax est quasi labes addita claris virtutibus. Læde-
nescit heroum sobolem invidia. Invidiæ scopus est, sed
fælicior ipso, námq; viles & minutas animas haud afflat in-
vidia.

INVIDIA. Invidiæ stimuli. Minacis invidiæ cumulus.
Virulenta rabies invidiæ. Morsus livoris edaces. Livida
pallida tabes invidiæ. Vis invidiæ omnia rodens. Dolor
alieno commodo. Livor iners vitium. Invidiâ Siculi non
invenére tyranni Majus tormentum. Extenuans, macerans,
conficiens ossa, medullas, corporis artus. * τέκνον ἐχιδνῶν
filia viperæ.

INVIDUS.

Marcescens aliorum rebus opimis. Invidiæ stimulis agitatus.
Impulsus livore magno. Viscera, ilia rumpens invidiâ. Cui
pectus felle madente fluit. Cui pallor horribilis genas colo-
rat, & macies infœlix ossa renudat. Cui livor edit pectora a-
tro dente. Aliorum egregia facta arrodens. Odiis exsau-
ratus.

JOHANNES BAPTISTA. Zacharides. Zachariæ filius.
Abiades. Matre satus sterili. Regis cælitum prænuntius.
Juvenis velatus corpora setis. Egregius vates, cui gratia
dulce Nomen habere dedit. Sterili data pignora matri.
Sacrâ de stirpe creatus. Christi tuba prima. Tuba viva Dei.
Regis præcursor Olympi. Vox ego nequidquam sterili cla-
mantis in ore. Vates qui gressum in sorte docendi, Ante
Dei natum ceu nova stella tulit. Sanctorum soboles sera pa-
rentum. Solis perpetui prodrome Lucifer. Pastus Baptista
locustis, Sylvarúmque favis, & amictus veste cameli.

JOANNES EVANGELISTA.

Vates qui mira notabat Visa Dei jussu. Exiguâ Bethsaida
cretus. More volans aquilæ, verbo petit astra Joannes.

JOCUS, JOCARI. * Sales, facetiæ, lusus, lepôres. Sal
Attico conspergere. Multo madet sale. Egregiè festivus ho-
mo. Dicteria dicere in omnes. Bellè jocari. Dispungere seri-
ludo. Uti nonnihil libertate decembri.

JONAS PROPHETA.

Jonas cui teneræ nomen fecêre columbæ. Liberat è cet-
fidentem oratio Jonam. Qui pelagi projectus in undas Tre-
latuit soles monstri fluitantis in alvo. Bellua quem tenui
ventris sub carcere vates.

Jo-

JOSEPHUS ARIMATHÆUS.

Arimathidos urbis alumnus. Consors Arimathidos urbis. Joseph veniens Arimathide ab ora.

JOSEPHUS SPONSUS MARIÆ

Mathiades Senior cui credita virgo. Tutórque Josephus virginis & pueri, Longævus senior. Nutans ætate Josephus. Veniens Davidis origine Joseph.

IRA. Malum deforme. Ira subita, violenta, infracta, indomita, ferox, sæva, trux, cæca, effera, implacabilis, præceps. Ira furor brevis est. Præcipitans mentem. Rapiens sensus tota cum ratione. In præceps omnia vertens, & agens. Animos cæcâ caligine turbans, versans. Adjuvans quaslibet infirmas manus. Ingentes, terribiles minas parturiens. Coquens præcordia. Concitans rapidas faces. * ζεσις αἵματος, fervor sanguinis.

IRAM DEPONERE.

Ponere iram. Tollere iram. Premere iram. Cohibere, inhibere ferventes æstus. Reprimere, suprimere iram. Animum ab ira revocare. Turbidos componere fluctus pectoris. Placare animos, et temperare iras. Iras remittere. Tumida ex ira tum corda residunt.

AD IRAM INCITARE.

Stimulis arrigere iras. Addere iras. Animum incendere dictis. Acuere furorem. Movere iras. Arrectæ stimulis haud mollibus iræ. Variis acuunt rumoribus iras. Magnísq; acuunt stridoribus iras. Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras? Incendítque anum dictis, atque aggerat iras.

IRASCI. Ardescere in iras. Volvere, volutare, fovere irarum sub pectore fluctus. Omnes irarum effundere habenas. Candescere, exandescere æstu iræ. Exercere, satiare iram. Iras secum animo coquere. Ardere, flagrare, æstuare, exæstuare, incandescere, fervere irâ. Sibi induere iras, colligere. Mens exæstuat irâ. Increscunt animis discordibus iræ. Surgere in iras. Laxas iræ permittere habenas. Exardere in iras. Animus turgescit tristibus iris.

IRATUS. Concitus, percitus, commotus irâ. Irarum fluctuans æstu. Irarum percitus œstro. Audaces effusus in iras. Irarum volvens sub pectore fluctus, Flagranti percitus irâ. Fervens tumida ab ira. Sævâ bile tumens. Concitus æstu impotente furoris. Stimulis haud mollibus actus furoris. Fervidus irâ. Necdum etiam causæ irarum, sævique dolores Exciderant animo. Vario irarum fluctuat æstu. Sævit animis ignobile vulgus.

IRE

IRE. Tendere aliquò. Ferre gressus, gradus, pedem passus. Ferri gradu corporis. Proripere se aliquò. Vestigia firmare, torquere, figere, signare. Carpere viam, & susceptum perficere iter. Agere se. Quò tenetis iter? Parare viam. Ponere pedes. Contendere aliquò. Metiri iter. Dirigere gressum. Ire pedes. Saxa Pachini radimus. Tentare viam. Ignotas tentare vias. Coge gradum conferte juvencos. Ferre regione viarum. Gressus glomerare superbos. Premere vestigia. Celerare cursus. Rapidis ferri passibus. Emetiri longi orbis iter. Ferre gradu corpus. Utque pedum primis instans vestigia plantis Insisteret.

IRE GRADU SUSPENSO.

Vestigia furtim ferre suspenso taciturna gradu. Ferre suspensos gradus. Ire passu, gradu non faciente strepitum. Suspendere gradum. Furtivo passu vestigia sequi. Clam ire pavido gradu.

IRIS. V. Arcus cœlestis.

IRRIDERE. Illudere aliquem. Certant illudere capro. Excipere cachinno. Tollere cachinnum. Naso suspendere. Naso suspendis adunco. Loripedem rectus derideat Æthiopem albus. Rursusne procos irrisa priores experiar? * Egregiè nasutus homo. Ipsum posset hic deridere Latinum. In aliquem vitus habere, evomere. Aliquem impositis gannitibus lacessere.

IRRUERE. Medios moriturus in hostes Irruit. Mediis se immiscuit armis. Densos fertur morituros in hostes. Irruere densis & circumfundier armis. In media arma ruere.

ISTER. Danubius profundus, rapidus, ferox, binominis, septemplex, barbarus, gelidus, frigidus, capax. Tergavasti Danubii. Ister. Scythicus, septemfidus, turbidus, vagus, fluctivagus, undans. Torquens, volvens flaventes arenas. Æquoreis Ister additur aquis. Qui petit Euxinas aquas. Ripis semper metuendus utrâque. Longo sinuatus orbe. Flumina Danubii. Rapidæ Danubii, Istri aquæ.

ITALIA. Hesperia, Ausonia. Latium. Ausonis ora. Ausonia humus. Ausoniæ terræ. Domus Latiæ. Regna Italæ. Finis, agri Itali. Tellus Romana. Itala tellus. Latii agri. Solum Romanorum. Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ. Saturnia tellus. Magna parens frugum. Plus satis in laudes terra superba suas. Fœlicia, splendida regna potentis Italiæ.

ITER. Viæ propositum. Longum, breve, cœptum, inceptum, innocuum, tutum. Utile, non inutile. Occultum, secretum, præceps, festinatum. Strata viarum. Tritum spatium. Angusta viarum.

ITER FACERE. Mediæ tenere urbis iter. Carpere iter, vias pede veloci. Capere iter. Ingredi iter. Metiri iter. Emetiri iter. * Cito tramite decurrere. Angustũ formica terens iter. Corripere viam. Tramite recto carpere collem. V *Ire.*

JUBERE. * Mandare, imperare, præcepta dare, edicere. V *Imperare.*

JUCUNDITAS. Gratia dulcis, suavis, elegans, blanda, decens, pulchra. Lepos suavis, comis, facilis, flexanimis. Mellifluus, Cecropius, Atticus. Canere ad veteres verba joco samodos.

JUCUNDUS.

Dulcis, suavis, amicus, amœnus, blandus, plausibilis, venustus, lepidus, amabilis. Multi fabula plena joci. Jucundum lumen cœli. Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem.

JUDÆA. Terra Judaica, Judæa tellus. Palæstina. Dives opum, fertilis frugibus. Ora terræ Judææ. Terra melle & lacte fluens.

JUDÆUS. Circumcisus, superstitiosus, rebellis, Isacida. Natus Isaco patre. Stirps, progenies, proles, genus Isaci. Gens Isacidum. Gens Idumea. Gens Ismaëlis. Gens nata semine Isacidæ patris. Genus Israëlis avitum. Posteritas Jessigena. Gens Jacobæa. Gens edita semine Judæ. Gens olim dilecta, nunc inimica Deo. Quam Deus durâ eduxit eremo, siccis plantis, per mare purpureum. Sabbatharius. Culta Palæstino septima festa viro. Cultáque Judæo septima sacra viro. Recutitus. Verporum dispersa propago. Apellæ viles. Gens Hebræorum. Gens circumcisa.

JUDAS. Iscarius pesti infandæ devotus Judas. Lectorum procerum labes & pestis Judas. Falsi simulator amoris. Christum qui prodidit ater Judas. Furiis agitatus Judas. Doli fabricator Judas. διάβολος νέος, novus Diabolus.

JUDEX. Selectus, legitimus, gravis, secretus, æquus, iniquus, corruptus, incorruptus, justus, injustus, severus. Vultu atque ense severus. Cui sunt dubii credita jura fori. Sociti terrens pectora mœsta rei. Tam sævo judice sontes. Judicium muneribus subruere.

Judicare. Decernere. Dijudicare. Ferre sententiã. Facere judicium. Res est arbitrio non dirimenda meo. Pagina judicium tuum subit.

Judicium extremum. V. *Dies extremi Judicii.*

JUDITH Holofernis peremtrix.] Animi matrona virilis Judith. Meraris, id est, Merari filia. Meraris ex imo corde precata Deum. Falcata detruncat acinace collum.

JUGULARE. * Jugulum petere. Resolvere jugulum mucrone. Mergere jugulo ferrum. Vulnerat ensi quâ collo est confine caput. Impiâ manu senile guttur parentis frecit. Jugulam ense rodere. Alto jugulo mucronem tingere. Vocis iter secare, & tenuem vitam includere sanguine. Jugulo demittere ferrum. * In collum stringere cultros. Condere sicam jugulo. Condere pugionem jugulo. Penitus premens jugulo manum commisit, inque vulnere ensem abscondit.

JUGUM. Curvum, incurvum, durum, debile, adamantinum, spinosum, injustum. Vocare ad, vel sub juga. Imponere jugum. Supponere tauros oneri. Premere aratro collum. Aratro adjungere. Agere sub juga. Colla jugis supponere. Venire, trahere, ducere, ire sub juga. Præbere colla premenda jugo. Dare colla premenda jugo. Subire aratra. Subdere oneri colla. Submittere colla jugo. Subtrahere colla jugo. Detrectare jugum. Rumpere vincla jugo.

JUNCTURÆ. Junctura tabulata dabant.

JUNGERE. Se lateri alicujus glomerare. * Se socium vel comitem præbere. Junge latus lateri. Addere se socium. Stipare latus. Juxtà incedere.

JUNO. Regina, Jovisque & soror & conjux. Magna matrona Tonantis. Saturni soror prima. Saturnia. Sospita. Pronuba. Jovis conjuxque sororque. Nupta sororque Jovis. Sui germana mariti. Germana Tonantis. Magna consors Jovis. Cui vincla jugalia curæ. Toris quæ præsidet alma maritis. Laborantes utero miserata puellas. Alumna Tethyos. Sacris præfecta maritis.

JUPITER, falsus Deus. Justus, omnipotens, cœlestis, summus, arduus, magnus, ingens, invictus, tonans, vindex, ultor, Saturnius, Hammon, Stator, Elicius Tarpeius, Capitolinus, Latius, Hercæus, Panomphæus. Cæneus. Qui præbet numina vatum ingeniis. Divum sator, rector, rex. Divûm hominúmque pater. Vasti recto Olympi. Populi rectórque parénsque. Qui fera terribili jaculatur fulmina dextrâ. Sidereum mundi qui temperat arcem. Rapidis qui tonat altus equis. Cujus veniunt fulmina torta manu.

fret

freta, qui terras, & sua regna quatit. Posita est cui regia cœlo. Qui mundi temperat arte domum. Omnipotens rex ætheris alti. Divûm pater, atque hominum rex. Hominum rector atque deorum. Hominum divúmque æterna potestas. Qui res hominúmque Deúmque æternis regit Imperiis. Regnator qui cœlum & terras numine complet. Hominum deúmque repertor.

JURARE ETHNICO MORE. Superos, vel numen Deorum testari. Per superos, & si qua fides tellure sub ima est. Me obstringo verbis in sacra dura meis. Nubila promissi Styx mihi testis erit. Per mare, per terras, per cœli numina juro. Juro per jubar hoc solis radiis insigne coruscis. Jurare Stygias undas. Terram, mare, sidera juro. Adjuro Stygii caput implacabile fontis. Per caput hoc juro. Testor utrumq; caput. Per superos, atq; hoc cœli spirabile lumen.

JURECONSULTUS. Vir consultissimus æqui, juris, consilíque potens, & providus auctor rebus agendis. Sciens legum, fœdera & pacta tenens. Interpres doctissimus duplicis juris. Cui bene sunt gemini perspecta volumina juris. Cujus manus volvit assiduâ sedulitate spatiosa volumina juris. Imbutus gemino fonte juris florentis. * Juris, & æquarum legum scientissimus. Qui ore peridico regit forum Antistes juris, & legum. Cui Themis sum recluſit pectus, & quem Astræa suo fovit sinu. Juris alumnus. Medulla juris. "Ον θέμις μαιάσαλο μαζῶ, quem Themis nutrivit ubere. V. *Causidicus.*

JURGARI. Jurgia nectere, dicere, dicere per jurgia. Ad jurgia solvere linguam. Ire in litem. Meditari jurgia linguæ. Rixæ verba ministrare.

JURGIA. Querela. Discordia. Lites. Contentiones. Querelæ damnosæ. Litigiosa jurgia. Irrita jurgia jactare. Veluti magna in populo cùm sæpe coorta est Seditio, sævitque animis ignobile vulgus. Jurgium insanum, simulatum vino. Jurgia turbida. Amaræ prælia linguæ. * Clamosas lites movere. Gravem intendere litem. Litem habere cum aliquo. Fervere litigio. Rabiosas tollere voces.

JUSTUS. Sine labe. Sine crimine. Quo non justior alter. Justissimus unus. Servantissimus æqui. Recti custos. Imitator honesti. Justitiæ tenax. V. *Bonitas.*

JUVENCA. Cornigera, nivea, sterilis. Quæ dederat nullo colla premenda jugo. Operum connubíque rudis.

JUVENCUS. Rudis operum. Tener, indomitus. Mas inæquales veniunt ad aratra juvenci. Detrectans aratrum. Detrectans juga prima. Exultans teneris in herbis. Insultans campo. V. *Equus*.

JUVENIS. Puer levioribus annis. Medio jam flore vigens. Vernans jucundo flore teneræ juventæ. Florens, virens, vigens mollibus, juvenilibus, florentibus, vernantibus annis. Flavens prima lanugine malas. Ætatis flore virens. Ævi flos perpetuus. Juvenile corpus. Integer ævi, annis. Juvenum gratissimus. Plenus studiorum. Nobilis, & clarus origine. Juvenum caterva, series, sedula turba. Romana pubes. Gaudens equis canibúsque, & aprici gramine campi. Cereus in vitium flecti, monitoribus asper. Utilium tardus provisor, Prodigus æris.

JUVENTA. Ætatis ver. Primi flores. Spatium juventæ. Fortior ætas. Primæ lanuginis ætas. Prima juventus. Viridis, generosa, velox grata, docilis, prodiga, primæva, pubescens, petulans, ingeniosa, lasciva, incauta, prava, male circumspecta. Vitiis luxuriosa suis. Ad vagas libidines proclivis. Mollis & apta capi. Tempora verna juventutis. Florescens ætas. Ver breve blandæ juventæ. Præcalidi sanguine fervens. Laude gerendarum rerum inflammata. Flos virentis ævi. Ventosa levitate tumens.

A JUVENTUTE. A teneris, juvenilibus, florentibus annis. Primis ab annis. Primo, viridi ab ævo. A flore juventæ. * A cunis usque ad canos.

IN JUVENTUTE. Prima florente juventa. Mollibus juvenilibus annis. Pubescente juventa. Vitæ melioris in ævo. Dum primi temporis anni florent. Dum vernat ætas, & novus est flos indolis. Primæ sub flore juventæ. Sub viridante adhuc ævo. Prima lanugine signante genas. Dum prima novis adolescit frondibus ætas.

L

LABES. Insolita, indigna. Eximere labem. Maculas lotis de vestibus auferre. O nefanda, & pernicio- labes civitatis. Candidus impurâ labe carebat amor. Gratior est pulchro veniens è corpore nævus.

LABOR. Opus laboris. Onus laboris. Tædia longa laborum. Prima pars exhausta laboris. Series immensa laborum. Labor irritus, incertus, actus sine fine, continuus, æternus, difficilis, immodicus, immensus, improbus. Omnia vincens

Nun-

Nunquam ceſſans. Patiens tædia multa. Res claras, egregi-as tentans, perficiens. Augens altrices opes. Facta memorã-da, cantanda, celebranda perficiens. Redit agricolis labor actus in orbem. Extremo ſub fine laborum vela trahere. Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.

LABORARE. Præcipuum jam inde à teneris impende laborem. Perficere, ſuſtinere, ſubire laborem. Exercere laborem. Formicæ æſtate laborem experiuntur. Indulger labori. Non linquere laborem. Pati labores. Sumere labores. Superare labores. Ferre laborem. Urgere ſe laboribus. Dum vires annique ſinunt tolerate labores. Exercere vires. V. *Operari.*

Labyrinthus. Tectum curvum, recurvum, fallax. Tecta caca. Tecta cæcæ non redeunda domus. Tecta monſtri. Innumeræ errore viæ. Per dubias ſaxea tecta vias. Multiplex domus limine, variatũ ambage viatũ. Ne labyrinthæis è flexibus egredientẽ, tecti fruſtraretur inobſervabilis error.

LAC. Lacteus humor. Uberis nectar. Munera nivei lactis. Niveum nectar. Dentibus & gingivis inimicum. Bene nutriens. Dulce, recens, candidum, niveum, coactum, concretum vimine querno, caprinum, vaccinum, ovillum. Lac mihi non æſtate novum, non frigore deſit.

LACHRYMÆ. Inania munera mortis. Signa animi mœſti. Tepidus ros. Tepidus imber. Lachrymarum rivus. Effuſæ gravidis uberibúſque genis. Uberibus oculis lachrymarum flumina miſſa. Lachrymæ introrſus obortæ. Ora rigantes. In ora cadentes. Ora genáſque rigantes, humectantes. Rivi more fluentes. Vocis pondera habentes. In ora more nivis ſole madentis eunt.

LACHRYMARE, & LACHRYMARI. Fundere, profundere, effundere, dare, ſpargere lachrymas, largos fletus. Ducere fletum. Indulgere lachrymis. Lachrymis perfundi. Rigare, irrigare, temerare, contemerare, contaminare, pollucre fletibus ora. Implere ſinum lachrymis obortis. Lachrymarum flumina mittere. Humectare, ſpargere imbre genas. Lachrymis lumina, ora madent. Ex oculis humida gutta cadit. Humectare guttis grandibus ora. Lachrymis oculos explere. Labitur ex oculis cum quoq; gutta meis. Fluunt lachrymæ more perennis aquæ. Decidit in tepidos lucida gutta ſinus. lachrymis immaduêre genæ. lachrymis nullus modus eſt. Lachrymas volvere per ora. Largos ciere fletus.

Lachrymis ora perfundere. Moveri fletibus. Oculos lachrymis suffundere. Demittere lachrymas. Lachrymas per ora volutare. Lachrymis humet arena meis. Per sinus lachrymæ fluminis instar eunt. Lachrymis oculi fungantur obortis. Lachrymæ per amantia lumina manant. Nec lachrymas oculi tenuêre cadentes. Suffundere lumina rore. Miscere lachrymis dicta. Lachrymis oculi rorantur obortis.

LACHRYMANDI CAUSAM PRÆBERE.

Elicere, movere, excutere, exprimere, extorquere, commovere lachrymas. Cogere in lachrymas. Tempus in immensum lachrymas tibi movimus istas, Quæ semper causâ sufficiente cadent.

LACHRYMAS SISTERE.

Lachrymas inhibere, cohibere, comprimere, supprimere, suspendere, tenere, retinere, continere, temperare. Temperare lachrymis, & à lachrymis. Sedare fletus. Siccare lumina.

LACTARE. Dare ubera. Uberibus satiare famem. Lactis alimenta dare. Præbere ubera. Quem sine matris honore Nutrit inhumanæ dura papilla lupæ. Armentalis equæ mammis, & lacte ferino Nutribat, teneris immulgens ubera labris. Ubera admovere, suggerere. Alere lacte, lacte opi. Imbuere guttura lacte. Dare mammam, mammillas.

LACTERE, SUGERE.

Lac bibere. Lambere matrem. Siccare, exiccare uberi labris Trahere, ducere ubera plena. Ebibere lac maternum. Uberáque ebiberant avidi lactantia nati. Distentos siccant pecudes, & lacte negato Sordidus exhausto sorbetur abere sanguis. Pronus lac bibit agnus ovis. Bina die siccat ovis ubera. Uberibus satiare famem.

LÆTUS. Suffusus, perfusus gaudio. Fronte serena. Capiens gaudia lætâ mente. Lætitiæ sentiens dulces subjectore motus. Animos ad sidera tollens Lætus. Vultum serenans pulso mœrore. Lætas voces ad sidera jactare. Exultans animis. Solvere se longo luctu. Index lætitiæ sertus ad astra sonus.

LÆTARI, LÆTITIA PERFUNDERE V. GAUDERE.

LAMBERE. Lingere linguâ alumnos. Anguibila lambebant linguis vibrantibus ora. Piscésque impa vulnera lambent. Lingere, attingere linguâ aliquid

LAN

LANA & LANIFICIUM. * Vellera niveæ lanæ. Barbas & incana menta hirci tondere. Lanicium pro lana. *Virg.* Si tibi lanicium curæ. Udis aries in gurgite villis. Non cedere alicui laude artis lanificæ. Rudem lanam glomerare in primos orbes. Mollire manu lanas. Lucida, bysſina, tenuia vellera, Serum. Lanam mollire trahendo. Vellera per tenues ferri producere rimas. Rudes tenuare lanas. Lanam purgatis ſordibus præbere calathiſco gero. Laborem deproperat digitis verſatilibus ſedula virgo, juxta quam radii ſunt, et viminei calathiſci.

LANCEA. Acumen. Ferrum. Telum. Jaculum. Faxinus ferrata. Belli prænuntia. Acies haſtæ. Haſta æratæ, acutæ cuſpidis. Haſta terribilis, bellica, acuta, præfixa ferro. Peliaca, Pelias, Calidonia. Lancea atrox, improba, crudelis. Tranſadigens coſtas. Quæ in intima viſcera conditur. Quæ tranſigit corpus. Haſtile.

LANCEAM VIBRARE.

Certam quatit improbus haſtam. Validis ingentem viribus haſtam In latus, inque feræ curvam compagibus alvum Contorſit. Tergo ſceleratam intorſerat haſtam. Intorquet ſummis connixus viribus haſtam. Haſta volans nocturnis diverberat umbras. Validam dirigere haſtam. Magnis mittere viribus haſtam. Infeſtam tendere haſtam. Strictam eminus haſtam Concipit. Infeſtâ ſubit obvius haſtâ. Validam vi corripere haſtam. Fervidus advolat haſtâ. Dextra manu criſpans præfixo haſtilia ferro. Sanguinolenta gravi vibrans haſtilia ferro.

LANIARE. * Crudos laniare dentibus artus. Diripere crudelem in modum. Diſcerptum latè juvenem diſſere per agros. Quid miſerum Æneæ laceras? Canibus humeros turbare unguibus. Vultur tardus roſtro trahit ilia. Avidi canes ſcindunt ilia perfida. Diripere artus inimicis unguibus. Laniare unguibus ora. Fœdare pectora ungnis. Pedibus uncis eviſcerat ales Tityum. Animæ reliquiæ dilaniat. Mille locis ſpargi lacerum. Secare ungue recente madidas genas. Rumpere ungue capillos. Ire unguibus in genas. V. *Cædere.*

LAPIS. Lapidum compago. Oſſa magnæ parentis. Lapis durus, rigidus, gravis. Qui molli cavatur aquâ. Muſco circumlitus. Laxum, aſperum, ſolidum, adamantinum.

LAPILLUS ſeu GEMMA. Nobilis, inſignis,

multicolor. Niteſcens, revireſcens Eoo in æquore. Nitido fulgore coruſcans. Nata ſub Eois plagis. V. *Gemma.*

LAPIDIBUS OBRUERE.

Obruere ſævâ ſaxorum grandine aliquem. Rigido lapidum ictu impetere, & interimere. Hinc atque inde ſonat cava tempora ſaxeus imber circum, & frontem inſcribent fera marmora. Saxeâ mole obruere. Affligere lapidum imbre. Grandinis in morem porrectis undique ſaxis pulſare. Saxorum Stephanus grandine pulſus obit.

LARES. Lares patrii. Qui compita ſervant. & vigilant noſtra ſemper in urbe lares. Agri cuſtodes. Dii domeſtici. Nullus larium timor infernorum.

LATRARE. Latratus edere ore. Complere, replere, implere latratibus æthera. Dare latratus. Latratu tecta replere. Reſonat, inſonat latratibus æther. Agros turbare latratu. Sævit canum latratus in auras. Latratibus inſtare. Janitor antro Æternum latrans exangues terreat umbras. V. *Cani.*

LAVARE. Flumine vivo ſe abluere. Puro ſe in fonte lavare. Fonte labra proluere. Artus liquido rore perfundere. Tingere corpus aquâ. Mergere corpus aquâ. Prolui lymphis. Corpus fluviali ſpargere lymphâ. Fontanâ perluere undâ. Tergum dimittere in undas. Sumere aquam. Liquore perfundere. Mergere, immergere corpus aquâ. Conſpergere corpus. Corpora tingere ſupertuſis aquis poſito velamine. Candida permulcens liquidis veſtigia lymphis. Multâque aſpergine rorant. Oráque ſuſcepta manè lavantur aquâ. Summa pedum, talóque tenus veſtigia tingit.

LAUDARE. Cœlo laudibus æquare. Ultra placitum laudare. In laudes alicujus inſurgere. Ire per laudes alicujus. Inſigni laude aliquem ferre. Tollere in aſtra. V. *Celebrare.*

LAUDARE SATIS NEQUIS.

* Nulla cura fandi, nullus labos te celebrare pro merito cantu queat. Non ſi ipſe pater Mæonius reſurgat, aut æmulus illius Maro explicet ingenii vires, atque aurea ſcribat carmina, & mille veniat muſis comitatus. Non te dicere ſum potis, tuúmque nomen perpetuis inſcribere faſtis. Non ego ſat memorem virtutis tuæ præconia. Non potes laude ferri ex merito. Quis te extollat in aſtra, nomenque tuum famæ jugalibus evehat? Non eſt cothurnus aliquis par tuæ famæ. Altiùs te velim deducere, ſed deficiunt vires. Quis te ex æquo dicere poſſit? Ipſe tuarum laudum

præ-

præco fias, dignè laudabere. Non niſi ore tuo laudari aptè potes.

LAUDARE DEUM. V. *Deum laudare.*

S. LAURENTIUS. Oris miſſus ab Hiſpanis, Romana incendia vicit. Subjectis prunis Laurentem ferrea cratis Torruit, & fidei lucet in igne decus.

LAURUS. Arbor Phœbi. Arbor Parnaſſis, Parnaſſia, Innuba. Perpetuos gerens frondis honores. Apollinea, Phœbea, Triumphalis, Palatina. Grata Phœbo, Apollini. Spectatiſſima in monte Parnaſſo. Semper virens. Quæ non carpitur fronde caducâ. Servans æternũ decus fronde virẽte. Amica doctis vatibus. Ποιὰ Παρνασσία, herba Parnaſſia.

LAUS. Præconia laudis. Laudis ſumma. Laudis cupido. Laudis certamen. Laudis fiducia. Inclyta præconia famæ. Magnum ad virtutem gloria calcar habet. Stimulans generoſa pectora. Neſcia perpetuæ mortis. Manſura per ævum. Nullo unquam delebilis ævo. Laus celebris, inſignis, magnifica, egregia, eximia, ardua, invidioſa. Egregiam laudem referre. Blandis gaudere magiſtri laudibus. Non laudis amor, non gloria ceſſit.

LAUDEM EXPETERE. Captare famam. Ad laudem rapido contendere curſu. Nomina clara ſui tituli affectare. Venari ſtudio laudem, & dubios expoſcere honores. Eximio laudum ſuccenſus amore. Laudum perculſus amore. Laudum immenſa cupido.

LAZARUS, vel, ut aliis placet, Eleazarus.

Chriſti ſectator & hoſpes. Antiqua vir nobilitate. Et blandus digiti rore Eleazar alit. Gremio ſenis abdita ſancti Recubabit, ut eſt Eleazar. Quem floribus undique ſeptum, Dives procul aſpicit ardens.

LECTUS. Quaſſus ab impoſito corpore. Lectus ſponda pedibúſque ſalignis. Cubile viduum. Strati captata cubilia lecti. Placidi mollia, dulcia ſtrata tori. Thalamus. Cubile. Torus. Grabatus.

LECTUM PETERE. Procumbere toro. Petere ſomnum. Ad ſtrata redire. Conſcendere cubilia ſtrati lecti. Date corpora ſomno. Collapſáque membra Marmoreo referunt thalamo, ſtratiſque reponunt. Membra locare toro.

LECTO SURGERE.

Surgere mollibus è ſtratis. Mollia placidi linquere ſtrata tori. Corripere è ſtratis corpora, membra, artus. Mem-

bra levare sensim vili demissa grabato. Manè levare caput. Consurgere è stratis. E tepido tollere membra cubili.

LEDA. Fœcunda, pulchra. Mater Helenæ. Nigri conspicienda comâ. Quam flumineâ lusit adulter ave. Quam plumis abditus albis Callidus in falsa lusit adulter ave. Quæ falsam in gremio credula fovit avem. Cygno decepta. Falsa sub imagine lusa.

LEGERE. Versare avidâ manu scripta. Nocturnâ versare manu, versare diurnâ. Excurrere oculis. Excutiens oculis otia nostra tuis. Oculis animóque legere. Percurrere oculis. Lustrare, pervestigare legendo. Perlegere oculis. Littera est oculos illa morata tuos. Detinuêre oculos carmina nostra tuos. Perlege quodcunque est: quid epistola lecta nocebit? Veterum volvens monumenta laborum. Μοσᾶν ἄνθεα δρέπειν, carpere Musarum flores.

LEGERE FLORES & POMA.

* Metere, colligere, carpere purpureos flores. Flos demissus pollice virgineo. Legere violas, & carpere rosas. Pratorum gemmas, ac lilia pollice rumpere. Vaccinia nigra leguntur. Defringere ab arbore ramos. Uncis manibus maturos decerpere fructus. Frumenta manu capere sata. Fœtus arboris carpere. Implere calathos & sinum gemmeis floseulis. Curva decerpere ab arbore poma. Tenui ungue primam rosam deligere. Detrahere rubentia mala laborantibus arboribus. Immitia vellere poma manu. Papavereas comas ungue subsecare. Metere pollice florem.

LEGES. Lex severa, maligna, injusta. Lex à sanguine ducta. Lex aspera, rigida. Formula legis. Vincula legis. Moderamen legis. Sacratæ sanctio legis. Vicinæ rupta inter se legibus urbes. Magnis agitant sub legibus ævum.

LEGEM STATUERE.

Leges dicere, dare, imponere, indicere. Sub leges vocare. Legibus urbem fundare. Per populos dare jura. Pacis dicere leges. * Componere legibus orbem.

LEGEM VIOLARE.

Perrumpere, perfringere legem. Sacrata resolvere jura. Legum contemnere edicta. A lege recedere. Excedere, negligere legem. * Edicta rumpere.

LEGISLATOR. Legum justissimus auctor. Lator legum, & legis.

LEO, Pecus magnæ parentis, Genus acre leonum.

Leo

Leo terribilis, villosus, rabidus, validus, violentus, generosus, indomitus, torvus, trux, fulvus, hirsutus, magnanimus, edens rudentum. Cui domino omnis bestia fese subjicit. Præda corripiens ore cruento, fremente. Cui rabiem suasit acerba fames. Inhiane hians, comásque arrigens. Hand illidans terga feræ. Concutiens horrendis jubis ore fremente. Quem dare terga neque ira, nec vi tu potuit. Oraque leonum Vincla recusantum. * Imperator bellvarum. Θηρων βασιλευς, Rex ferarum.

LEPIDUS. V. *Facundus. LETHE.* Lethæus humor, Lethæa aqua, pocula Lethes, Soporifera, secura. Nox, Lethes, Lethæum securæ pocula Lethes, Excidere hæc credam, cecidere prius. Lethæo perfusa. Habenas pectora.

LEVIS. Ponderis, gravitatis expers. Sarcina parva. Lev. somnus, fama, hasta, imago, ala, stipula, cervus. Levis est terræ. Levior cura. Levior pluma gratia est. Calamos inflare leves.

LEVIS ANIMO. V. *Inconstans.*

LIBER, seu CODEX. * Politus, tersus, ære bullatus, nitens auro, pumicatus, umbilicatus. Diæ mentis opus, quod operosa prælia millies & amplius multiplicárunt, ævóque voraci subduxerunt. Ὄργανα Μουσικὰ, instrumenta Musarum. V. *Libri.*

LIBERALIS. * Ad præmia velox. Cujus arca munificas largitur opes. *Clau.* Auratos imbres alicui indulgere. Innumeras hominum catervas ditare solitus. Nimbus donorum placit. Undant populis penates, scatent muneribus dextræ. Aurea dona vomens, manus illa superabat flavis iberos. Extra fortunam est quidquid donatur amico. Quas dederit solas semper habebis opes. V. *Beneficum esse.*

LIBERI. Onus, farcina uteri. Sanguis. Corpora. Viscera. Pignora. Pars uteri. Pignus commune. Nati communes. Partus. Fœtus. Proles. Populus natorum. V. *Filius.*

LIBERTAS. Maxima, plena pudoris. Libertas sera respexit inertem. In ferrum pro libertate ruere. Sumere vitæ libertatis iter. Dulcis amœnæ Libertatis amor. Campo patius aperto. Libertas nulli vendatur ob aurum. * Copia vel jus vivendi ut velis.

LIBIDO. Veneris lascivia, nequitia, deliciæ. Confusa voluptas. Nocturna licentia. Libido vetita, fœtida, furiosa,

furiosa, inextincta. Brevis & non vera voluptas. Cupido, Ardor, Prurigo, Quæ vastavit mœnia Romæ. Quâ Græcia versa jacet. Corpora commaculans, animásque in Tartara trudens. Quam ebrietas peperit fœdissima mater.

LIBIDINIBUS INDULGERE.

Veneris castra nefanda sequi. Veneris fœdissima crimina patrare. Pectore polluto maculare castos mores. Colere, sectari impuros amores Veneris. Concitum, percitum esse furenti libidine. Agi vanâ libidine. Libidine capi, trahi.

LIBIDINOSUS. Castra sequens impuræ Veneris. Blandâ libidine tactus, raptus. Concitus, percitus furenti libidine. Inflatus venas, mentem sævâ libidine. Succumbens proboscæ libidini. Quem vana libido agit.

LIBRA. Pendula æquo discrimine. Pendula cœlestis libra movebat aquas. Judicis æterni memores, librœque bilancis. Æqua, justa, anceps, panda, repanda. Trutina, Statera. Lanx. Bilanx.

LIBRI. Liber cultus, excultus, argutus, incultus, honore carens, securus famæ, plenus nominis, dans auctori nomen. Opus magni mirabile mundi. Volumina culta, erudita, limata, laborata, elaborata, pulvereo tecta situ. Prognata Minervâ dextrâ. Conspicientia longa tempora gerit sui. Quæ per manus ferax posteritatis eunt. * Politi, terso, ære bullati. Auro nitentes. Pumicati. Umbilicati. Libri. *V. Liber.*

LICTOR. V. Carnifex.

LIGARE. Adhibere vincla. Gravibus coercere vinculis. Vinclaque lopitas addit in arcta manus. Manus post terga revincire. Fune brachia alicujus lassare, onerare. Vinculis & carcere frænare. Manicis jacentem occupare. Ferro & compagibus arctis claudere. Stupea vincula collo intendunt. Circumdare vincula collo. Pedes habent vincula. Vincula impediunt pedes. Ecce manus juvenem interea post terga revinctum Corripiunt, spirísque ligant ingentibus. Contendere tenacia vincla. *V. Vinculum.*

LILIUM. Album, candidum, canens, lacteum, fragrans, rides, miro fragrans odore, splendens candidulo vultu. Pulchrè surgens in auras aërii luminis. Vernans aprico campo. Candidius Scythoniâ nive. Cujus candor habet nivei simulacra nitoris. Fulvis hærentia virgis.

LIMEN. Altum, durum, rigidum, offensum, primum.

In

In primo limine. Ad oram urbis. Ferrea belligeri compescat limina campi. Reserat stridentia limina consul.

LIMITARE. Livida me spatio natura coërcuit arcto. Signare, aut partiri limite campum. Terminare imperium Oceano. Gallica certus Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis. Hic ego nec metas rerum, nec tempora pono. Saxum antiquum, ingens campo qui fortè jacebat Limes agro positus, litem ut discerneret arvis. Limitem agere certo. Hic terminus hæret. Angusto termino excipere.

LIMES. Longus, spatiosus,, rectus, certus, attritus, fixus magis. Qui tegit certis finibus arva lapis.

LINGUA, Loquela. Sonus. Radix ultima linguæ. Pendantia linguæ. Assiduo lingua resulta moto. Lingua pauca, pia, testificata Deum, modesta, humana, favens, subdola, violenta, hostilis, aspera, vana, falsa, bisulca, vibrata, invida, garrula, retenta metu, suppressa palato, docta, libera, munere functa salutandi. Sonans eloquium mentis. * Oris sonantis organum. Plectrum palati & faucium, Interpres animi, enunciatrix sensuum, cordis ministra: præco operti rectoris, vocem ex intimo pulmone adductum formans. Vocalis oris Cymbalum. Ἑτοιμότατον ξίφος, promptissimum telum,

LIQUEFACERE, & LIQUEFIERI.

Chalybs fornace liquescit. Liquitur ut glacies incerto saucia sole. Nix jacet, & jactum nec sol pluviæque resolvunt. Fundere argentum flammis. Quin labefactatus rigor auri solvitur æstu. Quas nunquam solvere Titan Evalit, fluxêre nives. Nives mollit aquaticus Auster. Sol dissolvit glaciem, & nives radiis tabescere cogit.

LIS. Vide *Furia. LITERÆ.*

Tabellæ. Cera. Charta, Libellus. Notæ. Verba. Opus. Scriptum. Tabellæ properatæ, arcanæ, blandæ, tristes. Difficiles funebria ligna tabellæ. Cera vacua, plena, notata manu, referta notis, conscia mentis. Charta ligata. Libellus tacitus. Notæ, blandæ, acceptæ. Verba doctis invidiosa notis. Verbis missa salus. Scripta rata, errantia lituris cæcis. Litera perarata, missa, lecta, læsa lachrymis, humida facta fletu, ministra sermonis, ducta digitis, ducta oculis, invitis ferens salutem, pressa articulo labente, notata manu Græcâ, furtivæ conscia mentis. Cum charta dextra locuta est. Litera incerto tractu. Signa dextræ. Arcana notis feruntur.

LI-

LITERIS MANDARE. Mandare libello, Chartis verba notare piis. Reddere verba notis. Committere literis, vel ceræ. Signare arcano libello.

LITERIS OPERAM DARE.

Colere Musas studiorum cura. Sudare vigili studio in artibus ingenuis: Frequentare assiduè Musarum sacra. Numquam fræna remittere studiis. Invigilare chartis Pieriis. Sudare per artes Palladias. Colere sacra doctarum sororum non segni pectore. Addere nocturna tempora studiis diurnis, & satisfacere Musis sedulitate. Ingenuis artibus vacare. Intendere animum studiis. Annos conficere Musis. Musarum se includere ludo. Castis Musarum chorîs vacare. Me in suum studium Musa trahebat opus. Studiis teneri. Studiis vitam agere. Studia tentare. Redire cum literis in gratiam. Reverti ad Musas, ad numeros. Retractare studia. Pectus, animum colere per artes. Exercere, tractare artes. Dare tempora studiis. Militare in castris Musarum.

LITERIS SCRIBERE. Exarare notas. Notare chartam digitis. Facere literam. Dicere notas literas. Perarare literam. Dare tabellis verba ferenda.

LITTUS. Portubus orbum, opertum algâ, curvum, sinuosum, spumosum, resonans, undisonum, naufragum. Ripa obliqua, arenosa, viridissima gramine. Fremens, crepans undis. Quam plurima herba pubescens coronat. Ora extrema. Littore in extremo. Gremium telluris ad undam. Margo virens fluvii. Continentis ora summa, quam pernans unda ferit Neptuni.

LIVOR. * Livor iners vitium. Livor est addita labes claris virtutibus. Non læditur Heroum soboles invidiâ. V. *Invidia.*

LONGUS. Hoc longa referre mora est. Non longo distant cursu. Nec longis inter se passibus absunt.

LOQUAX. Multiloquus. Nugax. Garrulus. Liberioris linguæ. Non tenens linguam. Varias Mendicans voces.

LOQUI. Solvere, resolvere ora. Uti verbis. Fari. Dicere. Verba habere, facere, ferre, proferre, dare, reddere, edere, promere, peragere, fundere, effundere, jacere, loqui, jactare, dicere, concipere, spargere, depromere. Loqui dictis. Proferre ore tremente sonos. Dare ore loquelas. Implere sermonibus aures. Rumpere silentia voce. Effundere pectore voces, imo pectore rumpere voces. Edere alicui ore

riore ſonos, Addidit hæc dictis altera verba tuis. Dimovit labios ora ſonis. Cum dare non poſſem munera, verba dedi. Talia non tacito verba dolore dedit. Vultum dimiſſa profatur Dido. Ait. Inſit.

LOQUI BLANDE. Mira gratia manat ab ore loquentis. Fundere dulces ab ore ſonos. Pectora mulcere canendo. Ducere corda artifice ſono. Eloquio grato verba movere ſono. Dulce nectar fluit ab ore ſuavi. Fari dictis amicis. Suada in ore ſedens blandis aſpirat honorem labe. Lingua facunda madet Hyblæo liquore.

LOQUI INSOLENTER. Memorari ore magniloquo. Magna, violenta loqui. Loqui ſuperba. Dicere magnificum. Fortia verba cadant. Ampullari. Ampullatur arte. Projicit ampullas & ſeſquipeda alia verba.

LOQUI FRUSTRA. Dare inania verba. Fruſtrà ſe ſolvere in verba. Verba irrita feruntur vacuas per auras. Incaſſum fundere voces. Fruſtrà voces jactare vacuas ad auras. Inanes fundere ſonos. Perdere fruſtrà verba non proficientia. Venti verba ferunt. Dicta evaneſcunt æthereas per auras. Fruſtrà eloqui verba levibus auris.

LOQUI LATINE.

Latio reddere verba ſono. Auſonum linguâ loqui. Auſonio, Latio ore loqui. Uti ſermone Latino.

LOQUI PER SIGNA.

Loqui ſignis, nutu, digitis, notis, ſupercilio. Signa dare ſupercilio. Verba diſſimulare notis. Componere notas. Sollicitare notis. Referre notas. Excipere notas. Addere verba notis. Ducere notas. Nutus conferre loquaces.

LOQUI SUBMISSE. Vocibus hiſcere raris. Exiguo murmure verba loqui. Exiguo dicere verba ſono. Summo vix hiſcens pectore fatur. Dicere parvo murmure.

LOTH. Et Lothus immunis pluviali evaſit ab igni. Haranides, *i. e.* Harani filius. Haranides dictis inſanos mulcet amicos.

S. LUCAS. Conjugis ignarus. Quem vates fecere juvencum. Ipſe comes Paulo ſemper fuit. Ipſe fuit magnæ Matri cuſtodia.

LUCERNA.

Candela ardens, cerea, cerata, lucens, flagrans. Quæ ſuo abſumitur igne, nitidam faciem præbet dum pluribus una. Quæ lucens aliis uſu depaſcitur ipſa. Quæ ſenſim

ſenſim à ſuis flammis pereſa deficit. Quæ ſerviens, vel ſerviendo aliis conſumitur.

S. LUCIA. Perpeſſa graves virguncula pænas. Diva Syracuſias inter ſanctiſſima Nymphas. Diva Syracuſiæ celeberrima gloria gentis.

LUCIFER. Vigil, albus, clarus, nitidus, roſeus, rutilans, ſerenus, almus. Sacer Veneri. Nuncius, ſocius, prævius auroræ. Prævia ſtella auroræ. Portans, promens Eoo ab axe diem. Solis prænuncius. Qui vocat auroram. Cœlo nitidiſſimus alto. Albo clarus equo. Qui cœli ſtatione noviſſimus exit.

LUCINA DEA FICTA.

Diva potens uteri. Principium quæ Dea lucis habet. Gravidis facilis Lucina puellis. Quæ voto parturientis adeſt. Laborantes utero miſerata puellas.

LUCRETIA. Pudica, infelix. Animi matrona virilis. Caſtáque miretur Lucretia nobile factum.

LUCTARI. * Corpora durâ exercere palæſtrâ: Inter ſe adverſis cornibus hœdi luctantur. Exercere palæſtras oleo labente. Contendere luctâ. In fulva luctari arena. Conferre pectora luctantia pectoribus arcto nexu. Adductis nervis humi proſternere membra preſſa nititur, inflantur ſanguine venæ, creber anhelitus quatit artus.

LUCTUS. Æger, acerbus, conficiens, macerans animos, corda. Rodens præcordia. Mordens animos. Crucians pectora. *V. Dolor. V. Triſtitia.*

LUDERE. pro CANERE.

Pellere, pulſare fides. Reſponſuram ſollicitare lyram. Retinere aliquem lyricis modis. Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum. Nunc niveis digitis, nunc pulſet pectine chordas. Arguto quidquid murmure dulce loqui.

LUDI. Certamina. Spectacula. Ludi celebres, theatrales, ſolennes.

LUDIMAGISTER. * Moderator vagæ juventæ. Clamoſus magiſter. Blandi doctores. Qui tradunt pueris elementa prima. Pædagogus qui agit impube vulgus. Ludimagiſter parcens ſimplici turbæ. *V. Docere.*

LUDOS FACERE. Dare ſpectaculum. Ludis celebrare, concelebrare diem. Edere, exhibere, inſtituere, celebrare ludos. Variis celebrare ſolennia ludis.

LUDUS. Gratus, lepidus, dulcis, lætus, placidus, jocoſus, virgineus. Luſus blandus, ſuavis, inanis, præbens ſemina nequitiæ.

LUDO VACARE. Lusu perdere tempus. Post-
hibere seria ludo. Ducere diem ludo. Non incidere ludum.
Non prohibere animos inani ludo. Æquare nocti ludum.
Contendunt ludo, & fulvâ jactantur arenâ. Lusibus exer-
cere membra. Advertere ingenium lusibus.

LUGERE & MOERERE.

Luctibus, plangoribus indulgere. Luctibus intentum es-
se. Gerere luctifico corda plena dolore. Ingenti turbari cor-
da dolore. Vultus condere luctu. Luctu squalere. Dare in
luctus animum. Luctibus tabescere. Deficere ingenti lu-
ctu. Incumbere dolori. Luctu omnia sunt plena. Totum se
in luctum solvit acerbum. Resonans latè plangoribus æ-
des. Complere ululatibus auras. Diverso miscentur mœ-
nia luctu. Motóque immugit regia luctu. Implentur queru-
lis ululatibus auræ. Crudelis ubique luctus, ubique pavor,
& plurima mortis imago. Lamentis gemitúque, & fæmi-
neo uluatu Tecta fremunt, resonat magnis clamoribus æ-
ther. Laniare animum doloribus. Cædere, tundere pectora
palmis. Scissis exululare comis. Lacerare genas, ora. Fœda-
re vultum. Sauciare genas unguibus, ora. Pectora nunc fœ-
dans pugnis, nunc unguibus ora. Rumpere, laniare, lacera-
re, scindere, abscindere, diripere vestes. Solvere, rapere ca-
pillos, comam.

LUNA. Cynthia. Phœbe. Dictynna. Delia. Hecate.
Proserpina. Trivia. Diana. Soror aurea, pulcherrima Phœ-
bi. Nitidi soror æmula Phœbi. Tithonia conjunx. Titho-
ni fulgida conjunx. Dea regens, moderans nocturnos e-
quos. Tacitæ noctis moderatrix. Soporiferos radios niveis
bigis vehens. Latonæ filia. Latonia, Luna aurea, candida,
purpurea, nitens, nivea, argentea, sanguinea, noctiluca, glo-
bosa, rosea, instabilis, noctivaga, cornigera. Latois dividua.
Perpetuò varians sua cornua. Perlustrans quotannis duode-
na signa. Nativâ luce carens. Orbis lunæ. Facies, imago,
vultus lunæ. Lumina lunæ. Motus lunæ. Lunares currus.
Lunæ radii. Ignes noctis. Orbita lunæ. Menstrua luna mo-
rituris sedula luminibus. Luna pleno orbe. Dimidiæ cor-
nua lunæ. Cornua lunaria, Rutilātis lunæ lampas. Lucens
lunæ globus. Jubar lunæ. Splendentia, radiantia, fulgentia,
rutilantia, micantia, flammantia, nitentia, pallida cornua
lunæ. Lucis habens usuram à Lampade Phœbi. Per amica si-
lētia lunæ. Multo manifesti lumine, quâ se plena per inser-

tas

tas fundebat luna fenestras. Et lunam in limbo nox intempesta tenebat. Nox erat, et cœlo splendebat luna sereno. Nocturnæ forma Dianæ. Si crescit, minor est; major, si contrahit orbem. Jam novies erat orta soror pulcherrima Phœbi. Denáque luciferos lunæ prébat equos. Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent, efficeréntque orbem. Juro, ante reversurum quàm luna bis impleat orbem. Luna quater latuit, toto quater orbe recrevit. Luna quater junctis implérat cornibus orbem. Sexta resurgebant lunaria cornua lunæ. Septima jam plenæ deducitur orbita lunæ. Orbe resurgebant orientis cornua nono. Téque novem erravit redeuntis cornua lunæ. Annus erat, decimum cùm luna receperat orbem. Luna novum decies implérat cornibus orbem.

Ὀφθαλμὸς νυκτὸς, oculus noctis, ἀστρων βασιλεια, regina astrorum.

LUNÆ ECLIPSIS. Obscuris luna laborat equis. Cynthia abdita latet velato vultu. Lunæ lumen obruitur. Cynthia obruitur tenebris atræ caliginis. Luna mœsto dolet tecta vultu. Densis tegit ora tenebris. Luna tecta parte sui nitidum contristat Olympum. Involvit terræ captam nox humida lunam. V. *Eclipsis.*

LUPUS. Bellua vasta. Raptor. Vastator. Ferus ore cruento. Solitus ire in pavidum pecus. Circumiens oves Canis fulvus, montanus, tacitus, rapax, avidus, infestus, insatiabilis, immanis, fremens, cupidus cruoris. Prædator. Triste stabulis. Insidiator. Insidians ovili. Gregibus nocturnis obambulans. Dulcedine cruoris insectans oves. Pecoris lupus expugnator opimi. Rapax stimulante fame, cupidúsque cruoris, incustoditum captat ovile lupus.

LUX. LUCERE. * Lumen. Jubar. Radius. Splendor. Æthra. Micat inter omnes Julium sidus. Lucet velut inter ignes luna minores. Est pellucidior vitro. Splendet Pario marmore purius. Luce pyropum superat. Purius argento radiat quod ab arte politu. Radios puros jaculatur. Non sic Hyperionis orbis nubibus abductis splendet. Lucem sub limina jactare. Nulla gemmarum sic lucet. Oppositâ speculi refertur imagine Phœbus. Edere flammam ingentem. Dispergere rutilam lucem. Coruscare. Tenebras serená luce secare. Tranquillo pellucent sidera ponto. Fulgurare. Simili coma fulgurat astro, Non trium tantùm Phœbotum sit jubar.

Ly-

LYCAON. Tyrannus. Arcas. Inhospita tecta tyranni. Sanguine gaudens. Irridens pia vota. Rex malus est, ut Busiris sævúsque Lycaon.

LYRA. Testudo. Chelys. Cythara. Barbitos. Plectra. Fila lyræ. Canor lyræ. Cantus lyræ. Lyra percussa, mœsta, muta dolore. Curva, dulcis, dulcisona, vocalis, sonora, Threïcia, Claria, Phœbæa. Pindarica, Aonia, Ausonia, Æmonia Æolia, Apollinea, Orphæa, Amphionia, Aganippæa. Movens, trahens ferrea, saxea corda. Mulcendis auribus apta. Alliciens, mulcens corda. Fugans, pellens curas. Μετρυυρων. mater hymnorum.

LYRA CANERE. Fila lyræ docta solicitare manu. Argutæ tangere fila, plectra lyræ. Pulsare, movere, percutere lyram: Sumptâ pauca referre lyrâ. Icta suos reddit pollice chorda sonos. Sonante mistum tibiis carmen lyrâ.

LYRICUM CARMEN. Numeri, soni, modi lyrici. Blandissima carmina. Carmina dispositis nervis juncta. Numeri flebiles. Barbitos faciens ad lachrymas.

M

MACER. MAcies obduxerat artus. Horrida vultum deformat macies. Macie confecta suprema. Ignoti nova forma viri, miserandáque cultu. Macies adducit cutem. Macies pallentes occupat artus. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto. Vix habeo tenuem quæ tegat ossa cutem. Jejuna lacertos exedit macies. Macie peresus. Macie tenuata armenta. Macie turpatus. Turpi macie deformatus. Deficiens vix trahit ossa cutis.

MACIES. Horrida, jejuna, gracilis, turpis, ægra, squalida, sterilis, deformans vultum. Ossa renudans. Sævis comes addita morbis. Consumens artus. Attenuans artus duro languore solutos. Mollibus exsiccans ossa medullis.

MADE FACERE. Caput fontanâ spargere aquâ. Perluere rore manus. Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri Perfundunt, ucísque aries in gurgite villis Mersatur. Certatim largos humeris infundere rores. Candida permulcens liquidis vestigia lymphis. Celeres nec tingeret æquore plantas. V. *Lavare.* V. *Abluere.*

MÆCENAS. Eques Hetrusco de sanguine regum. Nec sic Thuscus eques vates amplexus amœnos.

MAGI, seu TRES REGES. Eoi venere magi. Aurum, Thus, Myrrham, Regíque, Deóque, hominíque dona ferunt

ferunt. Aurea nascenti suderunt munera Regi : Thura dedere Deo, Myrrham tribuêre sepulchro.

MAGIA. Magicum os. Magicæ potentia linguæ. Magica arma. Magicæ artes. Fraudes Magicæ, vel Magæ. Carmen Magicum, auxiliare. Certamina Musæ magicæ. Ministerium magicum. Auxilia magica. Artes Æææ, Carpathiique senis. Secretæ artes Hecateidos herbæ, succi. Hecateia carmina. Gramen Lethæi succi. Herbæ cantatæ. Vox Thessala. Carmina Cytæa. Medeæ gramina coctæ manu. Carmen infame. Herbæ pollentes.

MAGISTER. V. *Ludimagister.*

MAGISTRATUS. Celebris, insignis, præclarus, populos lege gubernans. Cui incumbit populi cura paterna sua. Puniens malos. Defendens bonos. Cui imperii commissa potestas. Sustinens vicem summi Dei.

MAGNIFICARE, Aliquem non fastiditis annumerare viris. Extollere, evehere, efferre laudibus. Super astra ferre laudibus. Cantare, Celebrare, prædicare per orbem. V. *Celebrare.*

MAGNUS. V. Altus.
MAGUS. V. Incantare.
MALUS. V. Iniquus.

MALUM. Mala Trojanis non leviora malis. Malorum summa, series, novitas, moles, levamen. Malum perpetuum, humanum, non leve, potentius arte, fatale, funestum. Invigilare malis. Malis onerari. Et mala vicini pecoris contagia lædunt. Veterum malorum supplicia expendunt.

MALUM seu POMUM.

Rotundum, fragrans, redolens, mite, agreste, dulce, pendulum, maturescens, Cereale, mustcum, ramis pendens. motis ramis cadens. In patulis canistris redolens. Premens gravans pondere ramos suos. Quod novus educat annus. Effigies mali. Autumni pondus. Fœtus arborei. Dempti arbore fœtus. Pomum putre, maturum, durum, acerbum, putridum. Mensis non inverecunda secundis.

MANE. Aurora exurgente. Sole exoriente, emergente ex Oceano. Primo Eoo. Veniente die. Mane novo. Aurorâ rubente. Cùm primum albescere lucem cernimus. Cùm surgit dies primo Eoo. Ubi lux rediens fugat tenebras. Cœlo cùm primum Lucifer alto evocat auroram natalibus undis. Aurorâ referente lucem. Surgente die. Cùm lucifer

cifer exit aquis Eois. Ubi aurora fulgens croceo velamine inquit Oceanum. Cùm tremulum incipit albescere cœlum, & brevibus nox humida transfugit alis. Modò facta crepuscula terris. Mox ubi se nitido sol aureus extulit ortu. Ortus erat summo tantummodò margine Phœbus.

MANE & VESPER. Veniente & fugiente die. Mane novo, & vespere. Seu propria tellus absconditur umbra, seu Phæbus humum roseâ luce reviset. Seu se tenebris nox induit, seu dies refundit lucem auream. Seu lux radios micantes, seu nox tenebras fundat opacas. Seu Sol Eoâ luce terras purpuret, seu nox tenebris obruat.

MANIFESTARE. * Prodere, aperire, certis docere signis. Indicium facere. Pandere. Causas, & signa docere. Tum vero manifesta fides, Danaûmque patescunt Insidiæ. Sacrata resolvere jura. Arcanum consilium retegere jocoso Lyæo. Pandere res caligine mersas. Ordine singula pandere. Revelare. Fert animus expromere rerum causas. Effare, & pande quodcunque est mali.

MANUS. Digiti, artus pro manu. Dextera, dextra, læva, sinistra. Pondere lassa catenæ. Post terga retortæ. Manus lanifica, artifex, facifera, sceptrifera, infecta cæde. Congruens & variis artibus apta. Palma tenella, mollicula, avara. Uncæ manus, & pallida semper ora fame. Fœdare ora pugnis. Dextram labenti tendit inertem. Ὄργανον ἐργάω, instrumentum instrumentorum. Corporis scutum. Soror dextræ, *id est*, læva manus.

MANUM DARE Jungere manus. Dextram committere, conjungere dextras. Complecti, prehendere dextram. Congressi jungunt dextras. Tendere manum. Dextrã.

MARE. Æquor. Pontus. Fretum. Sal. Salum. Altum. Profundum. Oceanus. Nereus. Amphitrite. Pelagus. Undæ. Aquæ salsæ. Gurges. Neptuni unda. Cæruleæ aquæ. Neptunia arva. Campus aquarum. Campus liberioris aquæ. Æquoris undæ. Aquæ æquoreæ. Æquora medias cingentia terras. Mare vastum, magnum, latum, immensum, indomitum. Stridens refluentibus undis. Tumidis fluctibus agitatum. Æstuans rapidâ procellâ. Gurges cæruleus, vastus. Immensa licentia Ponti. Ponti tristis imago. Pontus gelidus, ictus frigore, duratus frigore, glacie concrescens, tumens, tumefactus, asper, sævus. Vehi per vada cærula tractúsque maris Αὐλὴ Ὠκεανοῦ, Aula Oceani. Reciprocum mare.

MA-

MARE COMMOVERE.

Movere, commovere freta. Concitare aquas maris. Freta miscere, exaspe are, jactare. Agitare fluctibus æquor. Turbare mare. Resonantia, indignancia freta excitare.

MARE QUIETUM.

Tranquillum, compositum, tacitum mare. Freta stantia. Pax maris. Æquora non concita vento. Mare non albus spumis. Æquora tuta silent. Placidum ventis stat mare. Stratum silet æquor. Sæva quiêrunt æquora. Pelagi cecidit fragor. Mare serenum, placidum. Subsidunt undæ, tumidúmque sub axe tonanti Sternitur æquor aquæ: fugunt vasto æthere nimbi.

MARE RUBRUM.

Unda maris Erythræi. Purpureum mare. Flumina rubra liquidi maris. Purpurei vada ponti. Ruber gurges. Freta rubri æquoris. Littora rubra arenosi maris.

MARE TURBATUM.

Mare turbidum, impetuosum, agitatum, indignans, sonans, fluctibus horrens, insanum, commotum, excitum, triste, stridens, furens, minax, horrisonum, altisonum, sollicitum, resultantibus undis. Æquora vento concita. Turgida unda vesani maris. Æquora quassa valido tridente Neptuni. Infesta pelagi rabies. Magno miscetur murmure pontus. Freta ponti incipiunt agitata tumescere. Venti volvunt mare, magnáque surgunt æquora. Exultant vada, atque æstu miscentur arenæ. Miscent se maria, & nigræ tolluntur arenæ. Vento turbantur arenæ, & veniunt ad littora fluctus. Ponto sonat unda refuso. Indignatur magnis stridoribus æquor. Clauso fit gurgite murmur. Incubuêre mari, totúmque à sedibus imis, Unà Eurúsque Notúsque ruunt, creberque procellis Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus. Assiliunt imi fluctus à gurgite ponti. Mox remeat gurges, tractóque relabitur æstu. Fertque refertque fretum. Fervent spirantibus æquora ventis.

MARIA. V. MATER CHRISTI.

MARIA MAGDALENA. Ipsa fuit magnæ comes, atque ancilla parenti, & Christi pars Magna domus. Magdali dictam de nomine Magdalenam, Magdalena ferens sese in deserta sub altis Delituit.

MARINUS DEUS, NEPTUNUS.

Æquoreus Deus. Rex pelagi. Rector maris. Jovis frater qui

qui regnat in æquore. Jovis frater tumidis qui regnat in undis. Rector pelagi tricuspide telo. Cui æquora sorte tradita. Neptunus vasti cui parent æquora ponti. Et quidquid magni continet unda maris. Neptunus motor aquarum. Ambitamque suo circundat in æquora terram. Deus qui concitat æquore terras. Qui terras gurgite quassat. Qui quatit immanes fluctu telluris arenas. Qui imo ciet æquora ponto. Qui vastas aperit Syrtes, & temperat æquor. Saturnius domitor maris. Cui æquora curæ. Concita qui ventis æquora mulcet. Æquoreas qui cuspide temperat undas. Liquidus Deus. Deus Tænarius. Neptunus tridentifer. Nereus cæruleus, grandævus. Qui numen habet maris. Cui imperium est pelagi. Cæruli numen ponti.

MARITARE, seu MATRIMONIO jungere.

* Connubio, vel conjugio jungere stabili, & propriam dicare. Jugare. Vinculo sociare jugali. Jungere toros. Face solenni conjungere. Connubio sociare natam. Filiam jungere viro. Juveni castam donare puellam. Tædas celebrare jugales. Nuptam marito dedere. Tradere viro. V. *Conjugium.*

MARS. Mavors bellicosus, rigidus, impatiens, ferox, ferus, armiger, armipotens, ultor, bellator, bellipotens, terribilis, sanguineus, armisonans, magnanimus, furibundus, fremibundus, furiosus, belliger, pater armorum, quatiens arma, torquens hastam, sæviens invictis in armis. Galeâ rutilus, cristisque comatus. Bella ciens. Concitans tubas, & tympana. Bellis & sanguine gaudens. Dulces animas miseris mortalibus auferens. Gaudens lethiferas habere manus. Qui nequit rabiem satiare nefandam. Dominans intra muros & extra. A quo hoste nullus locus tutus remanet. Mon thalamis, non sanctis aris abstinens. Secum mala multa trahens. Nefanda ciens. Belliger armorum pater. Arbiter armorum. Genitor Gradivus. Gradivus magnus. Genitor Quirini. Sanguinis auctor Romulei. Insano Veneris turbatus amore. Getidis qui præsidet arvis. Quem juvat clamor bellicus. Amor duri me Martis in armis, tela inter media, atque adversos detinet hostes. Dubius Mars regnat in armis. Adverso Marte Latinos defecisse videt. Marte secundo, æquo geruntur præcia. Sævit toto Mars impius orbe. Fera Martis sidera.

Martis

Martis rapacis ſtella. Qui ſub Jove ſedem habet. Inſcelix cœli ſidus. Mavortius ignis. Feri rubicunda incendia Martis.

MARTHA. Expers thalami, Innuba. Officiis gaudens ſedula Martha piis. Bethanica virgo. Quæ immenſi dicta eſt hoſpita ſancta Dei.

S. MARTINUS. Sabarienſis erat civis Martinus; at intra Italiam Ticini alitus. Martinus inops chlamydem diviſit egeno. Enſe quo precinctus erat chlamydem diviſit. Martini facta beati.

MARTYR. Sanguine confirmans dogmata vera ſuo. Qui patitur pulchram Chriſti pro nomine mortem. Sanctam affert martyrii cui mors extrema coronam. *Pro* Domini verbo triſtia fata ferens. *Ponens* vitam pro Dei verbo. Occumbens letho pro ſancto nomine Dei. Fundens lætâ morte innocuum cruorem pro nomine Chriſti. *Profundens* Chriſti propter pia dogmata vitam. Qui ſanguine fuſo pulchra trophæa fert. *Projiciens* animam ſanguine fuſo veræ religionis amore. Merens ſanguine fuſo per triſtia funera æternam palmam. Qui Chriſtum impavidi quondam cecidêre profeſſi.

MATER. Parens. Genitrix. Nati favore digna. Nati ſtudioſa. Sæva in natum. Pia, bona, caſta, pudica, chara, dulcis, fœlix, fœcũda, conſpicienda, digna viro, nato. Dulce caput. Sobolis obliviſci neſcia. Geſtans ſua charo pignora ſinu. Gerens in ſinu puerum dulce onus. Alens infantem gratâ ope tepidi lacis. Conformans primo cumlacte murmura prima linguæ pueIli ſui. Alumna.

MATER CHRISTI.

Maria virgo intacta, integra, pia, diva, dia, ſancta, caſta, immaculata, intemerata, auguſta. Mater ſummi tonantis. Sancta parens. Alma redemptoris mater. Maris inſcia mater. Ignara penitus thalami, tactuſque virilis. Quæ fœlici utero peperit ſalutem mortalibus ægris. Nunquam congreſſus perpeſſa viriles, concepit gravis ætheria divinitùs aura. Quæ cœlicolûm regem ſub lumînis edidit auras. Quæ ſola virgineum ſervavit ſacra pudorem. Quam pater omnipotens cœleſti afflavit ab arce, implevítque uterum diſapſum numen ab aſtris. Quæ ſuperum puro concepit ab æthere Regem. Nympha decus cœli

cæli. * Virgo virilis nescia feminis Νύμφη ἀνύμφευτος, nupta non nupta.

MATER A. Jocosa, ingeniosa, apta numeris, Conveniens modis. Fœlix in carmina. Non mihi materiam Roma negat. Materiâ vires exuperante meas. Jacet omnis ad ies. Propositum. Argumentum.

MATHUSAIEM. Mathusales ævi maturus. Mathusalem, longæve senex, cui degere soli Concessum est vitæ secula pene decem.

MATRIMONIUM. V. *Conjugium.*

MATRONA. Animi matrona virilis. Pudica, docta, rara, temeraria, studiosa sinistri.

MATTHÆUS. Ipse teloniaco dederat qui tempora lucro. Matthæus collector opum.

MATTHIAS. Matthia donate Deo, sic namque Latino Diceris eloquio, lingua Theodorus Achiva.

MATUTINUS. V. *Mane.*

MAXILLA. MALA.

Genæ molles, teneræ, decoræ, venustæ, purpureæ, pubescentes, roseæ, lacteolæ, coloratæ, blandæ, blandidulæ, certantes rosis, purpureæ, & lactis aspergine tinctæ. Quibus blanda est gratia Quas mirè gratia commendat. Madidæ fletibus. Sectæ ungue.

MEDEA. Fallax, impia, scelerata, despecta, Æëtias. Æëtis. Colchis. Phasis. Phasias. Aëtæ filia. Uxor Jasonis. Quam puppe avexit Iason. Colchorum regina. Barbara, venefica. barbara pellex. Filia misero acerba parenti. Pulsa domo Æsoniâ. Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros corpus. Nece natorum sanguinolenta. Virum ulta per natos. Ææa puella. Iram quæ matris natorum cæde piavit.

MEDERI. V. *Morbo mederi.*

MEDIA NOX. Mediæ tempora noctis erant. Noctis erat medium. Prima quies medio jam noctis abactæ. Curriculo expulerat somnum. Nox ubi jam media est, somnóque silentia præbent, Et canis, & variæ conticuistis aves. Cùm lassa quiete cuncta jacent media. Jam mediam nigra carpebat nocte quietem. Jámque fere mediam cœli nox humida metam Contigerat. Torquet medios nox humida cursus. Orbem medium nox acta subit. Cùm nox medium spatium conficit horis. Nox intempesta.

MEDICINA.

Ars Phœbea, Apollinea, Machaonia. Succi Machaonii Opes Pæoniæ. Ars *Pæonia*. Ars medica. Artes medendi, Artes medentium. Validum Apollineæ medicamen prolis.

MEDICINAM ADHIBERE.

Ægro medicas adhibere, applicare manus. Medica refigere corpora læsa manu. In melius restituere vires collapsas arte Pæoniâ. Levare malum Apollineâ arte.

MEDICUS. Medens. Ferens opem ægro. Medicæ manus. Artifex morbi. Medicus fidus, doctus, expertus. Peritus in arte medendi. Sciens depellere morbos. Tenens mederi morbis. Vires in pristina tollens. Medicam opem ferens languentibus, ægris. Restituens lapsas in pristinas vires. Medicaminibus depellens morbos. Dans docta pocula mista manu. Ægro pellens è corpore morbos. Corpus ab ægroto properantia fata reprimens. Excultus Pæonis per artes. * Est flos, est princeps medicorum chori. Medicorum nati. Galeni propago.

MEDIOCRITAS. V. *Modus.*

MEDUSA. Forma, ora *Medusæ*. Os *Medusæ*. Vultus *Medusæ*. Squallentia ora *Medusæ*. *Medusæa* [illegible] guttura. *Gorgonis*. *Phorcynis*. Nexa comis anguis. Nexa angue comis. Volucris mater equi. Cephenum [illegible] dedit ura neci.

MEL. Flavum, aureum, dulce, purum, aëreum, [illegible] cereum, pingue, nectareum, Himettium, Hybleum, Gnidium, Atticum, Calydneum. Nobile nectar apis. Redolens thymo. Positum in ceris. Thymi redolentia florem. Cerei dona. Aërei mellis cœlestia dona.

MEL CONFICERE.

Cogere spumantia mella pressis favis. Stipare liquentia mella. Mella tenacia fingere. Stipare favos dulci nectare. Fingere pressum opus subtili nectare. Nectare stillantes favos stipare. * Mellificare. Aërei mellis cœlestia dona parare. Dulci distendere nectare cellas. Apis dulci melle complet favos. Mella in ceris Attica ponit apis. V. *Apis.*

MELCHISEDECH. Melchisedech, Rex idem hominúmque Deíque sacerdos, Munera portabat, Cererem latecémque Lyæum. Quâ stirpe, queis majoribus ignotus, uni cognitus tantum Deo.

MEMINISSE. V. *Recordari.*

MENELAUS. Atrides minor. Nuptæ repetitor ademptæ. Cui pia militiæ causa puella fuit.

MENDICARE. Exiguæ petere æra stipis. Æra ore tremente stipis exiguæ rogare. Mendicare vilia scruta inopis cibi. * Cogere ostiatim stipem.

MENS. * Cognata cœlo. Vivida, soler, ignea. Sancta proles ætheris. V. *Animus.*

MENSA.

Orbis mensæ. Mensa dapum vario pondere titubans. Lautis mensa parata cibis Lautos suppeditans prodiga mensa cibos. Quam gravant Cerealia munera. Quam decorat dulce Falernum. Epulis onerata, gravata.

MENSAM PARARE.

Instruere mensam dapibus, cibo, epulis, dulcique Falerno. Onerare, gravare mensam epulis. Mensis imponere cibos. Exstructæ dapibus mensæ, nec egenæ tostæ frugis.

MENDACIUM. Vanus sermo. Vana verba. Vox vana, ficta, linguæ mendacia fictæ. Linguæ gratia ficta. Mendacium turpe, subdolum, impudens, fallens. Fabulæ vaniloquæ, aniles, futiles, ineptæ, fictitiæ, commentitiæ. Stropha. Impostura. Sycophantiæ oris.

MENSIS. Menstruum tempus. Ergo ubi Jane biceps longum reseraveris annum; pulsus & à sacro mense December erit. Alter agebatur post sacra jugaila mensis. Luna dabit menses, peragunt quòd menstrua cursum. Menstruus cursus. * Cornua cùm lunæ pleno semel orbe coissent. Luna semel orbe recrevit. V. *Luna.*

JANUARIUS.

Prima dies anni nostri. Mensis Jani. Dux mensium. Servans nomen vetusti Jani. Amans victum tepidum, gratum, qui liquorem, quo puro sanguine corpus alat. Quo vena secta nocet, sed balnea, labores prosunt.

FEBRUARIUS.

Mensis cui fecerunt februa nomen. Febris habens nomen, & lentâ febre timendus. Mensis feralis, glacialis, horridus. Proximus Jano. Qui sequitur Janum. Reliquis mensibus impar. Februus est brevis, at sociorum pessimus idem.

MARTIUS.

Martis mensis. Signatus nomine Martis. Mensis Martis de nomine dictus. Quo sectio venæ sæpè nocet.

APRILIS. Menſis ab aperto tempore dictus. Apri- n. *Veneri* ſacrum fecêre Quirites. Menſis quartus. *Ve-* eris menſis. Cytherëius menſis. Et vatem & menſæ is *Venus* eſſe tuos. A *Venere* hic magnâ deſcendit origine enſis.

MAIUS. *Viridi* gramine lætus. Depingens vario flo- ſolum. Maius vernans, blandus. Cùm tellus gramina pro- mit & herbas. Cùm tepet apricus Zephyris ſpirantib..s aër, & candida formoſi tempora veris eunt.

JUNIUS. Menſis Junonis. A Junonis nomine no- men habens. Quem pulchra Jovis conjux ſibi vendicat. Juvenum de nomine dictus. Quo ſolis equi paragrant ſi- dera cancri.

JULIUS. Quintilis menſis. Quem patres dixêre Quin- tilem. Moven ortus æſtivos. Quo Julius cœpit haurire auras vitales. Percoquens uvam flaventem.

AUGUSTUS. Sextilis. Cæſare ab Auguſto ducens ſua nomina. Quo Sol rapidis urit equis Nemæi terga le- onis.

SEPTEMBER. Quo fœto palmite poma nitent. Op- tatum referens rapido lenimen in æſtu. Quo preſſo veſcen- dum lacte caprâ. Redolens vinum, & aromata cu- rans.

OCTOBER. Menſis quo pede ſub nudo dulcia muſta fluunt. Quo Pleias ſurgit cardine Eoo, & orta ſecum tra- hit autumnum.

NOVEMBER. Menſis quo triſtis hyems incipit ſævire. Portans brumam.

DECEMBER. Gelido ſtridore ingruens. Spargens ni- vem multam. Menſis Neptunius.

MENSURA. Modus. Modulus. Juſtum præterit in modum.

MENTIRI. Falſa pro veris fundere voces. Men- dacia verba loqui. Fingere vaniloquo jactare menda- cia. Exercere mendacia linguâ leni, vanâ. Addere mendacia culpæ. Mendacia fingere. Ψευδῶν συγκο- λλητής, mendaciorum conglutinator. Ementiri. Falſum dicere.

MERCATOR. Impiger, avarus, avidus, vagus. Lucri cupidus. Lucro inhians. Extremos currens ad Indos: per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes. Sua com-

modis

moda quærens, ſpectans. Congerens divitias avido quæſtu. Se pelago lucri cauſâ committens, Ter & quater anno reviſens æquor Atlanticum. Longis quærens compendia terris. Chinarum petens nobile regnum, & Peruanos ac Calecutios tractus.

MERCES. Magna, mutanda. Merces officii. Plenior officio. Labore minor. Animum præſenti pignore firmans, præmium magnum, largum, meritum, debitum, ſufficiens.

MERCES. Externæ. Quas dives Panchaia mittit. * Eoæ gazæ. Orbis novi munera.

MERCURIUS.

Ales, Alipes, pacifer, caduciſer, nuncius, Deus Arcadæ, Cyllenius, Atlantiades, Nepos Atlantis. Jove natus. Maiâ creatus. Pleiade natus. Quem lucida partu Pleias eſt enixa. Quem peperit magno lucida Maia Jovi. Atlandide Maiâ natus. Quem montibus olim Edidit Arcadiis Pleias una Jovi. Atlantis magni Pleioneſque nepos, Qui juſſa per auras Verba patris portat. Pacis & armorum, ſuperis, imiſque Deorum Arbiter. Actus velocibus alis. Alato qui pede carpit iter. Æthereum volucri qui pede carpit iter. In cujus digitis eſt aurea virga. Venerandus virgâ potente. Inventor curvæ fidis. Furibus aptus. * Cyllenia proles. Interpres Divûm. Deum latrator Anubis. Animas qui evocat orco, & alias ſub tartara mittit. Qui pedibus talaria nectit. Paribus nitens Cyllenius alis. Penniger Arcas. Deus aliger. Atlantius Hermes. Ales Mænalius. Cyllenides. Talariger. Majugena. * Γλώττης ἡγεμών, Lux linguæ.

MERERE. Meritæ dare præmia palmæ. Morte minor culpa mea eſt. Meriti tanti non immemor unquam. Omnes ut tecum meritis pro talibus annos Exigat. Cui præmia debentur ingentia. *V. Præmium.*

MERETRIX. Puella vulgaris. Tuba meretricia. Certo cuivis mercabilis ære. Turpi fornice latens, latitans. Opus corpore quærens. Cujus oratio eſt dulcior Hyblæo melle. Greſſibus incertis errans à recto tramite vitæ. Quò libet incautos flectere docta viros. In ſcelus, & quodvis rapit opus ruens. Fucatis quæ fallere docta dolis. Retia corde gerens. Illecebris quæ fallit amantes. * Lupa. Dulcis animæ peſtis.

MERGERE. V. Immergere.

ME-

MERIDIES. Medias sole tenente vias. Aut plus, aut medium sole tenente diem. Æstus erat, mediámque dies exegerat horam. Jámque ferè medius Titan venientis & actæ Noctis erat, spatióque pari distabat utrimque. Dum calet, & medio sol est altissimus orbe. Jàmque dies medies tenues contraxerat umbras. Inque pari spatio vesper & ortus erant. Et sol ex æquo metâ distabat utraque. Sol medium cœli conscenderat aureus orbem. Roseis aurora quadrigis, jam medium æthereo cursu trajecerat axem. Medios sole secante dies. Cùm medio sol splendet Olympo. Sol furit, estque medio æstu insanissimus.

MESSIS. Humus resecanda falce. Area dives. Messis gravida, larga, uber, opima, copiosa, frugifera, fertilis, pinguis. Maturis dives aristis. Vestitus messibus ager. Congestas area cepit opes. Maturis albescit messis aristis. Triticeam sic in messem, robustáque farra Exercere humum. Spicea jam campis cùm messis inhorruit. Nudatas acceperat area messes. Ruperunt horrea messes.

METAMORPHOSIS.

Formæ mutatæ in nova corpora. Figuræ versæ, variatæ. Species novæ. Corpora transformata. Corpora mutata. Faciem mutatus & ora. Hanc faciem genitrix miserata refecit. Forma vertitur oris. Omnia transformat sese in miracula rerum. In species translata novas. Fit lupus, & veteris servat vestigia formæ. Omnia mortali mutantur lege creata. V. *Transfigurare.*

METERE. Succidere messes. Farra resecare falce. Decerpere messes. Maturis falcem supponere aristis. Farra secare falce. Legere falce semina matura. Seges falce resecta cadit. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu. Sole sub ardenti flaventia demetit arva. Dum flavas bis tondet messor aristas. * Densas prosternit messor aristas. Falce matura decubuit Ceres.

METUERE. Habere, concipere metum. Metus turbat pectora. Trepidare metu. Metu quati, solicitari, tardari. Corda metu tremunt. Corda stupent metu. Metu calor ossa reliquit. Sollicitum timor anxius urget. Concutit ossa metus. * Ὀρθαὶ τρίχες ἔσται, Arrectæ comæ steterunt. V. *Formidare.*

METUS. Pavidus, gelidus, exanguis, trepidus, sollicitus,

cus, pallens, pallidus, terrificus, dubius. Addens pedibus alas. Omnia præcipitans. Attonito adimens usum rationis. Timor mœstus, suspensus, anxius, attonitus. Corda huc illuc agens. Corda premens. Horror acerbus, tremulus, terribilis. Quatiens, concutiens membra. Præcordia, pectora quatiens. Occupans artus, ossa. Metus carnifex quietis.

METUM DEPONERE.

Ponere metum. Metum subjicere pedibus. Excutere metum. Pellere, exuere metum. Parcere metu.

METUM INJICERE. Inferre, incutere metum. Præbere, facere metum. Metu percellere. Turbare omnia metu. Implere urbem terrore, timore, metu. Acuere timore.

METU LIBERARE. Solvere metu. Mederi timori. Tollere, adimere, eximere, demere metum.

MILES. Fortis castrorum turba. Vir pugnax. Utilis armis. Miles numero præstantior omni. Arma gerens diverso in orbe. Animosus in armis. Miles sine pectore, pavidus, trepidus, indomitus, intrepidus, impiger, cruentus, crudelis, sævus, dirus, strenuus, generosus, saucius ictu, prædæ avidus, cupidus, sanguinem sitiens, furibundus in armis. Illicitas sectans opes. Martis signa cruenta sequens. Acer in armis. Ore truci vultúque. Miles ab Hetruscis saucius aggeribus. * Miles dedicat horæ puncto vitam, & metuit non velle mori. Totus in orbe furor venit, inque vultu Medusa cernitur. Horrente galeâ, vel casside vultum contexit. Surgit apex capiti terribilis, δεύτερος Ares, alter Mars.

MILITARE. V. Bellum gerere.

MINÆ. Minantia verba. Ora minantis. Minæ rigidæ, ingentes, sævæ. Verborum terror. Fulmina verborum.

MINARI. Instare minis. Edidit impavidos ore minante sonos. Tollere minas. Definit esse minax. Præsensque minatur Exitium. * Intentátque malum verbis. Extrema minari. Suppliciis terrere futuris. Intentare mortem. Pueros voce minaci terrere. Excisurum urbem minitatur hostis. Sævas numen increpat minas. Ore torvo comminari. Sævus prodit, ac minas ardentibus oculis gerens. Multa ac metuenda minatur. Spirat ab ore minas, & pœnæ nuntia verba. Fulmine minarum percitus

animus, pœnam accipit, duplicíque miſer cruciatur malo.

MIRACULUM. Prodigium. Concitans in ſuporem. Dictu mirabile. Res metas naturæ tranſgrediens. Numinis indicia. Argumenta Dei. Alphabetum imperitorum.

MINERVA. Culta, caſta, innupta, armipotens, ingenioſa, Dædala, facr[illegible]oleæ inventrix, doctiloqua, armifera, armigera, bellica, bellatrix. Sæviens triſti flagello. Arma manu ſanguinolenta rotans. Pallas. Tritonis. Tritonia. Biſtonia. Jovis filia. Nata Jovis. Jove nata. Nata ſine matre. Formâque armíſque decora. Carminis inventrix. Bello metuenda virago. Poſitam in pectore forti Ægida concutiens. Armipotens belli præſes. Tritonia virgo.

MISCERE. Maria omnia cœlo miſcuit. Quoniam ſuaves miſcetis odores. Miſcuerunt herbas, & non innoxia verba. Lituo tu bæ permiſtus ſonitus. Tunſum gallæ anmiſcere ſaporem. Me lyricis vatibus inſeris. * Principibus permiſtus Achivis. Lætitia ingens miſto tumultu. Miſtúmque merum fluvialibus undis.

MISER. Térque quaterque miſer. Quem vicibus duris ſors inimica premit. Dolis in caſibus hærens. Qui fatis agitatur, urgetur acerbis. Triſte ævum in triſti ſqualore trahens. Quem duri exercent caſus. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Miſeros meliora ſequentur. * Miltis ærumnis ac tempeſtatibus actus. Centrum miſeriæ atque unicus fati ſcopus. V. *Afflictus. V. Infortunatus. V. Adverſarius.*

MISERERI. Oro miſerere laborum. Miſereſcimus ultro. Nil noſtri miſerere. Reſpicere, & ſolari jacentem. Juno juvenem animo miſerata repreſſit. Phœbe graves Trojæ ſemper miſerate labores. Et cœlo tandem miſeratus ab alto eſt. Doluit miſerans inopem. Miſerere animi non digna ferentis. Lapſorum te miſeror. Dolere dolorem alterius. Et ſua eſt miſereri voluptas.

MISERICORS. Æquus, mitis, facilis, propitius, lenis, clemens, benevolus, benignus. Dexter ades tuo numine. Dare ſe alicui placidum. Reſpiciens placato vultu.

MODUS. Mediocritas aurea, pulchra, nobilis, memoranda. Mediocritatis regula. Medium tenuiſſe decorum eſt. Dimidium plus toto. Temperans omnia conſilis ſuis. Rectam ſervans in omnibus menſurum. * Modus eſt

pulchri-

pulcherrima virtus. Auream quisquis mediocritatem diligit, tutus caret obsoleti sordibus tecti, caret invidendâ sobrius aulâ. Μετρον ἄριστον, modus optimus.

MODUM SERVARE.

Modum tenere, retinere, adhibere. *Ponere*, imponere, figere, statuere modum. *Moderari* frænum. Non permittere libera fræna. Non sequi nimium mœstæ vestigia curæ. *Comprimere* suspiria. Non concedere dolori suo quamvis juto. *Premere* constanti mente dolorem.

MOENIA. * Alta, sublimia, fortia. *Cingere* mœnibus urbem. *Mœnæ* murorum ingentes. *Cingere* muris oppida. *Mœnia* lata triplici circumdata muro. *Murorum* ingentes moles. Fortissima mœnia, cives unanimes.

MOLERE. Cereris fruges aspera saxa terunt. Frangere fruges saxo. Perdomitam saxo *Cererem*. Terere, atterere, conterere farra. *Versat* asella molas. Terere *Cererem* silicum ictu.

MONEDULA. Nigra pedes. Pennis velata nigris. Avis quæ diligit aurum.

MOLIRI. Majora viribus audere. Nec super ipse tuâ moliris laude laborem. V. *Conari.*

MOLITOR.

Frangens farra. Vix unquam furti suspicone carens.

MONACHUS. V. *Solitarius.*

MONS. Jugum montanum. Montana cacumina. Juga montis iniqui. Anceps montis acumen. Montis vertex. Longus clivus. Collis apricus. Ardua summa montis. Mons altus, arduus, celsus, tacturus sidera, inaccessus, æthereus, nemorosus, abruptus, nebulosus. Culmina montis. Mons qui surgit in æthera. Qui tollitur ad astra. Tollens ad astra caput. Qui superas se tollit in auras. Caput inter nubila condens. Tangens, contingens, petens, feriens astra, sidera. Horridus, rigidus nivibus. * Acclive solum, collésque supini. Nimbosa cacumina montis. Supercilium clivosi montis. Collis, vel jugum frondoso vertice. Mons æthereo vertice contingens nubes.

MONSTRUM. *Portentum. Prodigium. Dictu mirabile monstrum. Immane monstrum, informe, ingens. Subitum, atque oculis mirabile monstrum. Naturæ peccatum.

MONTIUM NYMPHÆ. Oreades teneræ, faciles, lascivæ, innocuæ, placidæ, exultantes, salientes per-

ſummos montes. Laſcivientes in montis cacumine, vertice, culmine. *Dominantes in altis montibus*. Duris in montibus ortæ. Numina montana.

MORA. Tempora ceſſata. Mora annua. Moræ brevis tempus. Minimum moræ. Mora pœnæ grata. Mora tarda, ſegnis, longa, parva, brevis, exigua.

MORARI. Moliri moram. Trahere moras. Quæ tam ſera moratur Segnities? Quæ tantæ tenuere moræ? Surgentes demoror auſtros. Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Segnéſque metu ſententia tardat. Gradum continere, ſiſtere. Curſum ſuſtinere. In limine portæ ſubſtitit. Comprimere gradum. Cauſas innectere morandi. Cunctari, opperiri. * Conſtare, & veſtigia premere.

MORBUS. Immedicabile malum. Semina morbi. Morbus triſtis, gravis, lethalis, lethifer, violentus, pernicioſus, periculoſus, medicabilis. Atterens languentia corpora. Infirmo decerpens corpore vires. Populans anhelos artus. Fabricator lethi. Tentans latus, ac renes. Sævities nefanda tetri morbi. V. *Ægrotare*.

MORBO MEDERI.

Medicam opem ferre languentibus. Relevare corpora morbis. Medicamine pellere morbos. E corpore ægro pellere morbos. Levare morbis. * Auxilium præſens adferre morbis. Morbis medicantur anhelis. Spargere ſalubres ambroſiæ ſuccos, & odoriferam panaceam. Artibus medicis graves expellere morbos. V. *Medicinam adhibere*.

MORDERE.

Dare, inferre, exercere morſus. In corpore mergere roſtrum. Laniare, lacerare, figere roſtro. Premere dentes in aliquid. Divellere, conſumere, cruentare morſu. Occupare morſu. Miſeros morſu depaſcitur artus. Fræna ferox ſpumantia mandit. Canum morſu de montibus altis Actus aper. * Apes læſæ venenum morſibus inſpirant, & ſpicula cæca relinquunt affixa in venis. Infixis laniare dentibus artus. Imprimere memorem dente notam. Lacerare morſibus niveos artus. Laniant avido viſcera dente lupi. Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum.

MORES.

Cœleſti pectore digni. Heroibus æqui. Sine crimine. Labe carentes. Mores boni, pudici, rari, mendoſi, mali, feri.

MORA-

MORI.

Oppetere, obire, subire mortem. Deponere, exuere, effundere, edere animam. Animam moriens exhalare. Expirare. Ponere vitam. Discedere, excedere terris. Morti succumbere acerbæ. Linquere mundum. Vitam exhalare caducam, adire manes. Ad Stygias undas penetrare. Pariter vitam cum sanguine fundere. Deponere odiosæ tædia vitæ. Fata subire. Claudere suum diem. Extremo sua fata die claudere. Ire sub jugum flebile mortis. Degustare letheæ pocula mortis. Occumbere morti, mortem, morte. Ex vita discedere. Claudere fata novissima. Subire funus acerbum. Placidâ morte quiescere. Pulchram petere per vulnera mortem. Usuram lucis crudeli vulnere reddere. Deserere lumen vitale acerbo funere. Linquere lucis auras. Duros letho finite labores. Claudere lumina placida morte. Primo intercidere ævo. Tenero succumbere in ævo. Relinquere lucem. Fatis perfungi. Fundere vocem extremam. Anima fugit tragiles corporis artus. Tradere, dare, dimittere, projicere animam. Dispergere vitam in auras. Spiritus tenues evanescit in auras. Olli dura quies oculos, & ferreus urget Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem. Labuntur frigida letho lumina. Vitáque cum gemitu fugit indignata sub umbras. Spiritus artus deserit. Lætos stabili claudere fine dies.

MORS.

Rogus. Excidium. Interitus. Fatum. Lethum triste. Lethalis hyems. Hora novissima. Dies ultima, summa. Suprema funera. Nox æterna, perennis. Avidi tristia jura Dei. Jus rigidum, inevitabile mortis. Hora suprema. Funeris hora. Via lethi. Nox longa. Tenebræ extremæ. Exitus. Mors inopina, matura, immatura, properata, lugenda. Parcere nescia. Falce armata. Rapiens omnia propriâ manu. Audacibus æquè ac timidis injiciens atras manus. Pulsans æquo pede pauperum tabernas Regúmque turres. Ultima linea rerum. Omnibus æqua. Minans tristia funera. Fata trahentia mortem. Spicula mortis, * Libitina. Parca.

MORS DESTINATA OMNIBUS.

Omnia sub leges mors vocat atra suas. Ultima cuivis expectanda dies. Fata manent omnes. Mors sua sceptra tenet toti communia mundo. Mors eadem simili conditione manet. Rigidum jus est & inevitabile mortis. Stat rata non

ullâ fila tenenda manu. Semel omnibus eſt calcanda via lethi. Quiſque cogitur mortis adire viam. Omnes una manet ſors irreparabilis horæ. Cùm venit extremas lege trahente dies. Certus ſtat vitæ terminus omni.

MORS ÆTERNA.

Æternæ triſtia funera mortis. Carcer horridus æternæ mortis. Mors perennis. Fata horrenda. Æternæ facies triſtiſſima mortis. Dira vincula æternæ mortis.

IN MORTIS AGONE.

Letho in medio. Extrema mortis in hora. Medio in diſcrimine mortis. Supremo tempore vitæ. Ipſo in limine mortis. Ipſo vitæ ſub fine labentis. Dum mors unguibus imminet atris. Cùm mors atra capit ſi cumvolat umbrâ cavâ. Ante oculos cum ſtat mortis triſtiſſima imago. Cùm plurima mortis imago. Solvuntur cum frigore membra.

IN AGONE ESSE.

Media in morte teneri. *Medio* jactare in vertice lethi. Auras haurire ſupremas, Et quaſi jam lethi portas luctari ante. In medio verſari turbine lethi. Verſari lumina laſſa ſupremâ morte. Trahere animam ſupremâ morte. Frigidus, & longis ſingultibus ilia pulſat. Paulatim animâ deficiente mori. Lethæa ſubeunt oblivia mentem. In labiis ſummis ſpiritus errat. Spiritus ultimus errat ora ſuper.

POST MORTEM. Ultima diſcerpta poſt ſtamina vitæ. *Poſt* ultima, ſupremáque funera. In cineres cùm corpora verſa jacent. *Poſt* obitus. *Poſt* ultima fata. Quando brevis miſeri lux occidit ævi. Cùm ſpiritus frigida membra reliquit. Cùm peracta fata ſunt.

MORTE REPENTINA PERIRE.

Morte properâ, præcipiti, repentinâ, præpropera, inopinâ occumbere.

MORTuus. Defunctus. Extinctus. Defuncta corpora vita. Fato defunctus. Lumine caſſus. Funere extinctus. Solutus corporis carcere. Demiſſus nece. *Morte* peremptus. Funere merſus acerbo. Corpus exanimum. Vacuas delapſus in auras. Perfunctus fato. Spoliatum lumine corpus. Exanimis. Corpora luce carentia. *Membra* jacentia letho. Lethæa cadavera. Avulſúmque humeris caput, & ſine nomine corpus.

MOSES. Amramides, *i. e.* Amræ filius. *Mirificum* virgâ, oſtentiſque Deorum Amramiden. Corniger vates. Dogmata

nata cornigero quæ sunt contermina Mosi. Legifer heros Auxiliis fretus cœlestibus heros. Qui purpureum per mare fecit iter. Isacides pastor. Clarum virtute Moysen fortunat.

MOVERE. Vertitur, atque cavas alveus haurit aquas, ventis agitantibus æquora. Juno freta contorquet. Pelagus torrentibus ingruit undis. Vada penitus permota stridunt. Casu concussus amici. Ciere. Agitare. Vertere.

MUGIRE. Resonant mugitibus agri. Dare mugitum rauco sono. Raucos mugitus edere. Implere loca mugitibus. Boatu horrendo, horrifico, multo querulo loca replere. Montes sonant boatu. Reboant mugitibus agri. * Bos mugitibus impulit auras. Mugitus ciere horrendos.

MULGERE. * Mulgere ubera vaccæ lactea. Implere mulctralia lacte. Exhaurire ubera. Nivea pressis manant flumina mammis. Argutis pressant ubera palmis. Distenta siccare ubera. Succus pecori, & lac subducitur agnis. Bos venit ad mulctram. Teneris immulgere ubera labris. Candens lacteus humor uberibus manat distentis.

MULIER. * Fœmina. Nurus. Varium & mutabile semper. Nequior, ac debilior sexus. Τὸ θῆλυ, πρᾶγμα. Fastuosa res, Τερπνὸν κακόν, delectabile malum.

MULTITUDO seu TURBA. * Unda vulgi. Manus ingens, Innumeræ copiæ. Magna caterva. Agmina densa virûm. Turba frequens. Comites innumeri. Confertus numerus. Collecta pubes undique. Densa cohors. Exercitus ingens. Cœtus. Corona.

MULTI, MULTÆ, MULTA.

* Citius numerabis aristas. Antè leves volucres censebis in aëre. Quot natant pisces certus eris. Harum est series rerum innumera, vel innumerabilis. Non tot lucent sidera cœlo. Feriunt undæ pauciores Carpathia littora. Nec habet tot littus arenas. Vere priùs flores numero comprendere fas sit. Quot stellæ inter occultum conspicuúmque polum. Quot frutices sylvæ, quot Tybris arenas habet. Quot gramina vere profert humus. Quot habent Pæstana rosaria flores. Quàm multas Hybla tuetur apes.

MUNDUS. Triplicis confinia mundi. Magni præcordia mundi. Theatrum, fabrica, machina mundi. Magna loca pervia mundi. Vasti climata mundi. Opus mundi. Orbis immensus, vastus, triformis, triplex, capax, spatiosus par-

patulus, patens, globosus. Cardo mundi. * Patentis mundi globus. Circumfuso pendens in aëre tellus librata ponderibus suis. Magni opus admirabile mundi. Ipsum universum. Quacunque abluitur solum longo Tethyos amictu. Utraque Phœbi domus. Tostis ab Indis usque ad extremos Scythas.

A MUNDI EXORDIO. A prima nascentis origine mundi. Prima ab origine mundi. Post nati exordia mundi. Ab orbis usque exordio. Ab usque primis seculis. * Ab orbis usque infantia. A mundi rudimentis.

MUNUS. Datum. Donum. Ingentia data, dona. Munus grande, magnum, amplum, dives, memorabile, pretiosum, non leve, parvum, exiguum, inane, leve, cœleste, placans hominésque Deósque. Quo placatur Jupiter ipse. Iram accensas flammas extinguens. * Addit equos, additque duces. Dona imperat ad naves ferri, stipátque carinis ingens argentum. Muneribus cumulare. Onerare aliquem donis. Fragili donare cicuta. Quæ tali reddam pro carmine dona? Accipias munera parva rogo. Promisso munere donare. Muneribus cumulare magnis. V. *Liberalis.* V. *Beneficium confero.*

MURUS.

Coctilis, humilis, brevis, turritus, pulsatus ab hoste, validus, alienus, altus, inexpugnabilis. Turribus & fossis suis cinctus. Mœnia ardua, edita, celsa, spatiosa. Finitimis invidiosa locis, plena viris. Nuda viris. Concussa, diruta Marte. Turribus altis firmata. Quæ consurgunt quadrato saxo. Fluminibus, latis fossis cincta. Tuta situ. V. *Mœnia.*

MUS. Ridiculus, parvus, exiguus, avidus, improbulus rodens. Sub terris domus ponens, atque horrea faciens. Cujus janua semper aperta. Occultum faciens sibi iter. Horrea scrutans & evacuans. Catum metuens.

MUS MAJOR. Glis somnolentus, somniculosus. Somno deditus, pinguescens. Amans somni. Qui somno mutatur. Hyberno solitus pinguescere somno.

MUSÆ. V. *Deæ liberalium artium.*

MUSÆ CONTEMNUNTUR. V. *Artes contemnuntur.*

MUSICA. Dulcis, suavis, blanda. Molliens animos cantu. Mulcens pectora modulamine cantus. Fugans tristi de pectore curas. Curarum dulce levamen. Mirificus animos

animos docta, apta movere modis. Divinum donum celebrans, laudans & benefacta Dei. Decus sacratis templis. Harmonica dulcis modulatio cantus. Dulcisoni modulamina cantus. V. *Canere*. V. *Cantus*.

MUTARE IN ALIAM FORMAM.

In vultus se transformat aniles. Tot se vertit in ora Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis Induerat Circe in vultus ac terga ferarum. V. *Metamorphosis*.

MUTUUM. * Rogare aliquem nummos sine pignore. Rogare aliquem sestertia mutuo decem. Dare alicui mutuo terquinquaginta. Tarpeio Deus hic commodet ora patri. Utendum dare. Mutuo da centum.

MUTUS. Non habens quo queat ore loqui. Ora quidem sed muta gerens. Cui os vocis inane. Nec aure, nec ore, Accipiens reddénsve sonos. Obmutuit illa dolore. Illa nihil: neque enim vocem, vicésque loquendi, Aut aliquid toto pectore mentis habet. * Elinguis. Harpocrates. Magè mutus quam piscis.

N

NARRARE.

MEmorare. Referre. Complecti versibus cũcta meis opto. Numero comprédere non est. Dicere. Vulgare. Ardentes accingor discere pugnas. Exequi versu, prosequi. Expediam altiùs, à prima origine cuncta repetens. Quis tanta relatu æquare possit? Centum nequeam perstringere linguis. Causas memorare. Sociis exacta referre. Fando nequeam explicare clades Belgii. Res ordine pandam. Deferet ante dies, & in alto Phœbus anhelos Æquore tinget equos, quàm consequar omnia dictis. Expediam dictis, & te tua fata docebo. V. *Loqui*.

NASCI. Venire, nasci sub auras. Visere luminis oras. Prodire sub luminis auras. Venire lucis ad auras. Exire, mitti, oriri in auras. Lumina lucis inire. Educi in dias luminis auras. Haurire lumen vitale. Æthereas prodire lucis in auras. Ingredi primas oras mundi. Ferre dulcia munera vitæ. Haurire vagitibus vitales auras. Ducere ortus. Prodire utero. Surgere ad lumina vitæ. Ducere principium à sanguine alicujus. Generis primordia ducere ab aliquo. Genus ducere ab aliquo. Trahere genus ab aliquo. De nostra deducit origine nomen. Progeniem deducere alicujus sanguine.

NATA

NATARE. Jactare brachia aquis. Corpore findere aquas. Pulsare undis lacertis. Ferri per undas. Nare gurgite summo. Fluitare. Innatare. Tacitis remigare sub undis. Fluvios innare rapaces. Jactabit liquido brachia lenta mali. Pellere undam pectore. Ducere manus in aquis. Pellere undam manu. Pendere aquis. Ferire aquas. Labi per æquora. Findere aquas pectore. Mari brachia tendere. Dimovere aquas brachiis. Natare freta.

NATATOR. Juvenis natans. Aptus placida dare verbera ponto. Juvenis tumidarum victor aquarum. Juvenem supe are Palæmona nando. Magnus spretis undis. Natans nudus, cautus, lentus, lassus, temerarius.

NATATU TRAJICERE.

Rapidam flumen transmittere nando. Tranare alta fluenta. Amnem volucri superare natatu. Ire per undas.

NATURA. Vis naturæ. Rerum natura novatrix. Natura solers, ingeniosa, Dædalea, potens, difficilis, callida, sagax. Benignissima rerum. Parens, creatrix rerum. Profundens splendida dona sinu. Quæ flectitur arte. Quæ usque recurrit. Custode potentior omni. * Παμμήτωρ, omnium parens.

NATURAM HUMANAM INDUERE.

Corpus & ossa induere. Induere corpus. Sumere mobundi corporis artus. Sumere humanæ debile carnis opus. Assumere humani corporis artus. Humanam sibi jungere mirando fœdere massam. Induere terreos artus. Applicare sibi mortalia membra, naturámque hominum. Membra subire caduca mortali carne. Artubus humanis se vestire. Humanis ex ossibus, atque humano è viscere sumpto viscere tegi.

NAUFRAGIUM FACERE.

Lacerâ, fractâ, quassatâ navi jactari per æquoris undas. Bibere æquoris undas. In immenso jactantur corpora ponto. Disjectæ toto æquore classes. Arma virûm, tabulæque & Trojæ gaza per undas natans. Aguntur ventis tabulæ, feriuntur & undis. * Navis inflicta vadis dorso pendit iniquo, fluctúque fatigata undique solvitur, atque viros mediis exponit in undis. Laceræ ratis vix tenuit membra. Sonuerunt fracta pondera veliferi mali. Fracta est compago carinæ. Navita vasto jactatur in æquore lacerata classe. Navis viduata remigibus, orba gubernaclis, anten-

antenn's saucia fractis. Scissis velorum debilis alis. Ludibrium pelagi vento jactatur & unda. V. *Tempestas.*

NAVIGARE. Secare fluctus, æquora. Tentare Tethyn. Sulcare maria alta carina. Freta secare. Navigare æquor; aquas. Tendere iter velis. Ire vento, velis, rate per undas. Felici nave per æquor labi. Scindere freta puppi. Freta findere classe. Æquore ferri. Facere iter puppe. Navem committere vēto. Dare vela. Velificare. Vela facere. Petere puppe. Pelago vehi. Metiri classibus æquor. Verrere æquora, mare. Zephyro dant carbasa nautæ. Arare æquor. Pelago volare. Pelago se credere. Dare classibus austros. Permetiri classibus æquor. Classe tenere iter. Tentare vias maris. Per æquor gradi. Ventis intendere vela secundis. Hyberno moliri sidera classem. *Vela* dabant, & spumas salis ære ruebant. Mediis Aquilonibus ire per altum. Flectere viam velis. Inter scopulos sonantes radere iter. Infindere sulcos mari. *Volvi* undis. Æquora currere. Certatim socii feriunt maria, & æquora verrunt. Præbere carbasa ventis. Dare nubiferis lintea plena notis. Conscendere navibus æquor. Incumbere pelago. Freta classe pererrare.

NAVIGARE RETRORSUM. Iter relegere. Relabi verso vento. *Vertere* vela. Flectere navem, iter.

NAVIS. Pinus. Pinea texta. Pinea tecta. Orbata præside pinus. Trabes. Trabes curvata. Ratis. Turbæ vix satis una ratis. Laceræ naufraga membra ratis. Carina pavida, incurva, velifera. Quassa membra carinæ. Puppis adunca, curva, concava. Rapidâ concita puppis aqua. *Prora* recurva, Cymba obruta ventis. A ventis acta *Phaselus.* Classis volucris. Navigium. Cortex. Mœnia navis. Navis rostrata, errans, errabunda, concava. Timidis exposita procellis Quam ventus rotat impete vasto. Acta pulsa Noris. Rabidis percussa, concussa procellis. Sulcās vada salsa. Quæ horrisonas natat acta per undas. Æquoreas jactata per undas. Subiens profundum pelagus. Quæ fluctus patitur, ferítque assilientia longè Æquora, nec lævis victa madescit aquis. Pleno concita velo Tollitur in cœlum, summóque in gurgite pendet. Et præceps fertur Tartara ad ima modò. Quæ deficit auxilio docti spoliata magistri. Atque procellosis ingemit acta Notis. * Ingenti mole triremes, ceu turres celsæ pelago.

NA-

NAVEM APPELLERE. Apellere ripæ, oris. Ad littora tendere cursu. Portum petere. Admirare oris. Tellure potiti. Tellurem velis arripere. Terræ subducere puppim. Tangere, contingere littora. Subire portum. Allabi terris. Intrare portus. Vertere puppim ad littora. Accipi portu, statione. Clavum ad littora torquere. Carinæ littora tangunt. Arvis inferre rates.

NAVEM SOLVERE. Dare vela, & laxare rudentes. Retinacula solvere navis. Solvere vincula navis. Solvere conscensis navibus oram. Rursus inire fretum. Deducere littore naves. Solvere margine naves.

NAUTA. Præses navis. Rector navis. Navem qui temperat. Navita fluctivagus, levisomnus, vigil, sollicitus. *Ventis* pelagi jactatus & undis. Æquora vincens. Torquens spumas, & æquora cærula verrens. Jactatus spumantibus æquoris undis. Cymbam propellens remo. Moderans vela per æquoris undas. *Ventis* hinc inde discordibus actus. Qui clavum regit velisque ministrat. * *Palinurus. Tiphys.*

NEBULA. Halitus globus opacæ, nigræ nubis. Nebula atra, voluminis tenuis, opaca, densa. Per inane volans. Nigro se volvens Olympo. *V. Nubes. V. Nubilus.*

NECESSITAS. Insuperabilis, violenta, dura, urgens. Necessitas magistra. * Dirum telum. Adstricta malis legibus necessitas. Quam superare, vincere nemo potest.

NEGARE. * Abnuere. Abnegare. Abnegat excisa vitam producere Trojâ. Quis talia demens abnuat? Jussa parere recusat.

NEPTUNUS. V. *Marinus Deus.*

NERE. Versare pollice fusum. Carpere, et trahere pensa. Ducere, mollire lanas. Ducere fila sequentia. Trahere murmure fila levi. Percurrere stamina. Data pensa trahere. Nere stamina. Plenas exonerare colos. Tolerare colo vitam. Digitis torquere stamina. Et minuunt plenas stamina nostra colos. Uti Palladis arte. Imponere manum pensis. Fusis mollia pensa devolvere.

NESTOR. Antiquus, senex. Melius. Pylius. Eloquio fidus. Senex facundus. Qui vixit tres hominum ætates. Ævi sui prudentia. Nestorei anni. Secula Nestorea. Τριγέρων Πύλιος, Trisæclis Pylius.

NIDUS.

Tecta avium. Lutcum opus. Nidus pendulus, textilis, cavatus, vernus, altâ arbore ſtructus. Hirundo luteum celſa ſub trabe fingit opus. Avis in ramo tecta laremque parat. Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

NIDIFICARE.

Locare nidos. Fingere domum. Nidos regna ſua facere. Suſpendere tignis nidum. Nidos ponere. Cubilia fingere. In arbore reponere nidum. * Antiquáſque domos avium. Columba facit domum, & dulces latebroſo in pumice nidos. Avis in propria facit arbore nidum. Avis in ramo tecta larémque parat. Sub trabibus cunas porváque tecta facit. Hoſpitia, lares, cellas ædificunt volucres.

NIGER.

* Ater. Pice nigrior. Nocte nigrior. Color eſt contrarius albo. Coma moro nigrior caduco. Nigrantes terga juvencos. Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.

NIDUS. Celer, dives, papyrifer, papyri amnis, ſeptemplex, ſeptemfluus. Fluens ſeptena per oſtia. Septem diſcretus in oſtia. In ſeptem digeſtus cornua. Septemflua flumina Nili. Per ſeptem portas emiſſus in æquor. Qui per ſeptem portas in maris exit aquas. Vada maxima Nili. Septeno gurgite Nilus.

NITI. Omnes promere vires. Totis adniti viribus. Omnia conari, tentare, periclitari. Toto pectore inſiſtere rei. V. *Conari.*

NIX. Nivei flocci. Niveus liquor, vapor. Mole rotata. Jactata ſub Arcto. Zephyris & ſolibus icta. Sole ſoluta. Quæ ſolvitur Auſtro. Æmula lanæ. Nix algida, tenera, pura, non calcata, brumalis, caduca, gelida, deflua, candida, Sithonia, Parthaſia. Poſita ſub nive terra latet. * Annus tonantis hybernus Jovis imbres nivéſque comparat. Toto nix cecidit repentè cœlo. Candida nix cœlo fluit. Omnium eſt rerum facies una. Spargit bruma nives. Canet humus nive deciduâ. Cadentibus hœdis albent rura nive.

NIX SOLVITUR. Et pereunt victæ ſole repente nives. Liquitur ut glacies incerto ſaucia ſole. Zephyris & ſolibus

NAVEM APPELLERE. Apellere ripæ, oris. Ad littora tendere cursu. Portum petere. Adnatare oris. Tellure potiti. Tellurem velis arripere. Terræ subducere puppim. Tangere, contingere littora. Subire portum. Allabi terris. Intrare portus. Vertere puppim ad littora. Accipi portu, statione. Clavum ad littora torquere. Carinæ littora tangunt. Arvis inferre rates.

NAVEM SOLVERE. Dare vela, & laxare rudentes. Retinacula solvere navis. Solvere vincula navis. Solvere conscensis navibus oram. Rursus inire fretum. Deducere littore naves. Solvere margine naves.

NAUTA. Præses navis. Rector navis. Navem qui temperat. Navita fluctivagus, levisomnus, vigil, sollicitus. *V*entis pelagi jactatus & undis. Æquora vincens. Torquens spumas, & æquora cærula verrens. Jactatus spumantibus æquoris undis. Cymbam propellens remo. Moderans vela per æquoris undas. *V*entis hinc inde discordibus actus. Qui clavum regit velisque ministrat. * *P*alinurus. Tiphys.

NEBULA. Halitus, globus opacæ, nigræ nebulæ. Nebula atra, volucris, tenuis, opaca, densa. Per inane volans. Nigro se volvens Olympo. *V. Nubes. V. Nubilus.*

NECESSITAS. Insuperabilis, violenta, dura, urgens. Necessitas magistra. * Durum telum. Adstricta nullis legibus necessitas. Quam superare, vincere nemo potest.

NEGARE. * Abnuere. Abnegare. Abnegat excisa vitam producere Trojâ. Quis talia demens abnuat? Justis parere recusat.

NEPTUNUS. V. *Marinus Deus.*

NERE. Versare pollice fusum. Carpere, trahere pensa. Ducere, mollire lanas. Ducere fila sequentia. Trahere murmure fila levi. Percurrere stamina. Data pensa trahere. Nere stamina. Plenas exonerare colos. Tolerare colo vitam. Digitis torquere stamina. Et minuunt plenas stamina nostra colos. Uti Palladis arte. Imponere manum pensis. Fusis mollia pensa devolvere.

NESTOR. Antiquus, senex. Meleius. Pylius. Eloquio fidus. Senex facundus. Qui vixit tres hominum ætates. Ævi sui prudentia. Nestorei anni. Secula Nestorea. Τριγέρων Πύλιος, Triseclis Pylius.

NI-

NIDUS.

Tecta avium. Luteum opus. Nidus pendulus, textilis, cavatus, vernus, altâ arbore ſtructus. Hirundo luteum celſa ſub trabe fingit opus. Avis in ramo tecta laremque parat. Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

NIDIFICARE.

Locare nidos. Fingere domum. Nidos regna ſua facere. Suſpendere tignis nidum. Nidos ponere. Cubilia fingere. In arbore reponere nidum. * Antiquáſque domos avium. Columba facit domum, & dulces latebroſo in pumice nidos. Avis in propria facit arbore nidum. Avis in ramo tecta laremque parat. Sub trabibus cunas parváque tecta facit. Hoſpitia, lares, cellas ædificunt volucres.

NIGER.

* Ater. Pice nigrior. Nocte nigrior. Color eſt contrarius albo. Coma moro nigrior caduco. Nigrantes terga juvencos. Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.

NIDUS. Celer, dives, papyrifer, papyri amnis, ſeptemplex, ſeptemfluus. Fluens ſeptena per oſtia. Septem diſcretus in oſtia. In ſeptem digeſtus cornua. Septemflua flumina Nili. Per ſeptem portas emiſſus in æquor. Qui per ſeptem portas in maris exit aquas. Vada maxima Nili. Septeno gurgite Nilus.

NITI. Omnes promere vires. Totis adniti viribus. Omnia conari, tentare, periclitari. Toto pectore inſiſtere rei. V. *Conari.*

NIX. Nivei flocci. Niveus liquor, vapor. Mole rotata. Jactata ſub Arcto. Zephyris & ſolibus icta. Sole ſoluta. Quæ ſolvitur Auſtro. Æmula lanæ. Nix algida, tenera, pura, non calcata, brumalis, caduca, gelida, deſſua, candida, Sithonia, Parthaſia. Poſita ſub nive terra latet. * Annus tonantis hybernus Jovis imbres nivéſque comparat. Toto nix cecidit repentè cœlo. Candida nix cœlo fluit. Omnium eſt rerum facies una. Spargit bruma nives. Canet humus nive deciduâ. Cadentibus hœdis albent rura nive.

NIX SOLVITUR. Et pereunt victæ ſole repente nives. Liquitur ut glacies incerto ſaucia ſole. Zephyris & ſolibus

solibus ictæ, solvuntur teneræ vere repente nives. Nix jacet, & jactam nec sol pluviæque resolvunt. V. *Liquescere.*

NOBILIS. Origine clarus. Nobilitate potens. Nobilis & famâ multis memoratus in oris. Præclarâ stirpe creatus. Heroo semine natus. Heroæ spectabilis indole mentis. Ducit ab antiquis nobile nomen avis. Genus à prisca nobilitate trahens. Generoso sanguine cretus. Genus altum illustri à stemmate ducens. Claris natalibus ortus. Cretus de sanguine nobili. Non obscura de gente satus. V. *Genere &c.*

NOBILITAS. Eximium decus nobilitatis. Heroum genus antiquo de sanguine. Nobile genus antiqua de stirpe. Stemma generosum, inclytum, illustre, insigne, avitum, nobile. Secli decus admirabile nostri. Quæ superat Scythicas nobilitate nurus. Regia progenies, cui nobilitatis origo. Nomen in Eumolphi pervenit usque Cotys. Si genus excutias, equites ab origine prima, usque per innumeros inveniemur avos. Clara, nec ullius nobilitate minor.

NOCERE. Damno esse. Officiant lætis ne frugibus herbæ. Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur. Nunquam imprudentibus imber Obfuit. * Esse gravem. Esse sinistrum. V. *Damnum.*

NOCTUA. Palladis ales. Noctis avis.

NOE. Lamechides, *id est*, filius Lamechi. Lamechidesque Noas, præcopius. Vitisator Noa. Inventor vini. Arborea Noa conservator in arca. Transtulit incolumem lignea capsa Noam. Erudit natos in pietate Noas.

NOMEN. Memorabile nomen. Æternum tenet per secula nomen. Casuum nullo tempore. Fulgens inter gentes. Quod terras omnes implet. Augustũ, grande, sublime, memorabile, grandius ingenio, antiquius urbe. Nunc magnum manet Ardea nomen. Si vestras fortè per aures Trojæ nomen it. V. *Nobilis.*

NOBILIS.

Nomen dare, facere, ponere, imponere. Fugere nomen. Titulum dare. Signare nomine. Nuncupare, Nomini parare, tribuere, addere. Dicere nomina genitoris, * Est locus, Hesperium Graii cognomine dicunt. Cui nunc cognomen Iulo. Strophades Graio stant nomine dictæ. Sabus dixit Sabinus de cognomine patrio.

NOVERCA. Injusta, terribilis, severa, sæva, infida, luctu-

celerata, dira, cauta, læta vitæ labe alterius. Neſcia flecti. Miſcens lurida aconita. Inficiens pocula.

NOX.

Noctis imago. Tempora noctis. Silentia noctis. Nocturnæ umbræ. Noctis umbræ. Cùm Phœbus latet. Nox humida, rore madens, tacita, ſilens, arcana, cæca, opaca, atra, nigra, denſa, pervigilata mero. Placidam redimita papavere frontem. Candidior die medio. Soporifera, ſomnifica, quieta, occidua, concubia, ſtellata. Obtentâ denſantur nocte tenebræ. Terra tenebris tecta. Somnia nigra trahens. Nox atra cavâ circumvolans umbra. Ponto nox incubat atra. Majoréſque cadunt altis de montibus umbræ. Involvens umbrâ magnâ terrámque polúmque. Nox humida cœlum abſtulit. Rebus nox abſtulit atra colorem. Impiáque æternam timuerunt ſecula noctem. Μήτηρ ὀνείρων, mater ſomniorum.

NOX MEDIA. V. *Media nox.*

NOCTE.

Nox erat, & terris animalia ſomnus habebat. Jámque quieſcebant voces hominúmque canúmque. Humida cùm pulſo nox erat atra die. Cùm ſol tellure ſub alta eſt. Jámque ubi ſuadebit placidos nox humida ſomnos. Et caput extulerat denſiſſima ſidereum nox. Urbe ſilent totâ, vitreſque madentia rore. Tempora noctis eunt. Tempus erat, quo cuncta ſilent, intérque Triones Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes. Jam color unus ineſt rebus, tenebriſque tegantur Omnia, jam vigiles conticuêre canes. Frigida cùm tacitæ tempora noctis eunt. Dum noctis moderatrix Cynthia lucet. Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat. Nox erat, placidum carpebant feſſa ſoporem Corpora. Medio volvuntur ſidera lapſu. Lunáque nocturnos alta regebat equos. Pater Heliadum radios, ubi tinxerit undis.

NOCTE MEDIA. V. *Media nocte.*

NOCTE AC DIE. V. *Die ac nocte.*

NOCTESCIT. Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis. Oceano properant ſe tingere ſoles. Domum tardis recedunt plauſtra juvencis. Sol creſcentes decedens duplicat umbras. Invito proceſſit veſper Olympo. Nox venit & ſomnia nigra trahit. Obſcuram inducunt nocturna crepuſcula noctem. Diem clauſo componit veſ-

veſper Olympo. E paſtu veſper vitulos ad tecta reducit. Jam prope luce peractâ, Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.

NOVUS. * Recens. Haud viſa priùs. Non viſa prioribus annis. Non ullis res cognita temporibus. Res arte novata.

NOXIUS. Infeſtus alicui. Pernicioſus. Cui crimina noxia cordi. Infeſta ferre tela. Infeſta per undas auſa ſequi.

NUBES. Cœleſtis, ætherea, bibula, denſa, picea, atra, nigra, ſpiſſa, opaca, obſcura, fluida, gravida, reſoluta, umbroſa, multicolor, cærulea. Solis radiis inardeſcens. Per ſolis radios permeans umbra. Eripiunt nubes cœlumque diemque oculis. Cadunt ſubmotis nubibus imbres. Et ingens viſus ab aurorâ cœlum tranſcurrere nimbus. Ad terram abrupto ſidere nimbus it. * Nubila. Amicta nebulæ ſol tegitur. Inducta piceis nubibus umbra. Omne latet cœlum. Prætexum eſt picea ferrugine cœlum. Latet obſcura condita nube dies. Fluidis eſt ad [illegible] obſcurus æther. Latet obſitus aër. Atra ſidera ſub[illegible].

NUBILIS. Aptus, apta conjugio, nuptiis. Viri potens. Apta viro. Plenis jam nubilis annis. Tempeſtiva, matura viro.

NUBILUS, Sol fugit, & removent ſubeuntia nubila cœlum. Obſcura nubila cœlo. Cingunt æthera nimbi. Cœlum nigreſcit ab Auſtris. Globus caligine volvitur atra. Nigerrimus Auſter naſcitur. Nigrans commiſſâ grandine nimbus. Inducta caligo. Nubila humida, ſequentia, pendentia, ſubeuntia, fuſca, micantia flamma.

NUDUS. Corpore nudus. Nuda corpora poſita veſte. Poſito velamine nudus. Nudo ſub ætheris axe Ingens ara fuit. Tempora nudus adhuc. Nuda genu. Nudos medio plus parte lacertos. Mollia de tenero velamina corpore ponit.

NUGÆ. * Quiſquiliæ. Apinæ. Ludicra. Crepundia. Ineptiæ.

NUMA. Quo non metuentius ullum Numinis ingenium terra Sabina dedit.

NUMERARE.

Numero comprendere. Numero notare aliquid. Navi-

[illegible] tum stellis numeros, & nomina fecit. Numeros imprimere rei. Fœlix qui patitur quæ numerare potest.

NUNTIUS. Verus, fidus, fidelis, celer, velox. Carpens iter rapido pede. Qui varias ítque redítque vias. Propero crure iter currens. Efficiens commissa fideli opera. Fidus minister sermonum, Fidissima nuntia vocis. Verus mihi nuntius ibis. Reportat nuntius advenisse viros. Nuntio multa dabat mandata patri referenda. Perfertur mihi nuntius hostem fervere cæde novâ. Certior auctor advolat Æneæ, tenui discrimine lethi Esse suos. Fœlix ad aures nuntius venit meas. Implêrat nuntius aures, omnia misceri.

NUNQUAM. Toto non amplius ævo. Unda priùs flammas, & dabit ignis aquas. Antè lupos hædi rapient, vitulique leones: Delphini pisces fugient, aquilæque columbas. Flamma per incensas citiùs sedetur aristas, Flumináque ad fontis sint reditura caput. Desinet esse priùs contrarius ignibus humor, Junctáque cum Luna lumina Solis erunt. Ver antè autumno, brumæ miscebitur æstas, Atque eadem regio vesper & ortus erit.

NUNQUAM, ex secundo libro elegiarum.
Jacobi [illegible]

[illegible] posit[illegible]us amori,
[illegible] fata meam.
[illegible] m solvet amorem:
[illegible] Candide, fœdus erit.
Antè meum patiar caput hoc abscindere collo,
Totus & à membris distrahar antè meis.
Antè meum nomen deses mí oblivio tollet,
Antè ego, sunt cujus omnia, mortis ero.
Legibus eversis rerum natura peribit
Candide, quàm noster dissolüetur amor.
Terra polus fiet, patientur sidera sulcos,
Amplius & nullas Doris habebit aquas.
Frigebunt ignes, præbebit lympha calorem,
Æstibus in mediis nix operibit humum.
Opprimet agna lupum, terrebit dama leones,
Cervarum fient præda cruenta canes.
In noctem formosa dies vertetur opacam,
Lucidiora die tempora noctis erunt.

Albentes

Albentes corvos, nigros cernemus olores,
Piſces aquam, ſylvas non habitabit aper.
Mollitie vincent flaventes marmora ceras.
Aëra tum poterunt pervolitare boves.
Latronem milvum gallinæ occidet alumnus.
Arcadici haud fugiet tum canis ora lupus.
Mors nihil interimet, fatum res nulla ſubibit.
Natura officio deerit & ipſa ſuo.
Æthere ſublimi carpent ſua pabula cervi.
Aſtrorum faculas alma creabit humus.
Nili cóſque bibent latices Oenotria rura.
Eridani fluctus combibet alta Pharos.
Gryphas equis, aquilas poteris junxiſſe columbis,
Candoremque dabis promptiùs Æthiopi.
Deerunt arboribus frondes, & frondibus arbor.
Montium & æqua ſolo culmina conſpicies.
Muſcoſi fontes condent ſe in viſcera matris.
Flumina retrò ibunt in caput acta ſuum.
Dulcia amareſcent, ferrum non molliet ignis,
Albus erit carbo, nix erit arta priùs.
Accipiet ſocias Argivas Troja biremes.
Littorea in ſummis creverit alga jugis.
Delphinus ſylvas, fluctus aper incolet altos,
Vitabunt acres & ſimul antra feræ.
Candide, nunc noſtra accipiet concordia finem,
Quando nihil finem quibit habere ſuum.
Cinyphias quando ſegetes numerare licebit.
Quando quos generat Sicanis Hybla thymos.
Quámque ingens ſeries per Olympi cærula tranet.
Quotque natent piſces fluctibus æquoreis.
Velivolis ratibus citiùs freta lata carebunt,
Gramine nec viridi vaſta tegetur humus.
Læta per æſtatem fugient arbuſta cicadæ.
Garrula odorato vere ſilebit avis.
Deſinet eſſe priùs flammæ contrarius humor;
Ipſáque mors vitæ fiet amica prius.
Oceanus geminas citius perfuderit Arctos,
Flumina cúmque rogis fœdera percutient.
Afferet obſcuras & ſax Hyperionis umbras,
Afferet ambroſiam pallida luna diem.

Lux tenebræ fient, cœlo ſuccedet Avernus,
Succedent rapidis ſidera clara fretis.
Triticeas meſſes glacialis bruma videbit.
Puppibus & teſſis Scylla erit hoſpitium.
Quáque venit Zephyrus, venient ſimul Auſter & Eurus,
Altera curretur ſemita ſolis equis.
Candide mi, pereant poſſint quæcunque perire,
Noſter in æterna ſæcula duret amor.
Et fieri quæ poſſe negant, mi Candide, fiant,
Noſter inoffenſis legibus ibit amor.

NUPTA.

Juncta puella viro. Quæ fruitur marito. Conſors thalami. Conveniens marito, Nupta, pudica, dilecta, proba, callidâ. V. *uxor.*

NUPTIÆ.

Jus, pacta, tedæ. Fax ſolemnis. Lux jugalis. Hora jugalis. Conjugii tempus. Thalami fœdus. Dies caris optata parentibus. Sacræ tedæ. Feſtæ tedæ. Feſta thalami. Feſta connubialia, conjugalia. Socialia ſacra. Lætitia jugalis. Gaudia Hymenæa. Tedæ piæ, ὅρος πόθου, terminus cupidinum. Ἄλκαρ ἐλεύθερον, auxilium contra intactum. V. *Maritare.*

NUPTIARUM DEUS.

Hymen formoſus, lætus, mollis, connubialis. Cinctus, decoratus, redimitus tempora ſertis. Mutuis ſocians præcordia flammis. Gerens vertice ſerta. Præſidens toris maritis. V. *Hymenæus.*

NUPTIAS CELEBRARE.

Celebrare optatos honores fœlicis thalami. Celebrare feſta parata thalamo ſuo. Peragere ſacra marita. Hyemenæa gaudia celebrare. Thalami celebrare gaudia.

NUTRIRE.

Mammis & lacte ferino nutrire. Ore ferunt dulcem nivis immitibus eſcam. Dulcem ferre cibum. Impius humano viſcere pavit equos. Lacte quis infantes neſcit creviſſe lupino, Et picum expoſitis ſæpè tuliſſe cibos? Illo *Virgilium* me tempore dulcis alebat Parthenope. * Thymo ſaginantur apes, & rore cicadæ. Paſcere. Cibare. Nutrimenta dare. Victum dare. Humano viſcere pavit equos. Educare. Lactis alimenta dare. Humanâ qui dape pavit equos.

NUX. Patula, fructifera, juncta viæ. Luxurians in patulas comas. Pariens opes, fœtus dulces. Quæ à populo prætereunte saxis petitur.

NYMPHÆ.

Sorores liquidæ, marinæ, niveæ. Deæ cothurnatæ, Tyberiades, Coryciæ, Cretides, Myſiades. Natæ æquoreæ, Nymphæ Heſperides. Dryades. Dryades puellæ. Hamadryades. Nereides. Quæ nemora, aut qui vos ſaltus tenuere puellæ? Deæ pelagi. Naiades. Nympha decus fluviorum animo gratiſſima noſtro.

O

OBEDIRE.

PErficere mandata curâ fideli. Juſſa capeſſere, facere. Fungi, perfungi mandatis. Juſſis obtemperare, parere. Exequi præcepta. Audire dicta alicujus. Imperio magni patris parere parabat. * Alterius præcepta ſequi. Præcepta faceſſere. Avido parent arva colono. Divûm ducum quâ juſſa, ſequamur. Juſſa ſequor. Rex magne tua. Obſequi juſſis. Imperium pati, & minori quamvis Domino parere. Haud mora præceptis, quamvis me calcare gelatam velis nivem, aut Veſuvium ſcandere, vel Ætnæas ore bibere favillas.

OBJURGARE.

* Increpare dictis. Arguere. Accuſare moras. Murmure ſævo verberibúſque tonare. Corrigere, & colligare ingenti clamore. Mordere dictis.

CULPARE. V. *Reprehendere.*

OBLIGATUS. Perpetuúſque animæ debitor hujus ero. Devinctus, obligatus, aſtrictus. Devotus.

OBLIVIO.

Cæcæ oblivio mentis. Oblivio pigra, deſes, lethæa: *fluvio infernali, cujus aqua oblivionem inducere fertur.* Securos latices, & longa oblivia potant.

OBLIVIOSUS.

Immemor. Cui firma non eſt memoria. Cui labilis imbecillis eſt memoria. Qui ſecuræ pocula Lethes bibit. Qui de aqua bibit Letheæa, de amne Lethæo. * Ager, campus oblivionis; *in hominem valde obliviosum.*

OBLIVISCI.

Non ſubeunt animo meritorum oblivia noſtro. Long

obliv

oblivia potare. Fama eſt obſcurior annis. Sævi dolores excideràt animo. Ignari antè malorum. Aboleſcit gratia facti. Nominis antè mei venient oblivia nobis. Me non Letheæ, conjunx, oblivia ripæ Immemorem fecêre tui. Quonam noſtrî tibi cura receſſit? Ex animo delere. Quò tibi noſtrî pulſus amor? Diffudit inertia mollis oblivionem ſenſibus. Tua dicta vagis credita ventis excidêre meo animo. Periêrunt omnia credita menti ingratæ. Cuncta in æquoreos abiêrunt irrita ventos.

OBMURMURARE.

Tacito murmure dicere. Serere murmura vana. Muſſare murmura. Voce ſubmiſſâ obloqui.

OBSCURITAS

Tenebræ obductæ, obortæ. Caligo ſpiſſa, opaca. Noctis faciem fecêre volucres ſub nitido die. Sunt oculis tenebræ per totum lumen obortæ. Claudi tenebris, & carcere cæco. Caligantes nigrâ formidine luci. Immenſas trahit nubes.

OBSCURUS.

Caligine denſus opacâ. Atrâ caligine ſeptus. Triſti caligine tectus. Denſis, magnis, cæcis immerſus tenebris. V. *Tenebroſus.*

OBSERARE.

Obſtringere limen. Opponere ſeram. Poſtibus addere ſeram. Obdere fores. Claudere fores. Præcludere portas. Janua fulta ſerâ. Occludere.

OBSERVAE.

* In vicem ſpeculari aquas. Explorare. Notare. Sidera cuncta notat tacito labentia cælo. Circumſpicere. Scrutari. Indagare.

OBSIDERE.

Cingere mœnia hoſtilibus armis. Cingere urbem fortibus armis. Obſidere armato milite urbem. Premere & circumſonare murum armis. Cingere omne latus urbis cruentato milite. Obſidione gravi territare urbem. Fera prælia urbi poſitis caſtris movere. Cingere, obſidere mœnia urbis. Circumdare, cingere, premere obſidione. Obſidione claudere muros. Obſidione vallóque tenere. Densâ includere corona.

OBSTUPEFACTUS.

Dum ſtuper, obtutúque hæret defixus in uno. Ob-

ſtupui, ſteterúntque comæ, & vox faucibus hæſit. Attoni tus viſis, & voce Deorum. Animo exterritus. Obſtupuê omnes. Obſtupuêre animi. Attonitis hæsére animis. At tonitis inhiare animis. Conversíque oculos inter ſe atq ora tenebant.

OBVIARE.

* Occurrere. Obvium ferri. Mediâ ſeſe tulit obvia ſu vâ. Offerre ſe videndum. Occurſare. Obvius ardenti ſe obtulit. Obvia proceſſit.

OCCARE TERRAM.

* Seminibus poſitis deducere vel inducere terram. Gl bam verſis frangere bidentibus. Tellurem unco dente re cludere. Raſtris terram radere. Raſtris glebas franger inertes. Terram raſtris inſectari, verſare, renovare. Obr ere ſemina cerealia verſata terra. Genitabilem aſtrorum clementiam admittere in emollitum ſolum.

OCCASIO.

Tempora apta, idonea. Commoditas. Dare cauſa peccandi. Fronte capillatâ, pòſt eſt occaſio calva. Acc quàm primum: brevis eſt occaſio lucri.

OCCIDENS.

Deciduus ſol. Occiduæ aquæ. Occiduum littus. He periæ partes. Axis Heſperius. Heſperius orbis regis A lantis. Tarteſſia littora. Occiduus dies. Sol præceps occ duas ſubit aquas. Extremi ſinus orbis. Heſperiæ undæ. Oc ciduæ plagæ. Occiduum profundum.

* Juxta ſolem cadentem. Ultimorum Æthiopum loc Occidentis ſinus ultimus. Decolor extremo q à cingit India Gange. Quà tellus proſpectat Phœbi juga c dentis. Quà lucem premit Tethys. Quæque ad occa jacet ora feros. Quodcunque dies devexior ambit. Poſtic Phœbi.

OCCIDERE.

Dare morti, letho. Dedere neci. Mittere, demittere umbras. Extinguere letho. Atro funere tollere. Perde funere, morte. Sternere ferro. Adimere, eripere, auſer vitam. Morte necare aliquem. Demittere corpora leth Obtruncare aliquem. Mucrone reſolvere jugulum. Tel dit ipſe ſuis. Ipſe ſuâ concidit uſa manu. Satiavit ſcel o ſanguine ferrum. Humano ſanguine tingere humu ere ferrum ſanguine alicujus. Eripit interd

med

medicina salutem. Absumere aliquem ferro. Sternere cæ-
e, vulnere, conjecto jaculo. Spoliare lumine corpus. Pœ-
as cum sanguine poscere. Abrumpere vitam. Strages
dere ferro. Letho donare. Mactare corpora morte. Pro-
erare alicui cædem. Fundere cæde humi corpora. Funere
ndere. Vitam alicui finire. Tingere cæde manum. Fu-
ere mergere acerbo. Vocem animámque rapit trajecto
utture.

OCCULERE.

Corpora furtim Includunt cæco lateri. Quod terræ ab-
iderat, non reperit aurum. Exul limosâ Marius caput
bdidit ulvâ. Cœlum subtexere fumo. Vipera delituit,
elúmque exterrita fugit. Hoc inclusi ligno occultantur
chivi: Aut aliquis later error. Nota conduntur in alvo.
t levibus vittis sedula celat annus.

* Celare. Tegere. Abscondere. Condere. Occulere se-
etum. Commissum tegere.

OCCUPATUS.

* Quem exercent undique curæ, negotia. Quem mil-
premunt curæ. Cui instant negotia. Non vacat à curis.
Quære Otiari, *& præpone negationem.*

OCCULTUS.

Abdidus, tectus, contectus, obtectus, involutus. Ra-
per occultas ducebat semita calles. Curvis defensa te-
ebris. Effossis latebris sub terra fodere larem. Et cæcis
tebris turba circumvolat.

OCEANUS. Pater senex, magnus. Mare refluum.
atam Nereus cærulus ambit humum. Qui terram liqui-
s, quà patet, ambit aquis. Στέφων χθόνα, terram co-
nans.

OCULI. Acies oculorum, Lumina. Luminis orbes.
uminis arctior orbis. Lumina flammea, torva, crudelia,
mota, inexpleta, vigilantia, lassa, fessa, humida, fix-
mo, defixa in gremio, plena pudoris, lachrymosa vino
acido victa sopore, succumbere nescia somno, nutan
morte. Lumen ademptum, cæcum, lux adempta. O-
li clari, splendidi, fulgore micantes, sideribus simile-
ibus ignea cedunt sidera, arguti, vagi, udi, humentes
giles, volubiles, luciduli, flammei, blandiduli. Ardente
eris instar. Flendo turgiduli. Vigiles sub fronte mini
i. Agentes excubias ad limina. Oculi suffecti sanguine
igni.

OCULOS AD COELUM LEVARE.

Tollere, attollere, extollere oculos, lumina. Ad sidera tollere vultus. Sustollere ad æthera vultus. Ad superos tollere ora. Tollere humo lumina. Oculos ad sidera efferre. Erigere lumina.

OCULOS DEJICERE.

Oculos defigere humi. Lumina fixa tenere solo. In humum deflectere oculos. Demittere, submittere oculos. In humum vultum dejicere. Figet lumina terræ.

OCULOS IN ALIQUEM conjicere.

Figere oculos in aliquo. Defigere oculos in aliquem. Hærere, inhærere oculis, vultibus. Figere lumina vultu. Tueri, spectare, videre, cernere lumine. Tenere lumina fixa in aliquo. Conjicere oculos in aliquem. Jactare in vultum lumina. Ad aliquem vertere luminis orbes. Ad vertere vultus. Respicere vultu ad aliquem. Respicere luminibus. Oculos per singula volvere. Pascere lumina.

OCULOS ALICUI ERUERE.

Oculos expellere genis. Adimere, eripere lumen, lucem. Alterius haurire lumen. Damnare nocte lumen, id est, cæcitate punire.

OCULOS HUC ILLUC VERTERE.

Cuncta oculis lustrare. Demittere aciem oculorum in omnes partes. Omnia perlegere oculis. Partes oculos vertebat in omnes. Ferre oculos per cuncta. Oculos nunc huc nunc illuc volvere, convertere.

ODIUM.

Implacabile, atrox, inexorabile, nefandum, asperum, crudele, pertinax, inexpiabile, intestinum, cruentum, capitale, exitiale, sævum, novercale.

ODIO PROSEQUI.

Odiis crudelibus in aliquem insurgere. Odia exercere in aliquem. Certare odiis. Nefandis odiis exedere aliquem. Furialiter odisse aliquid. Odiis versare domos. Jactari odiis. Quibus aut odium crudele Tyranni, aut metus acer erat. * Odisse. Nullis amor, neque fœdera sunto. Illa velut crimen tædas exosa jugales. Est ista perosus. Est odium inexorabile, & iniqua nullus finis in ira. Odisse aliquem odio Vatiniano. Invisus es mihi. Carpejus & angue me odit. Non ita Dii Stygiam singuntur paludem odio prosequi. Quantum amor in

endi poteſt, tantum eſt odium ejus in me.

ODOR, ODOREM SPIRARE.

Jucundus, gratus, fragrans, ſuavis, Nectareus, Ambroſius, mulcens cerebrum. Quos terra divite mittit Arabs. Arabum de gramine ordores. Divino à vertice ſpirat odorem. Et ſi non alium latè jactaret odorem. Ambroſiæ diffundere odorem. Volvitur ater odor tectis. Suaves miſcere odores. Nares continget odore. Odor cœni gravis. Graviter ſpirantis copia thymbræ. Thure calent aræ, ſertíſque recentibus halant. Quæcunque ſuo de corpore odorem Expirant acrem. Hoc mihi ſuſpectum eſt, quòd oles bene, Poſthume, ſemper: Poſthume, non bene olet, qui bene ſemper olet.

OEDIPUS.

Quem ſua filia rexit. Expertus ſcelus eſt cujus uterque parens.

OLEA.

Cærula, baccifera, bicolor. Palladis arbor. Pacifera. Palladia. Palladia arbor. Æternùm virens. Florens tenebris comis. Succreſcens uberibus racemis. V. *Oliva.*

OLERE. V. *Odor.*

OLEUM.

Liquidum, pingue, leve. Nutrimentum flammæ. Liquor, ſuccus olivæ. Humor, ſuccus pinguis olivæ. Succus fragrantis olivæ. Minervæ inventum. Palladius liquor. Palladius latex. Latex flavæ Minervæ. Pinguis Pallas. Liquor ſanantis olivæ. Munera, dona olivæ. Γενεὰ ἐλαίης, partus olivæ.

OLFACERE.

* Naribus, vel nare haurire odorem. Ambroſiæ liquidos percipere odores. Excipere auram roſæ dulcem, ſuavem, fragrantem. Odoratas Arabum ſegetes accipere olfactu. Cum Catullo naſus fieri velim, ut ſuaviſſimè halantes floſculos hoſce pleniùs olfaciam.

OLIM. * Quondam. Antea. Temporibus priſcis. Pridem.

OLIVA.

Fœtus olivæ. Semper florens, pinguis, gravida, nitida, canens, albens, mitis. Sinceræ bacca Minervæ. Baccáque cum ramis ſemper frondentis Olivæ. Prolem tardò creſcentis olivæ.

OLLA. Fictilis, fragilis, fervens. Facta manu figuli. Quam currente rotâ figuli manus paravit. Quam figulus finxit arte celeris rotæ.

OMEN.

Certum, verum, fauſtum, fœlix, lætum, candidum. Quatuor hic primum omen, equos in gramine vidi Tondentes campum latè candore nivali. Omen malum, ſiniſtrum, triſte, dirum, infauſtum, funeſtum.

OMINE PROSPERO.

Bonis avibus, fato proſperiore. Secundis, vel fœlicibus auſpiciis.

OMNES. V. *Homines omnes.*

OMNIA.

Omnia quæ tellus ſubtus & intus habet. Axe ſub æthereo quæcunque videt Phœbus, Sol, Titan. Quæ natura ſuo continet ampla ſinu. Quidquid terrarum numeroſo conſpicis orbe. Quæ mare, quæ tellus, quæ polus ipſe tenet. Quidquid habet tellus, quidquid Olympus habet. Quæ maximus orbis habet. Quæ mundus & aſtra tenent. Omnia quæ ſumma Phœbus ab arce vidit. Quidquid deſuper aſpicit æther.

ONERARE.

Annus proventu onerat ſulcos. Manus ambas jaculis onerare acutis. Textilibus onerare donis. Furentem onerare malis. Cumulant oneratis lancibus aras. Onerare æthera votis. Aſpice curvatos pomorum pondere ramos. Ut ſua, quod peperit vix ferat arbor onus. Nonnunquam gravis ære domum mihi dextra redibat. Ingenti pondere deprimere.

ONUS.

Moleſtum, vaſtum, grave, pergrave, grande, majus viribus. Leve, dulce, pium, venerabile. Moles immenſa, ingens, oneroſa, oneroſa. Pondus iniquum, durum, urgens. Onus baliſtæ pulſans mœnia.

OPEM FERRE. Rebus ſuccurrere læſis. V. *Auxiliari.*

OPERARI. Exhaurire laborem. Impendere curam. Inſano indulgere labori. Experiri laborem. Labores pati, perpeti, tolerare, ſuſtinere, exigere, perficere, exhaurire, perferre, impendere. Labor omnibus impendendus. Nec res hunc teneræ poſſunt perferre laborem. V. *Laborare.*

OPES.

OPES.

Magnificæ, superbæ, fluxæ, opimæ, invidiosæ, immensæ, largæ, magnificæ, exiguæ, modicæ, parvæ. Arte quæsitæ, malè quæsitæ, inventæ sanguine. Irritamenta malorum. Animi irritamen avari. Quas terrarum sustinet orbis, Laomedontis opes. Pactôli quas parit humor opes. V. *Divitiæ.*

OPIBUS INHIARE.

Immori lucris, & amore senescere habendi. Aurum sitire, fervere avaritiâ, miserâque cupidine. Retia nummis tendere ubique. Avidissimum esse opum. Esurientissimum esse lucri.

OPINIO. Nate Deâ, quæ nunc animo sententia surgit? Omnibus idem animus. Judicio nostro tibi cedit Amyntas. Scinditur incertum studia in contraria vulgus. Nos abiisse rati. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.

OPUS. Cœptum, inceptum, solitum, propositum, crescens, remissum, grande, grave, nobile, conspicuum, properatum, æternum, mortale. Artis opus raræ. Opus parùm cauti pectoris. Ad solitum rusticus ibat opus. Tolerare militiam, & grave Martis opus. Est virtutis opus famam extendere factis.

ORACULUM. Jussa Deum. Responsa Deum. Cœlestia monita. Monita certa. Fatorum arcana. Sortes obscuræ. Fatalia verba carminis. Oracula sacras reddentia sortes. Sors fato aliquem designat iniquo. Angustæ magna oracula mentis. Veris animum implet Apollo. Ex adytis horrendas canere ambages.

ORARE. V. *Deum precari.*

ORANDI MODUS.

* Precibus si flecteris ullis, aspice nos. Adsis ô placidusque juves, & sidera cœlo dextra feras. Da Latio considere Teucros. Alma precor miserere, potes namque omnia. Adsis ô tandem, & propiùs tua numina firmes. Tu præsens nostro succurre labori. Fœlicibus annue cœptis. O, faveas, nostrisque laboribus adsis. Nunc succurre mihi, nam te posse mederi, *Picta* docet templis multa tabella tuis. Tuis humiles advolvimur aris, fer cœlo auxilium, & fessis da surgere rebus, *Prô* numinis vis summa, prô cœlestium Rector.

OLLA. Fictilis, fragilis, fervens. Facta manu figuli. Quam currente rotâ figuli manus paravit. Quam figulus finxit arte celeris rotæ.

OMEN.

Certum, verum, fauſtum, fœlix, lætum, candidum. Quatuor hic primum omen, equos in gramine vidi Tondentes campum latè candore nivali. Omen malum, ſiniſtrum, triſte, dirum, infauſtum, funeſtum.

OMINE PROSPERO.

Bonis avibus, fato proſperiore. Secundis, vel fœlicibus auſpiciis.

OMNES. V. *Homines omnes.*

OMNIA.

Omnia quæ tellus ſubtus & intus habet. Axe ſub æthereo quæcunque videt Phœbus, Sol, Titan. Quæ natura ſuo continet ampla ſinu. Quidquid terrarum numeroſo conſpicis orbe. Quæ mare, quæ tellus, quæ polus ipſe tenet. Quidquid habet tellus, quidquid Olympus habet. Quæ maximus orbis habet. Quæ mundus & aſtra tenent. Omnia quæ ſumma Phœbus ab arce vidit. Quidquid deſuper aſpicit æther.

ONERARE.

Annus proventu onerat ſulcos. Manus ambas jaculis onerare acutis. Textilibus onerare donis. Furentem onerare malis. Cumulant oneratis lanicibus aras. Onerare æthera votis. Aſpice curvatos pomorum pondere ramos. Ut ſua, quod peperit vix ferat arbor onus. Nonnunquam gravis ære domum mihi dextra redibat. Ingenti pondere deprimere.

ONUS.

Moleſtum, vaſtum, grave, pergrave, grande, majus viribus. Leve, dulce, pium, venerabile. Moles immenſa, ingens, oneroſa, oneroſa. Pondus iniquum, durum, urgens. Onus baliſtæ pulſans mœnia.

OPEM FERRE. Rebus ſuccurrere læſis. V. *Auxiliari.*

OPERARI. Exhaurire laborem. Impendere curam. Inſano indulgere labori. Experiri laborem. Labores pati, perpeti, tolerare, ſuſtinere, exigere, perficere, exhaurire, perferre, impendere. Labor omnibus impendendus. Nec res hunc teneræ poſſunt perferre laborem. V. *Laborare.*

OPES.

OPES.

Magnificæ, ſuperbæ, fluxæ, opimæ, invidioſæ, immenſæ, largæ, magnificæ, exiguæ, modicæ, parvæ. Arte quæſitæ, malè quæſitæ, inventæ ſanguine. Irritamenta malorum. Animi irritamen avari. Quas terrarum ſuſtinet orbis. Laomedontis opes. Pactôli quas parit humor opes. V. *Divitiæ.*

OPIBUS INHIARE.

Immori lucris, & amore ſeneſcere habendi. Aurum ſitire, fervere avaritiâ, miſerâque cupidine. Retia nummis tendere ubique. Avidiſſimum eſſe opum. Eſurientiſſimum eſſe lucri.

OPINIO. Nate Deâ, quæ nunc animo ſententia ſurgit? Omnibus idem animus. Judicio noſtro tibi cedit Amyntas. Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Nos abiiſſe rati. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.

OPUS. Cœptum, inceptum, ſolitum, propoſitum, creſcens, remiſſum, grande, grave, nobile, conſpicuum, operatum, æternum, mortale. Artis opus raræ. Opus pa ùm cauti pectoris. Ad ſolitum ruſticus ibat opus. Tolerare militiam, & grave Martis opus. Eſt virtutis opus famam extendere factis.

ORACULUM. Juſſa Deûm. Reſponſa Deum. Cœleſtia monita. Monita certa. Fatorum arcana. Sortes obſcuræ. Fatalia verba carminis. Oracula ſacras reddentia ſortes. Sors fato aliquem deſignat iniquo. Anguſtæ magna oracula mentis. Veris animum implet Apollo. Ex adytis horrendas canere ambages.

ORARE. V. *Deum precari.*

ORANDI MODUS.

* Precibus ſi flecteris ullis, aſpice nos. Adſis ô placidiſque juves, & ſidera cœlo dextra feras. Da Latio conſidere Teucros. Alma precor miſerere, potes namque omnia. Adſis ô tandem, & propiùs tua numina firmes. Tu præſens noſtro ſuccurre labori. Fœlicibus annue cœptis. O ſaveas, noſtriſque laboribus adſis. Nunc ſuccurre mihi, nam te poſſe mederi, *Picta* docet templis multa tabella tuis. Tuis humiles advolvimur aris, fer cœlo auxilium, & teſſis da ſurgere rebus. Prô numinis vis ſumma, prô cœleſtium Rector.

ORARE. V. *Deum precari.*

ORATIO.

Numerosa, blandiloqua, compta, culta, ornata, blanda, dulcis, flexanimis. Afferens certa solatia tristibus animis. Sermo gravis, amœnus, lepidus, politus, dulciloquus, blandiloquus, festivus, plenus lepôris. Character, index, nota animi. Fallens laborem, iter. Discutiens, pellens mœstitiam. V. *Preces.*

ORATOR. Disertus, cultus, facundus, audax. Utilis trepidis viris. Animo linguâque disertus. Magnus eloquio. Pollens flumine linguæ. Fluminis instar fundens verba. Doctus movere, mulcere animos. Quem Cicero sacer Elysiis miretur in umbris. Nestora quem linguâ vincere posse putes. Cui velit eloquio facundus cedere Ulysses. Animos sermone regens, & fera pectora mulcens. Orator toto clarus in orbe fuit. Quære *Eloquens.*

ORESTES.

Tristis, sceleratus, insanus. Mentis egens. Exactus furiis. Agamemnonius. Agamemnone natus. Argolicus. Patris malus ultor. Tissameni pater. Ausus in arcanas poscere tela Deas. Serpentis morsu virus habente cadit.

ORGIA.

Festa corymbiferi Bacchi. Quæ tradidit Orpheus. Delicioſa fluant præsentibus Orgia divis.

ORIENS.

Eos. Aurora. Eoæ partes. Eous orbis. Ortus Eous, roseus, rutilus, nitidus, purpureus, lucifluus, fulgidus, fulgens. Phœbeus. Orientis oræ. Eoæ oræ. Eoi qua maris unda patet. Tellus Eoa. Ætheri spectans orientia lumina solis. * Nabathæa regna. Radiis sola subdita matutinis. Eoi populi, & littora rubra. Unde venit Titan. Eoi tractus. Quâ refert Titan diem. Ostia Phœbi Nobilior pars illa poli quâ prodit Phœbus.

AB ORIENTE AD OCCASUM.

A sole Eoo ad vesperum. A solis ortu ad vesperum. Ab ortu auroræ ad Hesperium usque cubile. Ab usque Eoo cardine ad ultimam metam occidentis. A solis ortûs cardine ad usque occidentis terræ limitem. Primo à carcere solis Eoi, ad purpureos usque occasus. Ab Eois plagis solis ad occasum. A manè ad spatium quo micat Hespe-

Hesperus. Vesper & Eoæ movêre Lycorida terræ. Cæsaris ira mihi nocuit, quem, solis ab ortu, solis ad occasus utraque terra timet. Natam solis ab occasu solis quærebat ad ortum. A vespere solis ad ortus. Terrarum quascunque vident occasus & ortus. Littora voce replet sub utroque jacentia Phœbo. Quo nihil in terris ad finem solis ab ortu Clarius, excepto Cæsare, mundus habet.

ORNARE SE GEMMIS. V. *Gemma.*

ORPHANUS Orbus, orbatus parente suo, præsidióque paterno. Patre carens.

ORPHEUS.

Apollinis filius. Vates Apollineus, Rodopeïus, Ismarius, Thracius, Threïcius. Trahens silvas. Amissa coniuge mœstus. Direptus virginibus. Ore vocali.

OSCULARI.

Dare, jungere, figere oscula. Sumere, ferre oscula. Offerre, admovere, porrigere, applicare oscula. Lactantia carpere oscula. Os ori jungere. Ore premere. Ponere oscula in labiis. Libare, infigere oscula. Reddere basia dulcibus labellis. Ora ad ora admovere. Multa capis oscula, multa dabis. Oscula per longas jungere posse moras.

OSCULUM. Dulce, suave, blandum, aptum, gratum, amicum, deliciosum, quale dat fratri germana, quale amica fert viro. Datum, fixum roseis labellis. Quale dat Chaonis ales sociæ colliso ore. Penetrans animos. Basium. Suavium. Suaviolum.

OSTRUM.

Sidonium, Tyrium. Ostrini colores. Quæ sub Tyria concha superbit aqua. Erithræo legitur quæ littore concha. E rubro lucida concha mari.

OTIARI.

Ducere segnia otia. Otia vitæ desidiosa sequi. Segni fatiscere otio. Perfrui otio. Solvi in otia. Agere, peragere, capere, terere, habere otia. Ducere vitam per otia. Fallere tempus otio. Degere otia placidæ vitæ. Trahere ævum inter blanda otia. * A labore me reclinat otium. Vacare. Immunes operum famuli. Reparare vires, & fessa membra levare. In otia tuta recedere. Me dulcis saturet quies. Leni perfruar otio. Feriari. Ducere, peragere ferias. Animus novalis.

OTIUM.

Mollè, ignavum, segne, discinctum, securum, labore languidum, sordidum, desidiosum, pigrum, quietum. Infœcundum pulchræ juventæ. Non pariens decus. Corrumpens corpus. Accersens Cupidinis flammas. Vitiis alimenta ministrans. Otia vitæ desidiosa. *Pigra* desidis otia vitæ.

OVIDIUS.

Lusor amorum. *Poëta* nequitiæ. Artem qui tractavit amandi. Ingenio læsus ab ipse suo. Peligni poëta. Peligni ruris alumnus. Polignæ gloria gentis. Frigida pro flammis jussus adire loca.

OVIS. Lanigeri greges. Balantes. Lanigeræ pecudes. Lanigerum pecus. Placidum pecus. Pecus pavidum, infirmum. Dans balatus. Ovis balans. velligera, lanigera, mansueta. Quærens multis balatibus agnum. Campos balatibus implens. Albi greges mollibus villis.

OVIUM PASTOR.

Vigil, vagus, fidus, curiosus. Opilio. Upilio. Oves in pascua ducens. Sollicitus pro grege suo. Excubias suo pro grege semper agens. Qui tenerum tenui meditatur arundine carmen. Gaudens pascere oves in læto gramine. Vigilans ovium circum agmina custos. In sua restituens pascua ovem. Observans gregem. Colligens errantes oves in viam. Pecoris magister. Incumbens, innixus baculo. V. *Pastor.*

P

PACISI. V. *Fœdus facere.*

PACTUM. V. *Fœdus.*

PENULTIMUS.

Ante fecundus.

PALEA. Levis, inanis, exilis, volans. Jactata ad Zephyrum. Turbine, vento rapta in aëra. Quam quælibet aura rapit. Turbine venti jactata.

PALLERE, PALLOR.

Color oris erat, qui frondibus olim Esse solet seris, quas nova læsit hyems. Oráque buxo pallidiora gerens exhorruit. Membráque sunt cerâ pallidiora novâ. Horruit infœlix, totóque expalluit ore, Diriguêre oculis, caliduſq; è cor-

corpore ſanguis Inducto pallore fugit. . Cui protinus intima frigus Oſſa receperunt, buxóque ſimillimus ora Pallor obit, lachrymíſque genæ maduêre profuſis. *Pallente formâ tabidus. Palluit, & ſubito ſine ſanguine frigidus ſedit. Pallor occupat ora. Pallent amiſſo ſanguine labra.

PALUS, udis. *Limoſa pigrum circuit fontem palus, ubi ſtagnat humor frigore æterno rigens. Limoſóq; palus obducat paſcua junco, Pigra palus. Liquentia ſtagna. Silva coronat aquas. Palus reſidet ſegnibus undis. Reſides atque inertes aquæ.

PAN. Semicaper, velox, protervus. Deus armenti, pecoris. Rigidus cuſtos ruris. Diſcurrere gaudet in montibus altis. Pinu caput præcinctus acutâ. Qui pinu tempora nexa gerit. Pinu præcincti cornua Panes. Montana numina Panes. Capripedes Panes. Pan primus calamos cerâ conjungere plures Inſtituit. Pan curat oves oviúmque magiſtros. Pan Deus Arcadiæ. Lycæus. Tegæus.

PANIS. Ceres. Munus, domum Cereris. Cerealia munera. Dona labotatæ Cereris. Humanis uſibus apta Ceres. Mollitam manu Cererem torret in igne focus. Exiguum in Cererem penuria adegit edendi. Cererem Cerealiaque arma expediunt.

PARADISUS. Sacer, cœleſtis, florens, frondens, ſpecioſus, amœnus, odorifer. Hortus Eous. Hortus amœnus. Nova Tempe, quæ primus homo poſſedit. Quatuor ex uno manant ubi flumina fonte. Devenêre locos lætos, & amœna vireta Fortunatorum nemorum, ſedéſque beatas. Regna invia vivis. Largior hic campos æther & lumine veſtit purpureo, ſolémque ſuum ſua ſidera norunt. Devenêre locos ubi mollis amaracus illos, Floribus & dulci aſpirans complectitur umbrâ. Sceleris loca conſcia primi. Exinde per amplum Mittimur Elyſium, & pauci læta arva tenemus: Donec longa dies perfecto temporis orbo, concretam exemit labem, purúmque reliquit Ætherium ſenſum, atque aurai ſimplicis ignem. * Cinctus Eois latet hortus oris, qui ſemper vere pubeſcit variíſque floribus halat. Prima ſedes, regio, ſtatio mortalium. Omnium elegantiarum epitome. Orbis medulla, ubi flore perenni gramineus blanditur ager, nemorúmque voluptas irriguis

riguis nutritur aquis. Est locus Eoos Phœbi nascentis a ortus Arduus, attollens vicina cacumina cœlo.

PARALYTICUS. * Quem corporis officium destituit. Cujus membra resoluta jacent officiis deserta suis. Enervе corpus, vivum cadaver. Cui vita manet sine corporis usu. Humore nervos dissolutus frigido.

PARCERE. * Ulci indulgentiâ. Ignoscere. Dare veniam. Iras remittere. Dare veniam culpæ, vel in culpis. Indulgere alicui veniam.

PARCÆ. V. *Deæ vitæ.*

PARENTES. Commune parentis nomen. Mite parentis ingenium. Sanguinis auctores. Cum genitrice pater. Uterque parens. * Auctores vitæ post Deum.

PARCUS. * Frugalis. Qui didicit rebus frugaliter uti. Qui non pervenit unquam ad fundum. Frugi. Insigne decus parsimoniæ. Sordes vitat avaritiæ, sed non tamen ope prodigus effundit.

PARERE. V. *Gignere.*

PARNASSUS & cætera Musarum loca.

Biceps, arduus Vertex Parnassi. Mons qui verticibus petit arduus astra duobus. Habens sacra palatia, penetralia Phœbi. Ubi fons manat Bellerophontis equi. Juga, culmina, arx Parnassi. Parnassi rupes. Parnassus bicornis, bifidus. Aonius, sacer, Pierius.

* Bivertex Aoniæ specus. Aganippe. Collis Heliconius. Helicon. Cirrha. Pirene. Pindus. Ad undas virentis Parnassidos. Castalis aqua. Aqua Castaliæ. Pierii fontes. Bellerophontei quâ fluit humor equi. Fontes Aganippidos. Hippocrenes. Ubi novemfilis chorus habitare fingitur.

PAROCHUS. PAROECUS.

Tradens summi oracula regis. Sacra dogmata tractans. Proponens sacri mysteria verbi. Commemorans summi jussa verenda Dei. Monstrans cœtulei quæ semita ducat ad astra cœli. Cœlestia jussa docens. Facundo eloquio cœlestia dogmata fundens. Quod sitiens monstrans ad fidem cœli. Expediens sacræ mysteria legis. Sonans summi sancta statuta Monarchæ.

PAR PARI REDDERE.

Nulla cui reddi gratia digna potest. Præmia reddere debita. Grates persolvere dignas. Gratiam referre, rependere.

P 2

PARTUM MEDICAMENTIS ABIGERE vel necare.

Excutere onus viſceribus. Temerare partus in alvo gravida. Partus necare in ventre tumido. Effodere viſcera telis, *vel eſt*, herbis.

PARTURIRE.

Dare, edere, producere partus. Ferre partus. Solvere molliter partus ſuos. Generare aliquem. In lucem dare. Educere fœtus. Partus ſub luminis edere auras. Reddere onus uteri. Ponens ventris onus. Reddete ſemina concepta. Fugere aliquem ſobole. Geminam partu dare prolem. Futurâ gregem ſupplere. Enixi fœtus. Pulchra faciat te prole parentem. Qui tanti talem genuêre parentes? Progenuit natum. Sus fera jam gravior maturi pignora ventris Emiſit fœtum, vulnere facta parens.

PASCERE. Errare. Paſcuntur virides armenta per herbas. Carpere gramina. Detondere gramina morſu. Quadrupes graminis herbam attigit. Repetunt celeres paſcua nota greges. Equi tondent campum. Longum per valles cervorum paſcitur agmen. Hædorúmque gregem viridi compellere hibiſco.

PASCERE GREGEM. * Paſcere niveos greges herboſo flumine. Sufficere gregi pabula. Frondentia capris arbuta præbere, & fluvios præbere recentes. Victúmque feres, & virgea lætus pabula. Paſtor agit per devia rura capellas. Paſcere armenta bucera. Paſtas potum ducere fluminibus. Servavit pecudes vallibus Aſera tuis. Paſtos agere greges. Velim baculo paſcere nixus oves. Armenta gregéſque horridus obſervat paſtor.

PASCHA. Sacrum, ſacratum, ſublime, celebre. Annua feſta Paſchatis. Feſta dies Paſchæ Solymæ gratiſſima genti, cum primo vere propinquans. Feſta dies toti celebrabilis orbi, qua Deus à devicta, ab edomita morte reſurgens cœlos reſeravit. Feſta dies toto venerabilis ævo. Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet. Sacra dies, qua devicta jam morte redemptor Chriſtus ab inferno carcere duxit avos.

PASCUA.

Læta, herboſa, pinguia, viridantia, fœcunda, herbida. * Pabula gregis. Armentorum dapes.

PASTOR. Miniſter armenti, pecoris. Pecoris magiſter.

ſter. Dux gregis. Formoſi pecoris cuſtos. Lanigeras qui claudit oves, atque ubera preſſat. V. *Ovium Paſtor.*

PATEFACERE.

Montem aperire. Aliquid reſignare, reſolvere, non celare. Tectum aliquid ferre ſub auras. In lucem proferre, prodere. Vulgare aliquid. Efferre, educere ſub auras. Detegere arcana. Referre palam.

PATER. Curans, fovens natos. Sua viſcera natos ſummo ſemper amore fovens. Moribus informans natos frænisque coërcens. Durus, violentus, truculentus. Mitiſſimus, optimus, ſummè venerandus. *Sanguinis*, generis auctor. Genitor.

PATERE. V. *Aperiri.*

PATIBULUM. Execrabile, triſte, probroſum, horrendum, horribile. Trabs funeſta, infamis. Crux aſpera iniquis modis. Ferale robur. Arbor diræ, celſa crucis. Infelix arbor. Infame lignum.

PATI PATIENTER. Pati æq à mente. Ferre æquo animo. Forti mente, corde ferre. Compoſitâ, placidâ mente ferre. Ferre caſus patienter acerbos. Corde paterno ferre. Tolerantèr, placidè, modeſtè ferre, perferre, pati, perpeti, tolerare, ſubire, ſufferre, ſuſtinere. * Rebus anguſtis fortem atque animoſam apparere. Devorare moleſtiam. Graves perferre dolores. O paſſi graviora, dabit Deus his quoque finem. Gaudet patientia duris. Ventos perpeſſus & imbres. Durum patientia corpus Inſtruit, ut nulli cupiat ceſſiſſe labori.

PATIENTIA. Tranquilla, invicta, infracta. Vincens malum. Superans durum. Tolerans adverſa. Suſtinens convitia. Nobile vincendi genus eſt patientia.

PATRIA. Domus patria. Terra ſua. Patrii penates, lares, ortus. Patrii montes, agri, muri. *Patriæ* fines, ora, ſedes, arces. *Patria* tecta, regna. *Patrium* penetrale. *Patria* terra. *Paterna* terra. Natale ſolum. Nataka rura. *Patrii* mœnia grata ſoli. Terra parens. *Paterna* limina. *Patrii* foci. *Patria* jucunda, grata, ſuavis, operata. Sedibus in patriis. Mœnibus in patriis. Fumum de patriis opto videre focis. Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arma. Nec mihi jam patriam antiquam ſpes ulla videndi.

PATRIMONIUM. Opes patriæ. Divitiæ, & fructus patrum.

parum. Patrimonium auctum. Aut quid hic potest, nisi cuncta devorare patrimonia.

PATROCLUS. Actorides, Menœtiades. Qui falsis occidit sub armis. Sub imagine tutus Achillis.

PATRONUS ADVOCATUS. Causidicus. Tuens causam. Actor avarus, versutus, perfidus. Protegens reos facundo ore. Æra merens parva pro trepidis reis. Linguam habens venalem. Civica pro trepidis arma tulisse reis. Raucus latrator.

S. PAULUS. Qui docuit gentes; qui regna per omnia Christum transtulit, atque fidem muris circumdedit altis. Qui Stephanum letho dedit Dum Saulus esset adhuc juvenis. O tuba plena Deo, non noti plena furoris! O & inexhausti vas sine labe boni! Seductor quondam, qui modo doctor erat. Ex hoste Christi factus est amicus, & vas gratiæ.

PAVO. Pictus, superbus, regius, oculeus. Inachius. Pandens caudam. Caudam à tergo rotans. Explicans suas pennas. Ales, avis, volucris Junonia, Junonis, Quæ caudâ sidera portat.

PAUPER. Rerum omnium egenus. Rebus egenus. Inops rerum quas flagitat usus: Quem rerum sors indiga versat. Quem duris in rebus urget egestas. Angusti cultor agelli. Orta domo parva, Pauper in arma pater primis hic misit ab annis. Pauper & ipsa fuit linóque solebat, & hamis Decipere, & calamo salientes ducere pisces. Ars illi sua census erat. Nudus opum. Cùm sis tam pauper, quàm nec miserabilis Irus.

PAUPEREM ESSE. Urgeri egestate. Miserabile transigit ævum. Paupertate premi. Angustam paupertem pati. Pauperiem & duros perferre labores. Quorum virtutibus obstat Res angusta domi. * Cui paternũ splendet in mensa tenui salinum. Cui parva rura, non ebur, neque aureum refulget in domo lacunar. Sum paupere cultu securus. Est mihi certa suppellex. Nudus opum. Esse inopem. Pauper bonorum.

PAUPERTAS. Dura, gravis, tristis, pannosa, infœlix, obsita pannis. Res angusta domi. Parva domi res. Nec iniquâ mente ferenda. Duris urgens in rebus egestas. Pallentésque habitant morbi, tristísque senectus. Et metus, & malesuada fames, & turpis egestas. Pauperies.

PAX.

PAX. Candida, alma, ſerena, concors, mitis, placida, libera, fraterna, tuta, trãquilla, amica, aurea. *Pacis* opes, artes. Liti contraria virtus. Optima, præſtantiſſima rerum. Altrix optima rerum. Quâ vigent artes. *Pax* comptos redimita capillos Frondibus Actiacis. *Pax* Cererem nutrit. *Pacis* alumna Ceres. *Pax* ades, & toto mitis in orbe mane. Oremus pacem, & dextras tendamus inermes. Nulla dies pacem hanc nec fœdera rumpet. Diræ ferro & combagibus arctis Claudentur belli portæ. Cùm libuit pacem placidis emittere tectis. Libera per tutas ambulat illa vias. Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

PACEM INIRE. * Componere pacem. Fœdera jungere. Claudere Janum. Obſerare belli portas. Diſcordes populos cõcordi pace ligare. Placidum componere fœdus. Jungere pacem æterno fœdere. In amicitiam coire. Componere fœdere bellum. Compeſcere ferrea limina Jani. *Pax* æterno complectitur omnia nexu. Orbis coagulum. Catena mundi. Sopire fera munera militiæ.

PECCARE. Peccata patrare. Scelerata piacula committere. Ruere in ſcelus & grande nefas. Impingere. Peccato ſe polluere. Admittere crimen, delictum. Violare numina. Lædere numen. In Deum grande ſcelus committere. Fas omne abrumpere. Alicui ſuccumbere culpæ. In quenquam tantum ſcelus cadere potuit. Ruere per vetitum nefas. Impiâ mente agi in facinus. Furiis, mente effera, nihil inauſum, nihil intentatum relinquere. Audere immane nefas. Audere ſcelus. Tu ſcelus auſa fuiſti. Divos ſcelerare, temerare, violare penates. Per omne fas nefáſque ruere.

PECCATOR. Turpis, perverſus, obſtinatus. Culpam delicti agnoſcens. Plorans ſuæ pondera culpæ. Dolens peccaſſe. Agnoſcens & horreſcens crimina vitæ. Dolens tranſactæ crimina vitæ. Peccati labe notatus. Immenſa vitiorum mole gravatus.

PECCATUM. Turpe, infandum, nefandum, ſceleratum, mortiferum, pravum, turpe. Vitium deforme, fœdum, deteſtandum. Crimen. Scelus. Piaculum. Nefas turpe. Fœdæ contagio labis. Fœdæ contagia culpæ, noxæ. Sceleratæ crimina vitæ. Mortifera contagia immundi pectoris.

PECCATUM ORIGINALE.

Tractæ

Tractæ vitioſa ab origine ſordes. Sordida quam trahimus primæ va ab origine labes. Innati contagia morbi. Contracta prima ab origine culpa. Fomitis antiqua vitium cui fecit origo nomina.

PECTERE. Deducere pectine crines. Colla comantia pectere. Pectendos præbere capillos. Pectere comam. Colere arte capillos. Comere crinem. Componere comam. Impexis onerata comis. Detonſâ crines depectere buxo.

PECUNIA. Regina pecunia. Faciens pervia quæ ſunt invia. Regens immenſum mundum. Qua vincitur omne quod toto ſub axe eſt. Æs congeſtum, collectum. Prima peregrinos obſcæna pecunia mores Intulit. *H ſiod.* Pecunia eſt anima miſeris mortalibus. Αἷμα καὶ ψυχὴ θνητῶν, ſanguis & anima mortalium.

PECUS. Turpe pecus mutilum. Pecus ratione carens. Stolidum, placidum, lanigerum. Ruris opes. Errantes vallibus imis. Canum latratibus actæ. Bruta per incultos errantia campos. Sylvas habitantia denſas. Pronam ſpectantia terram. Feræ. Belluæ indomitæ, terribiles, feroces, ttuces. Peragrantes devia luſtra.

PEDES NUDARE.

A pedibus trahere velamen. Nudare pedes velamine. Vincla duo pedibus demunt. Plantas educere alutæ.

PEDIBUS ALICUJUS ADVOLUTUS.

V. *Supplicare,*

PEGASUS. Pennis fugax. Equus Gorgoneus. Meduſeus. Bellerophontis equus. Nitidus ſtellis quinque decémque. Equus aërius, aliger, Bellerophonteus, alatus. Æthereas quatiens ſummis modò cruribus auras. Equus non integer artûs. Unde ſacri latices Aganippidos undæ, πηγὴ ἵππου, * equus alatus.

PELLIS. Exuviæ. Vellera leonis exuta coſtis. Spolium pecudis. Pellis villoſa, hiſuta, horrens ſetis. Fulvi ſetis hirſuta leonis vellera. Maculoſum tegmen lyncis. Fulvóſque lupi de pelle galeros. Tegmen habet capiti. Lupæ fulvo nutricis tegmine lætus, Romulus excipiet gentem. Velamina capri ſetigeri.

PENATES. Dii patrii. Dii veteris Trojæ. Ignibus erepti. Ignibus elapſi. Æneæ comites. Quem ſecum patrios aiunt portare penates.

PENA-

PENDERE. V. *Suspendere.*

PENELOPE. Pia, candida, casta. Penelope conjunx semper Ulyssis ero. Multis fœmina digna procis. Multis una petita procis. Castis. Vivere quæ potuit bis denos salva per annos.

PERCUTERE. V. *Cædere.*

PERDERE OLEUM & OPERAM.

Mandare semina arenæ. Littora arare. * ἀνέμοισιν ἐέζειν, pugnare cum ventis. V. *Frustra.*

PERDIX. Dædala, fallax, garrula. Plena dolo. Garrula ramosâ prospexit ab ilice perdix. Perdix cacabans.

PEREGRINARI. Externas trans pontum quærere terras. Boreæ extremo damnata sub axe arva quærere. Peregrinas visere terras. Insanientem Bosphorum tentare, & arentes arenas littoris Assyrii. Visere lætum equino sanguine Concanum, & pharetratos Gelonos. Visam barbaras Syrtes, ubi Maura semper æstuat unda. Facere iter per inhospitalem Caucasum. Multum telluris obire. Penetrare in extremos Indos, ubi resonans Eoa littus tunditur undâ. Mens prætrepidans avet vagari. Per ignotas urbis errare. Incultos adire Lestrygonas. Bibit ignotas urbis nobilis hospes aquas. Erret, & extremos alter scrutetur Iberos. Hospite, Sole, domo, ritu, mortalibus uti.

PERFICERE. Imponere finem. Ad finem perducere. Venire ad ultima. Finem quærere, habere. Finis adest. Prima mei pars est exacta laboris. Extremo jam sub fine laborum. Finem dedit ore loquendi. Ventum ad supremum est. Claudere rivos. Vela contrahere. Equum spumantia solvere colla. V. *Finire.*

PERFIDUS. Malesidus. Doli meditator. Vir pectore ficto. Dolis instructus & arte Pelasgâ. Qui dictum nefas in pectore versat. Non veritas fallere dextras. Perfidiosus. Fidem non præstans. * Locat hic homo fidem pluris licenti, *i. e. ei qui majus offert pretium.*

PERGAMA. Mœnia Iliaca. Regna Priami. Mœnia Phœbi. Mœnia Phœbæ structa canore lyræ. Bello fuerata bilustri. Rapta serò Pergama, capta tamen. Pergama

gama Neptunia, Teucria, Troica, Phœbea, Dardana, arua, alta.

PERICULUM. Grave, dubium, horrendum, funeſtum, exitiale, ſævum. *Diſcrimen* dirum, durum, anceps. Varii caſus, & diſcrimina plurima rerum.

PERICULUM ADIRE. Offerre ſe periculis. Caput obiectare periclis. Se in aperta pericula projicere. Offerre ſe ad pericula. *Petere* aliquid per pericula. Animos in aperta pericula mittere. Maris & terræ pericula exhaurire. Inſidiis hominum pelagíque laboro. * In magna laborare charybdi. Magnis jactare periclis. Fata ſua in præceps mittere. Fortunam ſuam per ſumma pericula exercere. Impoſiti radiant cervicibus enſes. *V. Alcesæ res.*

PERILLUS. Æs Perillæum imitans, j vencos veros. Intælix auctor. Qui bovem Siculo feritur donâſſe Tyranno. Tauri fabricator aheni.

PERIRE. Intercidere, Interire, diſperire. *Peſſum ire.* Cadere ruinâ ſæva. Extinctum longis excidit omne malis. Cuncta ut Lethæis merſa feruntur aquis. Non perit, ut poſſit ſæpè perire jecur.

PERJURUS. Perjuri arte Sinonis Credita res. Structa meis manibus perjuræ mœnia Trojæ. Falſæ perjuria linguæ. Addit perfidia falſis perjuria verbis. Falſa jurans. Pejerans. Jus jurandum violans.

PERMITTERE. Indulgere. Sinere. Fas & jura ſinunt. Me ſi fata meis patientur ducere vitam Auſpicijs. Non tua eſt licentia ejus rei. Cui tanta Deo permiſſa poteſtas? * Si quâ fata ſinunt. Nec plura querentem paſſa Venus. Non dare. Cur dextræ jungere dextram non datur? Dare copiam. Coram data copia fandi. Nulla datur poteſtas dextram affectare.

PERPETUUS. V. *Æternus.*

PERSEQUI, ſeu PERSEVERARE.

Quo pede cœpiſti, ſic bene ſemper eas. I bone quò virtus tua te vocat, I pede faſto. Macte novâ virtute puer, ſic itur ad aſtra. Non bene qui cœpit, ſed qui bene perſtitit, & qui Pertigit ad metam donatur honore coronæ.

PER-

PERSTARE. Talia perſtabat memorans, fixúſque manebat. In cœptis & in dictis iiſdem hæret. Perſtat eadem mens. Illum non populi faſces, non purpura regum Flexit. Nec enim dat terga, nec ullis frangitur ille minis.

PERTINAX. Obtuſa pectora geſtans. Ludum inſolentem ludere pertinax.

PERTURBARE. Confuſam mentem capere.

PERTURBATIO. Fluctus animi.

PERVENIRE. Quæ diu petiit, tangit arva. Tangere quæſitos penates. Advenit ſoſpes ad urbem. Attingere locum aliquem.

PESTIS. Sæva, dira, noxia, infeſta, lethifera, mortifera, lethalis, triſtis, fera, maligna, contagioſa. Dira lues viduam oppida & arva colonis. Per omnia viſcera ſerpens. Noctis tempore graſſans. Singula falce metens ſanguineâ. Dii talem terris avertite peſtem. Tabida membris. Corruptio cœli tractu miſerandáque venit Arboribúſque ſatíſque lues & lethifer annus. Nec ſævior ulla peſtis, & ira Deûm. Stygiis ſeſe extulit undis. Quam ſimul ac tali perſenſit peſte teneri Chara Jovis conjunx. Toto deſcendit corpore peſtis.

PETERE. * Poſcere. Ardemus ſcitari & quærere cauſas Flagitare. Quæ ſint ea numina Divûm flagitat. Rogare. Ediſſere vera roganti. Cauſas penitus tentare latentes. Notum efflagitat enſem. Nihil ſupra Deos laceſſo. Studioſo animo venari. Percunctari.

PHAETHON. Magnanimus, infœlix. Sole ſatus Climeneia proles. Temerè optatos qui malè rexit equos. Currus auriga paterni. Audaci queſtus de Phaëthonte pater.

PHALARIS. Ferus, durus, cruoris amans. Qui falſum lento torruit igne bovem. Solitus clauſos urere in igne viros.

PHILOMELA. Volucris Pandionia. Pandione nata. Cecropis ales. Daulias avis. Pellex invita ſororis. Cui lingua reſecta. Excidit ante pedes. Avis Attica. Luſcinia canora, vocalis, flebilis. Promens, depromens varia diſcrimina vocum. Deflens impia furta mariti. Dulcia cantillans ſub vere novo. Omnes inter aves dulciſſima muſa canendi. Ingenio ante alias mirabilis ales. Fingens carmina mille. Mollibus & variis flexibus referens diſcrimina vocum.

ocum. Suave edens arguto modulamine carmen. Dulce canens de viridi ramo. Artifici varias depromens rutture voces. * Quam dulciter luſcinia, ſeu philomela gutturillo cantillat. * φιλτατον ὄρνεο, avis amabiliſſima.

PHILOSOPHUS. Sapientiæ ſtudioſus. Mente Deos diit, & quæ natura negabat Viribus humanis, oculis ea ectoris hauſit. In medium diſcenda dabat primordia mundi, & rerum cauſas, & quid natura docebat. Quid Deus, nde nivis, quæ fulminis eſſet origo, Quid quateret terras, quâ ſidera lege mearent. Aëreas tentare domos, animóque rotundum percurrere polum. Qui rerum novit vias. Socraticis, & Ariſtotelicis chartis inerrans. Fœlices animæ quibus in domus ſuperas ſcandere cura fuit. Turba Cleanthea, *id eſt*, Philoſophi. Ἀναξῶν ἱερεὺς, magiſter nugarum. Διδάσκαλος ἀρετῆς, virtutis magiſter, *ſi ethicè loquamur.*

PHOENIX. Unica ſemper avis, Quæ reparat, ſeque ipſa reſeminat ales. Nec fruge nec herbis, Sed thuris lachrymis & ſucco vivit amomi. Avis longæva. Gangetica avis.

PICTOR. Celebris, egregius, inſignis. Arte excellens & longo uſu peritus. Pingens artifici manu non imitanda. Apellæâ arte pingens. Cui neque par Zeuxis, nec magnus Apelles. Excellens miro pingendi honore.

PICTURA. Picta docet templis multa tabella tuis. In domo artificis fulgent corpora picta. Fert picturatas ſub tegmine veſtes. Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Iberâ. Paribus lita corpora guttis. Maculis auro ſqualentibus ardens. Animum picturâ paſcere inani.

PIGER. Vitam ignavam ducens. Ignavâ vitamconditione trahens. Turpi deſidiâ torpens. Cujus habet, cujus occupat torpor pectora. Segniter, oſcitanter, deſidioſè, lenè, pigrè, ſua peragens.

PIGRITIA. Deſidia ignava, mollis, faſtidioſa. Nullo quæ ſtudio quod facit urget opus. In gremio palmas quæ condit, abſcondit utraſque. Dedecens ingenuas mentes. Non patiens egregias laudes. Ignavia mater ſomni. Genitrix ignavia ſomni. Parca laboris. Segnities exoſa laborem, Otia tractans, agens, amans. Dilatrix operum.

rum. Fugiens labores. Impexa capillos. Os immunda. Illota manus. Languor somnifer, soporifer. Torpor occupans artus. Mora segnitiei. V. *Otium & Otiari.*

PINGERE. Depingere. Pictura exprimere. Effigiem fulvo complecti in auro. Casus effinge e in auro. Quæ manus obscœnas depinxit prima tabellas. Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles. Sanguineis frontem moris, & tempora pinget. * Figuris variare tecta. Exprimere aliquid in tabella. In tabella tam similem vi debis Illam; ut sit tam similis sibi nec ipsa: Illam dare que pone eam tabella: aut utramque putabis esse vivam aut utramque parabis esse pictam.

PINUS.

Annosa, alta, acuta, procera, virens, florida, corniger ardua, nautica. Littora amans. Littoribus gaudens. Grata Deûm matri. Antennis apta ferendis. Succincta comas, hirsutaque vertice. Vertice nutans. Semper virens. Perpetuo flore virens. Radicem in tartara tendens. Nimbis innumeros durata per annos.

PIRATA. Qui medio puppes vexatur in æquore. Iniciens prædam omne per æquor. Qui male quæsit opes. Prædando vetitas qui sibi quæsit opes. Agili peragit fretum cærula remo.

PISCARI. Fallere pisces calamo, linóque madentes. Tenui captare arundine pisces. Plagas tendere piscibus. Visco trahere è gurgite captos pisces. Squamigero genus dando hamo tendere insidias. Per ripas secundum flumina deceptos in retia trudere pisces. Retibus æquoream plectis educere prædam. Fluvivagos greges per sinuosa retia trahere. Piscem acumine vulnificio trahere. Pelago tra here humida lina. Lina madentia ducere. Calamo pisces prædari. Jaculo pisces capere.

PISCATOR. Hamiger, solers, æquoreus. Moderans arundinis. Qui lina madentia ducit. Qui tegit pandæa recutiva cibis. Victum quærens prædantibus hamis. Cibis celans fallacibus hamos uncos. Pisces in gurgite captans. Hamos & retia jactans. Nodosa lina protrahens. Linóque solebat, & hamis Decipere, calamo salientes ducere pisces. Novit quæ multo pisce natent aquæ.

PISCI

PISCIS. Tortilis, saliens, æquoreus, pinniger, squa-
miger, mutus, vagus, undivagus, fluvialis, percurrens flu-
mina, natans sub undis. Squamigerum genus. Squamea
turba. Agmina muta natantum. Grex mutus cui vita
agitanda sub undis. Qui semel est læsus fallaci piscis ab
hamo, Omnibus unca cibis æra subesse putat. Ludens
secundas inter aquas. Quem sua credulitas tristi
suspendit ab hamo. * Φῦλα ποσειδῶνος, gentes Nep-
tuni.

PIUS. Cui sunt cœlestia curæ. Deum religiosus in
mum. Cujus aperta nihil pectora fraudis habent. Colens
haud fictâ pietate Deum. Pia corda gerens. Studium pie-
tatis habens. Pietatis amans. Quem non de tramite re-
cto Impia sacrilegæ flexit contagio turbæ. V. *Bonus.*

PLACARE. Mulcere, mitigare rapidas iras. Mulcere
vocibus iras. Placidis dictis iram flagrantem placare. Mo-
ram lenire iram Revocare animum ab ira. Dictis mœren-
tia pectora mulcet. Ponere ferocia corda. Flectere iram.
Iramque minásque Supplicibus superare votis. Plurima
mulcendis auribus apta referre. Lites componere, diri-
mere.

PLACARE MARE, & PLACATUM MARE.
* Mulcere fluctus. Cunctus pelagi cecidit fragor. Mo-
tos componere fluctus. Tumida æquora placare. Tem-
perare æquor. Placare ventos. Stat mare placidum. Maris
ira recessit. Venti posuêre, omnísque resedit flatus. Quæ-
Mare quietum.

PLAGA. Infixum sub pectore vulnus. Nec te clamor,
plagæque sonantes. Nec matutinis agitet formido sub ho-
ras. Insani plaga maligna joci. Valida, lethifera, lethalis,
violenta, gravis, vehemens. V. *Vulnus.*

PLANCTUS DESCRIPTIO.

Tunc demum pectora planxi, contigit inque meas un-
dibus ire genas. Tum verò è pectore vestem Diripuit,
planxítque suos furibunda lacertos. Protinus adductis so-
nerunt pectora palmis. Utque erat è somno turbida, rap-
ta coma est. Oráque sunt digitis livida facta meis. Tuta
nec è digitis ora fuere meis. Séque ferit, scinditque sinus.
Indignas sauciat ore genas. Postquam se dolor imminuit,
nec pectora plangi, Nec puduit scissis exululare comis.
Montes ululatibus implent. Et feriunt mœsta pectora

nuda manu. Immemores decoris liventia pectora tundunt.

PLANETÆ. Errantia sidera. Erratica signa. Stellæ vagæ, errantes, huc illuc tendentes. Nesciæ stare, quiescere. Planetæ volitant per bis sena rutilantia poli signa. Qui feruntur motu adverso solis radiis. Qui semper referuntur adverso tramite mundi.

PLANGERE. Plangere, *est ejulatu, & gestu aliquo corporis dolorem animi significare.* Dare plangorem. Plangere pectora, ora. Plangere pectora palmis. Ferire pectora palmis, manu utraque. Tundere, cædere pectora palmis, manu. Solvere, disjicere, rumpere, rapere capillos. Rumpere capillos à fronte. Scindere crinem pollice. Scissis exululare comis. Lacerare, pectus, genas, comas. Notare ora manibus, unguibus. Verberare ora manu. Laniare crines, capillos passos. Petere, appetere, notare, saucire, secare ungue genas, ora. Fœdare vultum. Tendere manus in ora. Manibus insequi ora. Ora digitis livida, alpera facere. Laniare, Scindere, abscindere, rumpere sinu vestem, tunicas à pectore. Diripere vestes à pectore. V. *Lugere.*

PLANTARE. Radicem infigere terræ. Plantas figere humi, humo. Terræ defigere arborem. Exponere sulcis semina. Committere sulco. Stirpes, plantas obruere terrâ. Humo tegere, ac foveis abscondere. Summum cacumen mandare terræ. Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites. * Conserere montem Baccho, atque oleo vestire collem. In plano ponere vites. Serere atque imponere curam. Semina jacere. Sementem facere. Ponere *Horat.* Ille & nefasto te posuit die. Spargere per agros dona Cereris. Spargere semen humi. Credenda Ceres arvo est feracibus. V. *Inserere.*

PLATO. * Aristonides. Divinus. Cecropius. Naturæ miraculum. Apex Philosophiæ. Στόμα θεῖον, Suadæ.

PLEBS. Plebeus chorus. Vaga turba. Turba stolida incultæ plebis. Plebeia stirps. Plebs humilis, clamosa confusa. Fæx urbis. V. *Vulgus.*

PLEIADES. V. *Stellæ septem.*

PLICARE. Plicis involvere. Plicas nectere. Complicare. Corrugare. Se in sua membra plicare. Dare corpus tortus.

PL

PLUERE. Jupiter ex altis detorquet nubibus imbres. Cadunt resolutis nubibus imbres. Nubibus Auster fundit aquas. Jupiter utilibus rigat imbribus agros. Imber decidit largis aquis. Largæ præcipitantur aquæ. Præcipites nimbi cadunt toto æthere. Ruit æthere toto. Turbidus imber aquâ, densisque nigerrimus Austris. Largum cœlo demittere imbrem. Immensum cœlo venit agmen aquarum. Actus cœlo magnis Aquilonibus imber. Auster pluvio contristat frigore cœlum. Multâ terra madescit aquâ. Subitâ frondes decutiuntur aquâ. Densi funduntur ab æthere nimbi. Nulla dies adeò est Australibus humida nimbis, non intermissis ut fluat imber aquis. Quamvis assiduo noctem fœdaverat imbre.

PLURES. Non feci solus. Cuncta cohors. Magnâ comitante catervâ. Iliadum turba & Phrygiis comitata ministris. Vulgi stante coronâ. Et sese medium injecit morituris in agmen.

PLUTO. Sævus, Stygius, immitis, infernus, Saturnius, Tartarius, umbrosus, crudelis, avernalis, immanis, adamantinus, sulphureus, avidus. Jovis frater. Cereris gener. Stygii dominator averni. Rex Erebi. Rex ferreus orci. Rex umbrarum. Tenebrosâ nocte tyrannus. Qui regit ima. Cui triplicis cessit fortuna novissima regni. Noctes atque dies patet atri janua Ditis. Ditis magni sub mœnia tendit. Ζεὺς καταχθονιος, Jupiter infernus.

PLUVIA. Aqua pluvia, cœlestis. Humectans agros. Rigans prata. Aëris in media quæ gignitur aula. Humor datus plenis nubibus. Imber pluvius, turbidus, largus, gravis, aquosus, præceps, sonorus. Ruens æthere toto. Ruens impete vasto. Aëris è nubibus cadens. Nimbus obscurus, æthereus, subitus, horrisonus, glacialis. Commixtus grandine. Ruens æthereo ab axe. Rivi pluvialis aquæ. Undæ pluviales. Παῖς νεφέλης, filia nubis.

POCULUM. Aureum, auratum, cælatum, capax, gemmatum, fœcundum, coruscum. Carter argento perfectus, atque asper signis. Carthesia mixta. Argentum, pro poculo. Fictile de facili luto. Terra, pro poculo. Pocula spumantia, fumantia, rorantia. V. *Calix.*

POCULIS INDULGERE. Pocula plena tractare manu. Siccare, exhaurire, vacuare spumantia pocula.

Ducere convivia immodico Baccho. Exorbere poculazythi. V. *Potare.*

POENA. Supplicium grave, cruentum, atrox, durum, triſte. Genus miſerabile pœnæ. Novum genus pœnæ. Pœna levis, minor merito, dolenda, par delicto, ſera ſed ampla, ultrix, vindex.

POENA AFFICERE. Exigere pœnas. Cœ cere pœnâ. Exercere pœnas in aliquem. Pœnas poſcere, repoſcere, ſumere. Pœnas ſtatuere, imponere. In pœnas trahere. Pœnas inimico à fratre recepi.

POENAS DARE. Pœnas ſolvere, perſolvere, pendere, ſubire, inire, pati. Facta luere. Scelerum pœnas expendere. Ulgeri pœnis. Exerceri pœnis. Te triſte manet ſupplicium. Calido mihi ſanguine pœnas perſolves.

POENAM MINUERE. * Mollire, demere pœnam. Levare partem pœnæ. Partem à pœna levare. Eximere pœnæ. Contrahere pœnas.

POENITET. * Ceperunt mæ tædia laudis. Pertæſum eſt thalami. Tædet cœli convexa tueri. Mœreo tam varè præteriiſſe dies. Me puder, atque piget fruſtra cœpiſſe.

POETA. Doctus, ingenioſus, ſacer, integer, operoſus, lætus, tener, grandiùs ſonans, excultus ſtudiis, grandiſonus, divinus, nobilis, celebris, facundus, eximius. Cujus pectora caſta Deus movet. Cui dedit Aonium Calliopeia lyram. Dignus Aonio choro. Felici carmine clarus. Cui à Phœbo nexa corona datur lauro. Præcinctus, redimitus tempora lauro. Vates lauriger, Apollineus, Heliconius. Numeris verba coërcens. Divino numine affletus. Numine agitatus. Dignus Apolline. Quem doctus non averſatur Apollo. Cui dexter Apollo, cùm carmina condit, adeſt, & cujus ingenio turba novena favet. Cui ſunt faciles in carmina Muſæ. Aonias vates celeberrimus inter. Cui doctus Apollo Pocula Caſtaliis plena miniſtrat aquis. Sacro percitus æſtro. Quem citharâ dignatus Apollo eſt. Gloria Pieridum. Muſarum purus, Phœbique ſacerdos. Apollinea clarus in arte. Qui fonte labens proluit Caballino. Qui in bicipiti ſomniavit Parnaſſo. Quem Parnaſſi deſerta per ardua dulcis Raptat amor. Aonio deducens vertice Muſas. Cui carmina ſemper, & citharæ cordi, numeróſque intendere.

POLLICERI. V. Promittere.

POLLUX. Tyndarides. Amyclæus. Lædæus. Præstans cæstibus. Quo pius affectu Castora frater amat. Tyntaridæ fratres, hic eques, ille pugil. Oebalides. Oebalius. Therapnæus. Tyndareus. Dioscorus, *id est*, Jovis filius.

POMA. V. Malum.

POPULUS. V. Multitudo, Plebs.

PORCUS. Sus sordidus, setiger, lutulentus, lutosus. Sus gravida, lactens, avida, bimestris. Gaudens cœno, immundâque palude. Alens gregem densis uberibus. Immundâ sue gaudens. Semper amica sordibus, & consueta vivere cœno.

PORTA. Claustra portarum. Clausæ munimina portæ. Janua dura. Suo se cardine versans. Duris roboribus fulta. Reddens stridorem moto cardine. Fores validæ, obseratæ, querulæ, duplices, geminæ, surdæ, rigidæ, rimosæ.

PORTAM APERIRE. Pandere portas. Stridenti cardine panduntur portæ. Portas præbere patentes. Portam conversо cardine torquet. Reserare, recludere portas. Adaperire, relaxare portam.

PORTAM CLAUDERE. Claudere, præcludere portas. *V. Obserare.*

PORTUS. Tutus, placidus, securus, optatus, quietus, tranquillus, maritimus. Statio fidissima nautis. Puppibus apta. Otia maris. Sinus & statio malefida carinis. * Ora. Latus. Siccum navale.

PORTUS INTRARE. Portum subire. Invadere portus. Tangere portus. Portu se condere. Deferri in portus. *V. Navem appellere.*

POSSESSIONES. Teneri culti jugera magna soli. Dives agris. Ditissimus agri. Sis pecore, & multa dives tellure licebit. Quinque greges illi balantum, quina redibant Armenta, & terram centum vertebat aratris. Dives agri Dorilas, quo non possederat alter Latiús. Quære *Deos.*

POSTHAC. * Dein. Deinde. Postmodo. Tempus veniet, aderit. Dies aderit. Quandoque, Tempus erit, quum, &c.

POSTQUAM. * Quam simul agnôrunt. Simul, vel simulac. Ubi. Nox ubi consumpta est. Ut. Utque domus partem tenuêre. Quum. At quum pulsa fames. Quo primùm contigit auras tempore.

POTARE. Vasa referta mero evacuare. Siccare, exiccare mero spumantia pocula. Totos vacuare cados. Urgere toto pocula plena die. Alios urgere scyphis vino repletis. Quære *Bibere.*

POTENS. Validus, valens, magnificus. Totum qui viribus occupat orbem. Regio potens armis, ac ubere glebæ. Avis atavísque potens. Sic Romana potens Italâ virtute propago.

POTENTIA. Magna, vasta, longa, insuperabilis. Nate, meæ vires, mea magna potentia solus. Non ea vis animo. Grates persolvere dignas non opis est nostræ. Tanta erat & virtus, & cum virtute potestas. Potestas. Robur.

POTENTIA PRÆDITUM ESSE.

* Posse. Cui data potestas. Qui potis est facere. Qui valet ima summis mutare. Vastis cum viribus audax. Valet hic ingentes promere vires. Prædurus viribus. Cui vigor in membris. Cui promptæ ad fortia vires. Fisus latis humeris, & mole juventæ. Vividus, & magnos nisu qui vinceret artus.

PRÆCEPTOR. Tenens, gerens, habens virgea sceptra regenda scholæ. Habens tradita sceptra scholæ. Cui tradita, data, commissa sunt virgea sceptra scholæ. Formans imbellem juventam studiis. Tradens vitæ præcepta regendæ. Imbuens juventam liquidis aquis *Pierii* fontis. Docens Aoniam pubem. Erudiens magno sudore juventam. Instruens teneram verâ pietate juventam. Propinans discipulis puras aquas de fonte Thespiadum. Promens discipulis dona divite penu. Gerens curam vitæ & salutis discipulis, & perpolíens agreste pectus.

PRÆCIPITEM DARE.

Mittere, jacere è summo. Præcipitare. Mittere, agere præcipitem. Volvere in præcipites fossas urgente ruinâ. Præcipitem liquidas projecit in undas. Ferri, volvi in præceps. Propellere ex alto corpus. Toto præceps se corpore ad undas misit. Effundere se in æquor. In mare præcipitem puppi deturbat ab alta. Non fugis hinc præceps, dum præcipitare potestas? Quære *Decidere.*

PRÆCLARUS. V. *Celebris.*

PRÆDA. Rapida, violenta, infanda, sæva, inaudita, invidiosa, apta avido, Exuviæ cruentæ, hostiles. Præda in-

inanis, exigua, ſordida, barbara, ſanguine carens, cruenta, novella. Spolia hoſtilia, hoſtica, bellica, opima, regalia, adempta. Incidit in caſſes præda petita meos. Raptas ad litora vertere prædas.

PRÆDARI. In bona alicujus venire. Prædam agere, terréque. Deprædari. Præda potiri. Vi re aliquâ potiri. Vivere rapto. Compilare. Prædam facere. At vos exiguo pecori furéque lupíque Parcite, de magno eſt præda petenda grege. * Omnia late vaſtare. Populare. Libycos populare penates. Vaſtare. Vaſtare Cyprum. Ad multas lupa tendit oves, prædetur ut unam.

PRÆDATOR. Prædo inſidiatus, ſceleratus, infeſtus, funeſtus, graſſans. Inſidians viatoribus. Infeſtans viatores. Avidâ inſtructus rapinâ.

PRÆDICARE. V. *Docere.* V. *Parochus.*

PRÆDICERE. De exilio tacitas memini prædicere queruſ. Sæpè ſiniſtra cava prædixit ab ilice cornix. Antè ſiniſtra cava monuiſſet ab ilice cornix. *V*enturam meus præſagit navita noctem. Sic magna ſacerdos, eſt mihi divino vaticinata ſono. Obſcœni canes, importunæq; volucres ſigna dabant. Fatis ora reſolvere. Futura expedire. Et mihi jam multi crudele canebant Artificis ſcelus. Jam etiam fatis aperit Caſſandra futuris, ora Dei juſſus accipe quod lætâ tibi pandunt luce ſorores. *V*eridicos Parcæ cœperunt edere cantus. Sola novum, dictuq; nefas. Harpyia Celæno *P*rodigium canit, & triſtes denuntiat iras. Quod Phœbo pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo prædixit. *V. Propheta.*

PRÆGNANS. V. *Gravida.*

PRÆLIUM. V. *Pugnare.*

PRÆMIUM. Largum, magnum, meritum, debitum, ſufficiens, promiſſum, petitum, ingenio dignum. Præmia digna referre. Præmia reddere debita. Accumulare præmiis. Geminum pugnæ proponit honorem. * Sunt certum ſua præmia laudi. Doctarum Hederæ præmia frontium. Meritæ expectare præmia palmæ. Invitare ad præmia animos, & præmia ponere. Accipere præmia digna. Munera vos condigna manent. Præmia ſolvere merita.

PRÆPARARE. * Accingere ſe. Aptare ſe. Semet parare. Accingunt omnes operi.

PRÆPOSTERE. In caput alta suum labentur ab æquore retrò Flumina, conversis Sólque recurrit equis. Terra feret stellas, cœlum findatur aratro, unda dabit flammas, & dabit ignis aquas. Omnia naturæ præpostera legibus ibunt: *Pársque* suum mundi nulla tenebit iter. Et priùs hinc nobis nimùm conterminus Ister, in caput Euxino de mare vertet ter, Flumináque in fontes cursu reditura supino. Antè retrò Simois fluet. Ad fontem Xanthi versa recurret aqua. Flumináque ad fontis sua reditura caput. Flumináque ad caput incipient revocare liquores. Multa priùs vasto labentur flumina ponto. Amnis & inversas duxerit antè vices.

PRÆPUTIUM PRÆCIDERE.

Cultro saxeo membra tenella secare. Præputia pueri sacro præcidere saxo. Tum puero generis signum de more vetusto Imprimitur.

PRATUM. Florens, vernans, herbidum, viride, odorum, irriguum, floridum, herbosum, udum, humidum. Pictum ridentibus herbis. Vere novo ridens. Quod sitiens bibit ætheris imbrem. Loca viridantibus herbida prata. Area nitidissima. Area humida de guttis lenè sonantis aquæ. * Prata movent animos diversicoloribus herbis. Prata recentia rivis. Florea rura. Ubi Zephyris melioribus halant perpetui flores. Prata smaragdineo colore.

PRECARI. Verba precantia dare, dicere, fundere. Preces admovere, adhibere. Solicitare precibus. Ore precari. Voce rogare. Fatigare votis. Corde gemente, supplicibus votis precari, petere. Supplicibus exposcere votis. Tendere manus supplices. Ad pia propensum vota vocare Deum. Supplex humilísque precatur. Ad tua coniugia & supplex tua numina posco. Per superos, & conscia numina veri orare. Ferre ritè preces. Vid. *Deum Precari.*

PRECES. Verba precantia. Verba rogantia. Vox rogans. Preces justæ, blandæ, piæ, sollicitæ, timidæ, pudicæ, castæ, supplices, benignæ, serviles, flexanimes, mollientes, flectentes animos. Oratio penetrans stellantis superi regis in aulam.

PRECES AUDIRE. Accipere preces. Excipere, admittere gemitum. Percipere aure preces. Moveri, flecti precibus. Annuere, assentiri oranti. Votis favere rogantis.

S

Aspicere vota linguæ. Percipere preces attentâ, apertâ, facili, placidâ aure. Aures precibus præbere benignas. Non sinere vanas supplicis esse preces. Vota exaudita rogantum. Dare se placidum querenti. Audire vota quæ pia lingua facit. Accipere vultu pia vota sereno. Inclinare, porrigere, pronas clamoribus aures. Audire verba anxia fletus. Applicare facilem aurem supplicantibus. Admovere aurem benignam supplici. Dare se facilem votis.

PRECES NON EXAUDIRE.

Spernere, negligere, repellere preces. Aversâ aure negligere preces. Contemnere preces supplicum. Negare imploranti aurem. Occludere aurem questibus. Abnuere aurem supplici. Vultu tetrico despicere questus. Aversari, despicere vota rogantis. Surdâ velut aure repellere gemitus. Rapidis dare vota irrita ventis.

PRINCEPS. Inclytus, bellicus, belliger, illustris, mitis, justus. Ad præmia velox. Piger ad pœnas. Viribus utens. Marte ferox. Vinci nescius armis. Rerum cui summa potestas. Populos sub ditione tenens. A summo ordine nomen habens. Justitiam vigili pietate regens. Insontes regens, & pœnis errata coërcens. Rerum sceptra gubernans. Sua quem virtus multis heroïbus æquat. Metuendi tenens sceptra jubente Deo. Cui imperium servare pios, & plectere fontes. Cui populi incumbit cura paterna sui. Largo pectora docta favore juvans. Victricibus inclytus armis. Cui data majestas cogendi mobile vulgus, Serviat ut vera religione Deo. Fovens & protegens ingenuas artes. Quære *Heros.*

PRINCIPES ELECTORES Sacri Romani Imperii.

Clara viris septem fulget Germania, summi
Quos penes arbitrium Cæsaris omne manet.
Præsul Agrippinus sacri Archi per Itala regna
Cancellarius est totius imperii.
Per Germana Moguntinensis Episcopus arva
Præstat idem: per idem Gallica Trevir agit.
Pomi Palatinus dapifer Comes aurea gestat.
Dux gladios equitum Saxo magister habet.
Marchio fert sceptrum Camerarius. Ipse Boëmus
Rex pincerna manu pocula digna tenet.

PRINCIPIUM. Exordium. Primordium. Initium. Cœptum. Incœptum. Limen. Exortus. In prima fronte libelli. In limine vitæ. Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida Æneas classem.

PROCUS. Turba luxuriosa proci. Turbá temeraria. Cópia procorum. Multorùm frustrà votis optata procorum. Multorúmq; fuit spes invidiosa procorum. Mille procos habuit bis septem nubilis annis.

PRODESSE. Juvare. Conducere. Favere. Alteri frumentis favet. Pecori opportuna loca, & commoda Baccho. Est operæ pretium.

PROHIBERE. V. Impedire. Resistere.

PROJICERE. V. Jacere.

PROLES. V. Filius. V. Generare.

PROMETHEUS. Satus Iapito. Cui Pyrrha sui filii fratris erat. Aëreas volucres sanguine fixus alit. Qui carpitur viscera in duris saxis. Ἰαπετιονίδης, Iapetionides. Πυρὸς δώτης, ignis largitor.

PROMISSUM. Res promissa, pollicita. Receptum. Linguæ fœdera. Pignora polliciti. Verba polliciti. Promissi fides. Promissi gratia.

PROMISSUM SERVARE.

Pollicitis addere fidem. Promissum facere, reddere. Stare promissis. Dare pollicita pignora. Promissis manere. Præstare, servare fidem. Persolvere promissa præmia. Tibi maxima rerum verborúmq; fides.

PROMITTERE. Offerre, deferre, obligare, obstringere fidem. Facere promissum. Dare dextras fidémque. Dare promissum. Si tamen hoc ulli de se promittere fas est. Spondet reduces inducere terris. Polliceri.

PROMULGARE. Retegere. Detegere. Aperire. Patefacere. In publicum efferre. Prodere. Vulgare. Palam facere. Palam referre. Efferre sub auras. Demere silentio.

PROPE. Juxta. Propter. Propter humum volitat. Secundum plena flumina. Falsi Simoëntis ad undam. Haud procul hinc.

PROPERARE. Tollere, rumpere, pellere moram. Mora abest. Rapidis ferri passibus. Nulla mora est opus. Haud mora. Nec mora. Præcipitare viam. Urgere iter. Ferri cursu. Festinare viam. Festinate viri, nam quæ tam sera moratur Segnities.

PROPERTIUS. Blandus. *Præcepta Properti.* Cujus opus Cynthia sola fuit. Romanus Callimachus. *Proxima* suppositio contingens *Umbria campo* quem genuit. Romanique aderit pagina Callimachi.

PROPHETA. Fatidicus, veridicus, vaticinans. Edens oracula veridicis vocibus. Repletus pectora afflatu sancto. Divino numine tactus, motus, actus, agitatus. Qui oracula sancta canit. Divino percitus œstro. Quem voces veterum, & sancti cecinêre prophetæ. Vates sacri interpres Numinis. Venturi præscia tuba. Sagax ventura videre. Fatidicus vates. Doctus futuri. V. *Prædicere.*

PROSERPINA. Erebi regina. Nata Cereris. Persephone. Inferni pollens regina Tyranni. V. *Regina Inferni.*

PROSPERE. Omine lato. Secundo flatu. Lætis, secundis successibus. Vento secundo. Dextro alite. Deo secundo, favente. Diis auspicibus. V. *Fœlix.*

PROSPERITAS. Tibi tempora veris erunt. Dum juvat & vultu ridet fortuna sereno. Donec eris fœlix multos numerabis amicos: Tempora si fuerint nubila, solus eris. Dum mea puppis erat validâ fundata carinâ, qui mecum velles currere, solus eras: Sed quia contraxit vultum fortuna, recedis, Auxilio postquam scis opus esse tuo. Dum flaret velis aura secunda meis. Est velis aura secunda meis. Navis mea fertur amico vento. V. *Rebus secundis.*

PRUINA. Matutina, cana, vitrea, gelida, concreta, nocturna, hyberna, canens, nivea, rigida, roscida. Exceptæ lunæ de nocte pruinæ.

PUBLICARE. V. *Promulgare.*

PUDERE. * Erubescere. Erubuit Phaëton. Subitus invita notavit ora rubor. Æstuat ingens imo in corde pudor. Non attollere contra sustinuit oculos. Qui color infectis adversi solis ab ictu Nubibus esse soler, vel purpureæ auroræ, is fuit in vultu. Flava verecundus tinxerat ora rubor. Pudor vultus gravat. Erubuit, gremióque pudor dejecit ocellos. Erubuêre genæ, totóq; recanduit ore. Pudor ora subit. Pudore sensi me totis erubuisse genis. Lumina fixa tenet plena pudoris humo.

PUDOR. Purpureus, roseus, tener, castus, virgineus, verecundus, ingenuus, honestus, turpis. Character, nota,

nota, index ingenuæ mentis. Dejiciens oculos. Humi flectens lumina. Ora inficiens, colorans. Qui se manifestat, prodit in ore. Solvere jura pudoris. Ponere pudorem. Violare pudorem. Extinctus pudor.

PUELLA. Formosa, tenera, bella, culta, ornata, candida, nivea, operosa cultibus, facie præsignis, facie insignis, formâ præstante, laudatissimâ formâ. Una digna duas formâ vincere. Oculos dejecta modestos. Raras dotata per artes. Sibi quam non vendicat alter. Turpis, lasciva, petulans, procax, audax, superba, præta, deformis. Nimium vaga turba puellæ. Dulce puella malum. Perpetuum nata puella malum.

PUELLA CASTA. V. *Casta puella.*

PUER. Formosus, facie spectabilis, tener, lascivus. Incautis nimium temerarius annis. Impuræ matris prolapsus ab alvo. Turba minuta. Multâ callidus arte. Penè puer, dubiâque tegens lanugine malas. Puer impubes, & adhuc non utilis armis. Inque sinu puerum qui nondum impleverat annum. Dulce ferebat onus. νεοτρεφὲς ἔρνος, tenerum germen. *V. Juvenis.*

XII. ANNORUM. Filius hujus erat primo lascivus in ævo, Addiderátque annos ad duo lustra duos.

XIII. ANNORUM.

Tertius interea decimo successerat annus.

XV. ANNORUM.

Jam tria lustra puer furto conceptus agebat,
Is tria cùm fecit primùm quinquennia, montes
Deseruit patrios. *V. Annus.*

XVI. ANNORUM.

Pulcher, & octonis iterum natalibus actis,
Signârat teneras dubiâ lanugine malas.

PUERITIA. Ætas infima. Ætas mollis & apta regi. Anni molles, teneri, pueriles, primi. Primum ævum. Mobilis ætas. Casibus impingens compluribus ætas.

PUERPERA. Laborans utero. Gemellipera. Prolem enixa gemellam.

PUGNA. Anceps, tristis, ferox, aspera, sæva, actis, cruenta, sanguinea, acerba, terribilis, crudelis, trux, atrox. Certamen infandum, immane, martium. Fremebundi certamina Martis. Flebile Martis opus. Prælia Mavortia, cruenta. αἱματος πέλαγος, sanguinis pelagus.

PUGNARE. Dimicare pugnâ. Decertare. Certamina subire. Concurrere ferro, telis. Conferre dextram. Miscere prælia. Concurrere campo. Arma armis nectere. Gerere Martis opus. Decernere ferro, armis. In certamina venire. Crudo pugnam committere cæstu. Prima manu tentare pericula belli. Succedere pugnæ. Celeri certare sagittâ. *V. Bellum gerere.*

PUGNARE PRO PATRIA. Protegere patriam fortibus armis. Ruere in arma pro libertate patriæ. Ruere in arma pro patriis focis. Patriam Marte tueri, tutari. Facere prælia pro patria.

PULCHER. Quære *Forma.*

PULVERULENTUS. Pulvere turpis. Canitiem immundo profusam pulvere turpant. Fœdare in pulvere crines. Glebásque jacentes Pulverulenta coquit maturis solibus æstas. Pulverulenta fugâ dare terga per agros.

PULVIS. Inanis, levis, siccus, exiguus, cæcus, æstivus, tenuis. Turbidus atrâ caligine. Quem venti magno turbine corripiunt. Quem dissipat aura. Quem turbinis ira rapit & disjicit. Quem aura levis torquet. * Fulvus arenosâ surgens tellure sub auras. Erigitur globus, atque operit caligine densâ Cornipedúmque vias, aurigarúmque labores. Vide ut atra nubes pulvere abscondat diem. Fumo similes campus erigit in cœlum nebulas.

PUNIRE. Sumere supplicium vindice dextra. Ultrice manu frangere, & supplicio premere. Punire crimina inductâ rotâ. Laniare rotis. Elidere crura. Confringere crura. *V. Pœnâ afficere.*

PUNITIO. V. Pœna.

PUNIRI. V. Pœnas dare.

PURGARE. Vitæ crimina demere. Eluere, abluere omne nefas. Diluere vitiorum sordes. Auferre criminis onus. Criminis admissi contagia mundare. Absterfis sordibus scelus omne abluere. Tollere, expiare peccatum.

PURPURA, PURPUREÆ VESTES. Fulgens, rubra, rutilans, regalis, pretiosa, nobilis, sanguinolenta, ardens, rubens. Color purpureus, Tyrius, Ostracinus. Tyrii colores. Tyrius succus. Ostrini colores. Purpura Pœna. Ostrum purpureum, puniceum, coruscum, rutilum, Sidonium, Getulum, Tyrium quæ purpura sensit ahenum,

ahenum Tyrio murice pulla satura. Situra tincta. Saturatæ murice vestes. Vellera medicata Tyrio aheno. Tincta Sidonio murice lana. Aduſto murice candens. Tyrio distincta murice vestis. Tyrio madebat murice lana. Sidonio insignis amictu. Sidoniam picto chlamydem circumdatu limbo.

PUTARE. V. *Opinio.*

PUTRIDUS. * Corruptus. Vitiatus. Illuvie peresus. Loca senta, situ, longâ cariè confecta.

PYGMÆUS. Parvus, brevis, ridiculus, parvulus. Certans, bella gerens cum gruibus. Pygmæus parvis currens bellator in armis. Raptúsque per aëra curvis Unguibus à sæva fertur grue.

PYTHAGORAS. Samius senex. Qui posse renasci Nos putat. Divinus, prudens, celebris. Panthoides.

Q

QUADRAGINTA.

DEna quater. V. *Annus.*

QUÆRERE.

* Investigare. Rimari. Requirere. Explorare. Lustrare. Causas penitus tentare latentes. Vestigare viros. Alicè vestiga oculis. Omni terra, omni quærere profundo. Scrutari. Quæritare. Indagare.

QUATERE. * Concutere. Movere. Quassare. Nutu tremefecit Olympum. Quatere, vibrare, coruscare hastam. Tecta quatiebant cuspide thyrsos. Arma rotare lacertis.

QUIA. Quoniam. Propterea quòd. In promptu causa est. Nempe.

QUERCUS. Patula, glandifera, umbrosa, dura, rigida, aërea, sublimis, annosa, valida. Chaonis arbor. Jovis arbor. Sacra Jovi. Gratissima porcis. Infixis alte radicibus hærens. Annoso robore quercus. Curvata glandibus.

QUERI. Fundere questus. Dare querelas. Effundere querelas. Edere, promere, proferre querelas. Loca complere, replere querelis. Turbato pectore rumpere questus. Volvere tristes querelas. Jactare tristia verba flexilibus querelis. Implere cœlum questibus. Peragere querelas. * Multa querens ignominiam, plagásque superbi victoris. Sta-

bat

at multa querens. Philomela mœsta flet noctem, ramóque sedens miserabile carmen Integrat, & mœstis latè loca questibus implet. Gemere alicujus crudelia fata. Longas in fletum ducere voces. (Me miserum!) ingeminat.

QUIES. Mollis, optata, jucunda, secura, placida, languida, grata, tranquilla, amica. Pacis amans. Reparans, recreans defessi corporis artus. Recolligens vires fractas. Reficiens membra quæ fracta labore jacent. Quæ reparat artus. Quæ membra fessa, defessa, fatigata, d fatigata, lassa, languida novat. Requies blanda, dulcis, petita, secura. V. *Somnus.*

QUIESCERE. Placidæ indulgere quieti. Carpere optatam quietem. Placidâ quiete fessa membra levare. Capere dulcem quietem. Frui quiete. Plena ubi securæ terra quietis erit. Litera jam lasso pollice sistet opus.

QUINDECIM. Tria lustra agere. Arcas adest ter quinque ferens natalibus annos. Is tria cum fecit primùm quinquennia, montes Deseruit patrios.

R.

RABIES.

PRæceps, vesana, indomita, sæva, furiosa, malesuada, malesana, effera, concita, acerba. Nigro armata furore. Effera vis animi. V. *Insania.*

RABIE AGITARI.

Ardere, flagrare acerbâ rabie. Furiosâ rabie concitum, percitum esse. Animus stimulatus furente rabie. Corda tument rabie. Rabies, furor, iráque mentem præcipitant. Impelli, agi, circumagi, agitari rabie. Pectus anhelum & rabie fera corda tumescunt. Dira subit rabies. V. *Insanire.*

RADIX. Radices agere. Radices ad Tartara tendere. Arbor longis radicibus hæret. Radices altiùs arbor agit.

RAMUS. Spatiantia brachia. Arboreæ frondes. Ramus fragilis, patulus, frondens, novellus, pensilis, umbrans, viridis. Arbore pendens. Curvatus pomorum pondere. Incerto pondere nutans. Autumni ponere pondus. Alumnus alienus, *pro ramo insito.*

RAPA. Frigore gaudens. Præbens commoda multivoris alimenta colonis. Quæ inflat alúque.

RA-

RASTRUM. Raſtellum. Pecten rarus. Inſtrumentum dentatum. Raſtrum curvum, dentatum, validum, rigidum, grave. Curvis purgatur vinea raſtris. Iniquum pondus raſtri. *Vertere* terram pectine. Raſtris glebas frangere inertes. Non raſtros patietur hamus, non vinea falcem.

RATIO. Indagins, ſapiens, cæca. Jacens denſâ caligine merſa. Excelſa dominatus in corporis arce. Judicium faciens è rerum cognitione. Senſa animi rapiens hauſta à radiis luminis. Uſus rationis.

REBUS ADVERSIS. In miſeris rebus. Rebus deſperatis. Rebus in anguſtis. In miſera ſorte. In rebus egenis, aſperis. Cùm ſors adverſa fatigat. Horrificas ſortis tonante minas. Fractis undique rebus. Cùm ſors iratâ fulminat ore minas. Rebus in arctis. Sorte furente, indignante, inſcente.

REBUS SECUNDIS. Cùm vultu ridet fortuna ſereno. Dum aura ſecunda flat, affluit. Cùm fortuna juvat. Dum ſors favet, arridet, ridet. Dum vultu blando, blandâque lalo ſors aſpicit. Dum navis fertur, it vento ſecunda. Dum mea per placidas cymba cucurrit aquas.

RECEDERE. * Retrò pedem cum voce reprimere. Trepidúſque repente refugit. Lucóque abſcede verendo. Cedere. Limina linque e. Greſſus removere.

RECOGNOSCERE. Reddere incudi. Tradere incudi. *Vocare* ad judicium limæ. *Limam* adhibere. Elimare. Limâ mordaciùs uri. *Pungere* errata doctis liturís.

RECORDARI. Tenere pectore, mente. Memori pectore dicta notare. *Voces* alicujus mente ſuâ concipere. Inhærere pectoribus. Animo adeſſe. Animo alicujus ſedere. Ante oculos ſemper habere. Totis animi ſenſibus infixum habere. Habere ſignatum memori pectore. Fidâ mente tenere recepta. Semper gerere cordere vincto. Signatum hoc memori pectore nomen habet. Hæret pectori. Et vocem mentori condidit aure tuam. Manet altâ mente repoſtum. Animo fixum immotùmque ſedet. Æternum ſervat ſub pectore vulnus. Nulla dies unquam memori vos eximet ævo. Non excidit animo. * Ἐν φρεσὶ γράφειν, ſcribere in mente.

RECTUM. Æquum. Bonum. Fas. Auro venalia jura. Fas omne abrumpere. Sacrata reſolvere jura. Deci-

pimur

pimur ſpecie recti. Mens ſibi conſcia recti.

RECUSARE. V. Negare.

REDIMERE, REDEMPTOR. * In medio turbine lethi verſantem eripere. Pretio redimere. Generis laſſi ſarcire ruinas. A morte reducere. Reparare genus humanum. Eripere letho. Subducere morti. Chriſtus nos ex hoſte recepit, nos morte redemit. Pretioſi ſanguinis Lytro aſſeruit. Quære *Reparare.*

REDIRE. Quærere reditus. Converſs recurrere equis. S. patrios unquam remeâſſem victor ad agros. Referre pedem ad aliquem locum. * Remeare, repetere. Ipſe urbem repeto. Reverti. Qua greſſum extuleram repeto. Me refero inde domum, arcémque reviſo. Illi reducem. Converſa domum dare lintea. Pedem reflectere. Paſti repetunt præſepia tauri. Retrorſum vela dare, atque iterare curſus relictos. Quis te redonavit Quiritem Dis patriis Italóque cœlo? Revocare gradum. *Vide Regredi.*

REDUNDARE. Tumet amnis aquis. Affluere, ſuperfluere, abundare. Pomis exuberat annus. Vitio fœcunda nimis. Ager morientibus æſtuat herbis.

REFORMARE. * Vaganti fræna licentiæ injicere. Amovere culpas. Veteres artes revocare. Leges reſumunt priſcam canitiem. Talem ſenſére Solonem res Pandioniæ. Idem, reformatorem habuerunt Solonem Athenæ.

REFRIGERARE, & RI. * In reducta valle æſtum vitare. Fluvii gravem ſolantur æſtum. Ripâ viridante æſtum levare. Gelicâ reficere aquâ. Ortus canis æſtivi vitare ſub gelida umbra. Æſtum grata mitigabat umbra. Aurula lenire æſtum. Æſtum relevare. Flumine gelido frangere ſolem. Aura gelido fovet afflatu. Aperto pectore ventos accipere. Arborea ab umbra frigus ducere. Patula arbore defendere ſoles. Rabiem canis aquâ nemoroſi fontis lenire.

REGERE. Uti habenis. Juga flectit habenis. Tenere, moderari fræna. Urbes frænare ſuperbas. Regere opes. *V. Imperare.*

REGINA INFERNI. Proſerpina. Hecate. Trivia. Phlegetontis, Perſephone, Trinacria, Phlegetontea regina. Plutonia conjux. Nigri Jovis invida conjux. Trinacria Juno. Perſephone acerba. Spaſa caput Phlegetontide

tonide lymphâ. Inferni pollens matrona tyranni. Filia Cereris.

REGNARE. V. *Imperare.*

REGNUM. Magnum, ingens, longum, potens, proavitum, antiquum, vix satis aptum regi. Sceptrum potens. Rectum moderamen. Fiunt regni jura minora tui. Centum urbes habitant magnas uberrima regna. Patrio insontes pellere regno. Post aliquos mea regna videns mirabor aristes.

REGREDI. Gradum referre. Pedem referre retrò. Gradum abducere retrò. Dare lintea retrò. Iter revolvere. Torquere vestigia. Pelagus remetiri. Discedere versa grada.

RELIGIO. Prisca, antiqua, avita, cana, pura. Gratissima cœlo. Populum sub antiqua religione tueri. V. *Dei cultus.*

RELUCERE. Mavors adamante coruscat. Radiare. Rutilare. Fulgurare. Micare. Nitere. Nitescere. Tenebras que serenâ Luce secat. Dispergere lucem. Latè fulgurat umbo. Pellucent pocula mensis. Nova lux oculis effulsit. Cærula nubes solis inardescit radiis, longéque refulget. Nocturna renidet Luna. Térque ipsa solo, mirabile dictu, emicuit. Fulgere in armis. V. *Illucescere.*

REMIGRARE. Ducere remos. Verrere, sulcare freta remis. Scindere aquas. Fluminis aquas torquere remis. Impellere navem remis. Movere fræna remo. Movere remo carinam. Remo pellere navem. Incumbere validis remis. Æquora verrere. Remis solicitare freta. Intendere brachia remis. Agili peragit freta cærula remo. Findere remigio aquas. Uti remis. Remos impellere, movere. Insurgere remis. Pulsare undas remo. Remo carpere iter. Dividere remis. Spumescant æquora remo. Navis it remige, remis. Referre ad littora remos.

REMUNERARE MERITA. Reddere vicem meritis. Officiis pretium rependere. Referre honorem officii. Referre, reddere, rependere gratiam. Præmia digna referre. Reddere pretium laborum. Grates persolvere dignas. V. *Gratiam referre.*

REMUS.

Agilis, validus, citus, tardus, lentus, levis, pendens, demissus. Verrens æquora. Secans undas. Agiles faci-

ens

navibus alas, Lignum sulcans æquor. Νηὸς πτερὸν. vis ala.

REPARARE. O utinam possem populos reparare pa-mis Artibus. Et de fœmineo reparata est fœmina jactu. Themi, quâ generis damnum raparabile nostri Arte ? Scelus expiare. Piare triste nefas. Culpam hanc mise-um morte piabunt.

REPETERE. Repetere verba. Iterare voces. Reportare ba. Repetens iterúmque monebo. Nequidquam in-minans, iterúmque iterúmque vocavi. Non canimus dis, respondent omnia sylvæ. Hæc in fine loquendi geminat voces, auditáque verba reportat. Interea toto manti littore Theseu, Reddebant nomen concava saxa um

REPREHENDERE. Dictis castigare. Carpere causidicus tur mea carmina. Alienam carpere vitam. Corripere, lpare, objurgare. Censuram dare.

RESECARE FALCE. * Resecare. Amputare. Abscin-re. Aciem falcis tentare. Florentes secare herbas, Co-am mollis Acanthi tondere. Pubentes herbas falce me-re. Arida prata tondere. Falcem maturis supponere ari-s. *V. Metere.*

RESISTERE. Inexpugnabilis obstat. Medio lapis obsti-arvo. Sistere contra. Verùm etiam instanti læsa repug-at ovis. * Obsistere. Reluctare. Posse sustentare. Sustentare iem. Sustinet incursus. Densis obsistere turmis. Cru-tis telis inexpugnabilis obstat. Briareus immensus stetit ntra ætherem armatum.

RESONARE. Tinnitus æra repulsa dabant. Latè reso-nt plangoribus ædes. Avibus resonant virgulta canoris. xa sonant, vocísque offensa resultat imago. Et vox as-nsu nemorum ingeminata remugit. Cum gemitu re-oant sylvæ. Insonat omne nemus. Cœlum tonat om-e tumultu. Eurydicen toto referebant flumine ripæ. *Vide Eccho.*

RESPICERE. Tollere ad sidera vultus. Conjicere oculos aliquem. Oculis & pectore toto inhærere. Ad cœlum mina tendere. Passim oculos per cuncta ferre. Lumina figere. Lumina ferre. Cernere. Speculari. Spectare. Huc huc volvere oculos. Partes oculos versabat in omnes. mnia perlegere oculis. Torve vel torvum tueri. Illa

solo

solo fixos oculos aversa tenebat. Geminas aliquò flectere acies. Lumina fixa tenere. Cuncta oculis lustrare. Vertere ad aliquem luminis orbes. Obtuta hæret defixa uno. Os oculóque loquentis Jamdudum & totum lustrabat lampade corpus. Oculos ferre omnia circum. Nequeunt expleri cordi tuendo. Juvenis tum jussi superba Miratus, stupet in Turno corpúsque per ingens Lumina volvit, obitque truci procul omnia visu. Γοργείῃ, καὶ ταυρώδει, Gorgoneo & taurino aspectu intueri.

RESPONDERE. Responsum reddere parat. Responsa dare. Alternis reddere verba notis. Addere verba dictis. Ore referre vicissim. Dicta referre. Reddere ore. Reddere verba, sonos. Mutua dicta referre. *Verbis* tangere verba. Ora resolvere. Jactare responsa. *Veneris* contrà sic filius orsus, *Vix* ea fatus erat, gemitu cùm talia reddit. Responsa referre. * Subjicere. Furenti subjicio. Sic contrà est ingressa *Venus*, *id est*, respondit. Quærenti, talibus ille, *scilicet*, respondet. Dictis. Nisus ad hæc, *nempe*, respondit.

RESTARE. * Superesse. Superare. Esse super.

Resurgere. V. Excitare.

RETARDARE. Moliri moram. Moras afferre. Jungere, addere moram. Moræ causas afferre. Rumpere retardare iter. Continere cursum. Quæ tantæ tenent moræ? Su gentes demoror Austros. *V. Mora. Morari.*

RETIA. Rara, subdola, sinuosa, subtilia, tenuia, fallentia, maculis distincta. Ducentia retia pisces. Casses dolosi, laxi, laxati, arti. Plaga nexilis, nodosa, fallax. Laxata foramina retis. In laqueos auceps deripérque suos. Summáque transibat positarum lina plagarum. *V. Casses.*

RETIA TENDERE. Retia nectere, ponere, struere, jacere fila, plagas tendere. * Suspendere casses. Cavatis contento sune trahere. *V. Venari.*

RETRO. * Ponè. A tergo. Post terga. Post vestigia. In caput alta suum labentur ab æquore retrò Flumina.

Recurrit. V. Redire.

REX. Magnanimus, purpureus, potens, magnificus, invictus, armipotens, beliger. Tenens, gerens regia sceptra manu. Imperii fs, veneranda sceptra gerens. Quem

nes legum veneranda poteſtas. Quem Deus in celſa
le locavit, opibus magnis & honoribus auxit. Cui tradi-
divinæ cuſtodia legis. Cujus non falſum gloria nomen
abet. Rector. Præſes rerum. Regnator populorum. Qui
lio ſedet alto. V. *Princeps. Heros.*

RIDERE. Tollere riſum. Laxare labella riſu. Ge-
re riſu lætiſſimo. Concuti riſu. Ora in riſum ſolvere.
dere protervo riſu. Concuti cachinno. Romani tollent
quites pedite ſque cachinnum. Perpetuo riſu pulmonem
gitare ſolebat Democritus. Ingeminat tremulos naſo
riſpante cachinnos.

RIGARE. Spargere ſemen aq â. Roratas mittere a-
as. Largo fletu ſimul ora rigabant. Vultum lachrymis
que ora rigabat. Sparſo latè rigat arva cruore. Tempus
at, vitreâ quo primùm terra pruinâ ſpargitur. Tunc
bibi riguas fertilis hortus aquas. Et amicos rigat im-
es. Irriguúmque bibant violaria fontem. Natare hu-
ore. Rivos ducere lenis aquæ.

RIPA. Obliqua, fluviatilis, opaca, curva, declivis, ſo-
nans. Ripa lenè ſonantis aquæ. Blando flore coronata
Amicta gramine. Littus raucum, ſpumans, reſluum, reſo
num, undiſonum. Margo devexus. Educens ſalices. Fre-
unt ripæ reſonantibus undis. Magno agmine complere
ipas. V. *Littus.*

RISUS. Dulcis, blandus, tremulus, lætus, hilaris,
ocax, facilis, lepidus, effuſus, urbanus, obſcœnus, nimi-
s. Caſta fides, riſus hilares, mo eſque pudici.

RISUM Movere. Elicere, excutere riſum. Quatere
riſu populum. Dare riſus. Concitare, movere, facere, riſum.

RIVUS. Torrens, rapidus, præceps, ſtrepens, cadens,
ſpumans, turbulentus, verticoſus. Quem pluvia dedit. Qui
rupto aggere de montibus fertur. Ab alta rupe cadens.
Strides per alta cacumina montis. Nimbis hyemalibus
auctus. Uberibus fœcundis aquis. Diverſis lapſu de parti-
bus amnes. Tenuis fugiens per gramina rivus. Dulcis
aquæ ſaliente ſitim reſtringere rivo. *V. Fons.*

RIXÆ. Turpes, moleſtæ, iniquæ, amaræ, tetricæ, ra-
bioſæ, clamoſæ. Diſſidium. Diſcordia. Lis. Jurgia litigioſa.
Jurgia inſana. Rixa proterva, improba, levis. Amaræ præ-
lia linguæ. Creſcens ab exiguis cauſis. Minimis verbis in-
cerdum maxima creſcens. Lites gignere. Ciere diſcordiam.
Quære *Jurgia.*

RI-

RIXARI. Dicere, nectere, miſcere jurgia. Meditari jurgia linguæ. Linguam ad jurgia ſolvere. Per jurgia dicere. Jurgio contendere. Altercari, Jurgari. Miniſtrare verbis rixæ. Acuere in jurgia linguam. Querelis aſſurgit, irrita jurgia dictat. Illis incidit magno diſcordia motu. Et certamen erat. Diſcrepare. Concertare. Quære ſed *gari.*

ROBUR. Durum, validum, prævalidum, firmum, ſolidum, invictum, inexpugnabile, Herculeum. Vires valentes, præſtantes, vegetæ, nervoſæ. Innata rupibus altis robora. Quære *Vires.*

ROBUSTUS. Viribus eſſe invictis. Præditus viribus. Viribus inſignis, Pectore firmo. Valido eſſe robore. Herculea, valida gens. Viribus ſuperbus. Corpus durum patiéntſque laborum. Timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi Nominis Æacides, caput inſuperabile bello. Sequàm Marte ferox, & vinci neſcius armis, Tam nunquam tactâ pace cruoris amans. Animi pleniſſima magni pectora. Acer erat, bellóque ferox, ad vimque paratus. Fervidi ingenio tum verò, & cladibus aſper.

ROBUSTUM REDDERE. Vires animúmque ſuggerere. Robur ſuppeditare. Fortem, robuſtum reddere. Firmare. Confirmare. Vires addere, dare.

ROMA. Inclyta, bellatrix. Urbs alta Quirini. Saturnia Dardania. Auſonia. Quirinalis. Septemgemina. Rerum domina. Caput orbis. Quæ ſummum geſſit in orbe locum. Triplex, equitatu, plebe, ſenatu. Pulcherrima rerum. Urbs Romulea. Urbs Martia. Quo nullum Latio clarius exſtat opus. Triumphati caput orbis. Proſpiciens de ſeptem montibus orbem. Urbs quæ toto præſidet orbi. Urbs ſeptem alta jugis. Domina qui natus in urbe eſt. Romulidarum arcis ſervator candidus anſer. Quæ de ſeptem totum circumſpicit orbem Montibus, πάμπολις, civitatum omnium princeps.

ROMANI. Æneadæ. Phrygii nepotes. Quirites. Turba Quirini. Viri Auſonii. Latio de ſanguine nati. Gens Auſonia, Romana. Turba togata. Romanos rerum dominos, gentémque togatam. Romulidæ. Populus Quirini. Nobilium turba Quiritium. Cede mihi, nimiùm Martia turba ſapit.

ROMULUS. Magnus, fortis, invictus, trabeatus, trabeâ decorus. Lituo pulcher trabeâque. Iliades. Marte satus. Proles Martia. Martigena. Rex Romanus. Romanæ conditor urbis. Nutritus lacte lupæ. Sabina feri contudit arma Tati. Educti plures sylvestri ex ubere reges. * Clarus Ilix puer.

ROS. Cœlestis, vitreus, stillans, recens. Aquæ roratæ, rorales. Sparsáque cœlesti rore madebat humus. Ros in tenera pecori gratissimus herba. Pascuntur rore cicadæ. Caluerint herbæ rore recente quater. V. *Rigare.*

ROSA. Verna, rorata, odorata, tenera, albens, amœna, candida, auricoma, fragilis. Veneri sacra. Quæ suavem spirat odorem. Oblectans mille modis. Ad radios floret quæ splendida solis, Et moriens flectit sole cadente caput. Quæ manè viget, marcida nocte cadit. Cui color est nulli imitabilis arti. Medio quæ solis adusta calore. Ponit deciduo pendula flore comas. Quæ manè levibus viget alta pruinis, Arida vix primo vespere facta cadit. * Ὀφθαλμίδιον ἄνθος, florum ocellus.

ROTA,

Curva, obliqua, celeris, fervens, rapida, disjecta. Orbis rotæ. Orbes celeres. Summæ curvatura rotæ. Perpetuum quæ circum vertitur axem. Atque rotis summas levibus perlabitur undas. Obliquæ signa iterata rotæ.

REVERTI. V. *Redire.*

RUBIGO. * Salsa rubigine lædi. Scabrâ rubigine exedi. Mala culmos edit rubigo. Squalida rubigo infertur aratris desertis. Enses sunt scabri morsu nigræ rubiginis. Ferrum repositum roditur scabrâ rubigine. Gladii horrent situ.

RUBERE, RUBOR.

Roseus, purpureus, puniceus, coruscus, castus, sanguineus, flammans, igneus. Inficiens, tingens ora. Ora notans. Fingens vultum. Mistus candore. Sedens in ore. Inficitur teneras ore rubente genas. Pueri rubor ora notavit. Niveos infecit purpura vultus. * Virgineum ore pudorem suffundere. Pectora traxerunt tenuem percussa rubo-rem. Sidonio mollis aheno. Repetita bibit lana rubores. Contrahere ruborem. *V. Pudor.*

Ru-

RUGA. Senilis, anilis, deformis, informis, fœda, aspera, severa. Arans vultum, sulcans cutem. *Fœdans*, turpans, notans, crispans frontem.

RUMOR. Volucris, volitans, garrulus, incertus, mobilis, vagus, terrificus, trepidus, ventosus. Hinc inde volans, ruens. Velox agitatis pervolat alis. *V. Fama.*

RUMOR SPARGITUR. Mendax præcipiti rumor volat ocyùs Euro. Nuntia fama ruit, multâque allabitur oras. Ad nos vix tenuis famæ perlabitur aura. Fama volat. It fama. *Fama* vagatur. Magnus it fama per urbes. Volitat fama per urbem. Hîc incredibilis rem fama occupat aures. Deditur hic subitò Romana per oppida rumor. Rumor, ut est velox, agitatis pervolat alis. Phrygiæque per oppida tacti Rumor it, & magnum sermonibus occupat orbem. Jámque ferebatur vicina per oppida fama.

RUMPERE. Ille inter primos correptâ dura bipenni Limina perrumpit, postesque à cardine vellit Æratos. Daphnidis arcum fregisti & calamos. Rumpere sacrificâ molitur colla securi. Tempora perfringit fulvo protecta capillo. Portásque refringit. Ille humeris postes concussit opacos. * Corpora pressa manu frangebat ad saxum. Instat vi patriâ Pyrrhus, nec claustra, nec ipsi Custodes sustinere valent. Hîc vi, rumpunt aditus. Nodoso robore costas fregit. Refringere portas. Vi pertringere portas. Ferro quatere moræntia claustra. Torta balista saxo gravi fregit portas.

RUPES. Aerea, abrupta, acuta, saxea, Alpina, Caucasea, alta, ardua. Moles prærupta. Mediis quæ pendet in undis. Immota, firma, stans vastis in undis. In medio fluctuum. Obvia ventorum furiis, expostáque ponto. Scopuli quos rauca subedit unda. Petra perferens vim venti cunctam, atque minas cœlique marisque. V. *Scopulus.*

RUS. Ferens messis opimas. Florens gravibus aristis. Flavens dulcibus aristis. Promens largas opes. Læto proventu beans agricolam. Spicis flavescens. Campus frugifer, florifer, herbidus, planus, sterilis, amœnus, vestitus gramine multo. Decoratus cespite molli. Læto gramine vernans. Depromens variis germina

mina picta notis. Dicti viridaria campi. Rura beata, dulcia fœcundi soli. V. *Ager*.

RUTA. Salubris, salutaris, virens, viridis. Superans meritis gramina cuncta suis. Acuens lumina. Pellens venena. Jucunda oculis. Stirpibus atque herbis Boreas cùm demit honorem, virens nullâ languida facta manu. Inhibens dirâ mista venena manu. Cujus odor roborat caput & cerebum. Vigens multiplici virtute medelæ. Attactu leni graves dispergens odores.

S.

SABBATUM. Illa dies veteri poscit quæ lege quietem.

SACERDOS. Divinus, sacer, conspicuus, canus. Tractans mysteria sacra. Namq; ubi verbipotens, sacróque salutifer ore Sontem animam fando instaurat. Damnata Sacerdos Tartareæ ferat antra domûs. Sacra dogmata tractans.

SACRIFICARE. Sacra facere, parare, peragere, celebrare. Deum celebrare donis. Dona imponere aris. Cumulare altaria donis. Tingere victimis aras. Sacris flammis holocausta cremare. Sacrificis flammis exta cremare. Sanguine taurorum facere sacra Tonanti. Illius aram Sapè tener nostris ab ovilibus imbuit agnus. Taurum ingentem mactabat ad aras. Aris mactabat honores. Dona ferunt, onerántq; aras, mactánque juvencos. Exta cremanda focis imponere. Multa tibi ante aras nostrâ cadet hostia dextrâ. Sternere altaria donis. Supplex aris imponere honorem. Libare Deo exta, victimam. Pateris libamus & auro. Sacris adolere altaria tædis. Dare thura. Lustramúsque Jovi votis, incendimus aras. Thura dabant, tepidúsque cruor fumabat ad aras. Dare thuris honorem. Deos fumantibus aris placare. Deo cereale sacerdos imponit libum.

SACRIFICANDI RITUS, Ex Virgilio, sexto Æneidos.

Quatuor hèic primùm nigrantes terga juvencos
Constituit, frontíque invergit vina sacerdos.
Et summas carpens media inter cornua setas,
Ignibus imponit sacris libamina prima.

Voce vocans Hecaten, cœlóque Erebóque potentem.
Supponunt alii cultros, tepidúmque cruorem
Suscipiunt pateris. Ipse atri velleris agnam,
Æneas matri Eumenidum, magnæque sorori
Ense ferit, sterilémque tibi Proserpina vaccam.
Tum Stygio Regi nocturnas inchoat aras,
Et solita imponit taurorum viscera flammis,
Pingue supérque oleum fundens ardentibus extis.

SACRIFICIUM. Dona, munera, honor, officium sacri sacrificii. Pacales flammæ. Dies sacrificii. Ritus sacrificii. Sacra cælestia, pia, augusta. Nefanda, fera, dira, crudelia, temerata, mentita, commenta, nova, moris novi. Dona cœlestia. Libamen. Far pium. Sanguis sacer. Honor solemnis. Honor priscus. Thurea dona. Supplicia dona. Hostia. Victima. Altaria sumantia. Cæsi ad aras juvenci. Dona imposita aris. Fusus taurorum sanguis. Térque novas circum fœlix eat hostia fruges, Omnis quam chorus & socii comitentur ovantes.

SACRUM CELEBRARE. Sacra altaris mysteria tractare. Dei pia dona in aras offerre. Vitalia liba, & calices fidelibus in sacrificio exhibere. De more sacerdos sacra facit, niveam pro vertice tendit hostiam, & auratum calicem. Sacerdos signando calicem signa beata dedit.

SAGA. V. *Incantatrix.*

SAGITTA. Pennifera, pennata, rabida, cruenta, tincta, madens felle, serpentis felle lita, concita nervo, volans, celebris, hostilis. Tangens, lædens præcordia, corda. Quæ fertur per nubila, volans, fugiens stridore horrendo. Quæ missa venit forti manu. Volucres aëreas nervo stridente diverberans. Cava tempora trajiciens. Arundo. Volucre ferrum. Telum lethale, lethiferum, vulnificum, penetrabile, acutum, exitiale, stridens, volitans. Exiens ab arcu. Tangens justam metam. Volans per tenerum aëra. Spiculum. Jaculum. Tortilibus vibrata phalarica nervis. Quære *Jaculari.*

SALIX. Amara, lenta, flexilis, viridis, viridans. Irrigui fontis amica. Rigens, & trunco turpis inerte jacens. Lentæ salicis virgæ. Frondes salignæ.

SOLOMON. Davidides, sapiens. Mentis opúmque potens Solomon.

SALTA

SALTARE, TRIPUDIARE.

Ducere choreas, choros. Exercere choros. Indulgere choreis. Celeri pede pulsare humum. Instruere choros. Ducere choros ad numerum. Agere choros. Dare motus compositos. Pedibus plaudere choros. Membra movere ad modos. Movere pedem ad numerum. Manum implicare choris.

SALTARE. Saltu ferri. Se saltu credere. Saltu super ardua venit. Dedit saltum properans insistere ripæ. Neque oves, hœdive petulci Floribus insultent. Transire locum saltu. Saltu superare locum. Saltu transmittere locum; mollibus in pratis unctos saliêre per utres. Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluvium dedit.

SALVARE, & BEATUM FACERE.

Cœlesti sede locare. Sistere superum statione. Recipere cœlestibus oris. Transferre in regna cœlituum.

SALVARE, & LIBERUM REDDERE.

Eripere, vindicare, absolvere, liberare, asserere, eximere, exolvere, extricare, expedire. Amissam classem, sociósque à morte reduxi, Certè ego te in medio versantem turbine lethi Eripui. Medióque ex hoste recepi. O pater, ô patriæ cura salûsque meæ.

SALVARI. Transferre in sancta regna cœlituum. Cœlesti sede recipi. Sisti cœlestibus oris. Superûm statione locari. Æternæ vitæ hæredem fieri. In perennem gloriam tranferri. Æternæ nanciscigaudia vitæ.

SALVIA. Suavis. Dulcis odore, & virtute gravis. Quæ pluribus hominum morbis prodest.

SALUTARE. Manè salutatum venio, tu diceris îsse Antè salutatum. Sæpè salutatus nunquam prior ipse salutas. Cui non manè feras irrequietus ave. Cui primùm solito vulgi de more salutem. Absentes pro se memori rogat ore salutent. Affere, dicere salutem. Largâ donare salute. *Læto clamore salutare. Salutare aliquem suo nomine. Dicere ave. Scribere patri salutem.

SAMSON. Manoades, *id est*, Manoë filius. Manoa patre stemma trahens. Crine potens Samson. Zargites *à patria*. Zargites, raptâ Thymnatide, concitus irâ, Vulpe Philisteos ignéque perdit agros. Samsonis

concubina Dalila, Thymnatis *à patria dicitur.*

SANARE. Relevare corpora morbis. Lapsas in pristinas restituere vires. Servare corpora hominum. Medicaminibus tristes depellere morbos. Levare ope Apollineâ, Pæoniis artibus. Pellere ægro è corpore morbos: Ferre opem medicam. Juvare ope medicâ. Medicam opem ferre languentibus ægris. Dat medicina salutem. Medicari cuspidis ictum. Dum medicas ad hîbere manus ad vulnera pastor Abnegat. Scire potestates herbarum usúmque medendi Maluit. V. *Medicina, Medicus.*

SANCTUS.

Morum & vitæ labe carens. Integer vitæ scelerisque purus. De Christo pendens totus, eúmque sequens. Cui rupes firmissima Christus. Celebrans facta stupenda Dei. Vitans assuetos impia facta sequi. Domini cui lex est infinita voluptas. A Domino tradita jussa sequens.

SANCTI SUPERI.

Cœlites. Cœlicolæ. Superi, Divi morte carentes. Omnes cœlicolas, omnes supera alta tenentes. Dii maris & terræ, quique his meliora tenetis, Inter diversos cum Jove regna polos. Ultima semper expectanda dies homini est, dicíque beatus Ante obitum nemo supremáque funera debet. * Animi cœlestes. *Horat.* Quieti ordines Deorum. Cœlestes. Cives, indigitésque cœli. Ætheris Quirites. Poli Quirites.

SANGUIS. Calidus, fervidus, ruber, purpureus, venifluus, decolor, tener, crassus, tepidus, largus, lethifer, concretus, puniceus, ater. Cruoris, sanguinis imber fusus, effusus, profusus. Cruor rutilus, roseus, crassus. Sanguineæ guttæ, Atro tepefacta cruore terra. Inundant sanguinæ fossæ. Cæde tepebat humus. Arva cæde madescunt. Sanguine terra tepet. Largo terra sparsa cruore madet. Membra fluentia tabo. Sparso rorabant sanguine vepres.

SANGUINE GAUDENS.

Cupidus cruoris. Gens avidissima cædis. Multâ cæde cruentus. Sævus. Crudelis. Sanguinem sitiens.

SANGUINOLENTUS.

Sanguine sparsus, conspersus. Maculatus, fœdatus sanguine

ſanguine. Stetit imbre cruento informis facies. Infando pollutus ſanguine. Squalentem barbam, & concretos ſangulne crines. Præceps ſanguineo delabitur igne cometes.

SAPIENTIA. Provida, divina, egregia, victrix fortunæ. Divûm munus. Cautè prævisa pericula vitans. Omnia conſultâ mente gerenda regens. Cui comes eſt gloria, & immenſæ opes. Nullum numen abeſt ſi ſit prudentia. Nunquam aliud natura, aliud ſapientia dicit. *Eſt huic ingenium cœleſte, ac divinum, & rerum prudentia ſumma. Eſt ei animus rerum prudens. Ante annos animúmque gerit, curámque virilem. Conſiliis habitus eſt, & rebus gerendis non futilis Auctor. Eſt ingens vis animi qui fulminis in morem celer rapitur, omniáque pervadit. Canities animi, quamvis ætas viridis. Ignei motus animi. Μουσῶν στόμα, os Muſarum, *De homine ſapiente dicitur.*

SAPPHO. Poëtria ingenioſa, facunda. Puella Leſbis. Aoniæ Leſbis amica lyræ. Vates Leſbia, Pelaſgis. Cui ingenium molle Thalia dedit. Cui Pegaſides blandiſſima carmina dictant. Leſbia Pieriis Sappho ſoror addita Muſis.

SATA. Teneris lactantia ſuccis. Dulce ſatis humor.

SATIARE, & SATIARI.

Exatiare. Staturare. Exſatuare. Eximere famem epulis. Poſtquam exempta fames, & amor compreſſus edendi. Jamque cibo, vinóque graves, ſomnóque jacebant. Nec cythiſo ſaturatur aper. Expleri dapibus, & vino ſepeliri. Eſſe ſaturum Refectus ad ſatiem. Uvidus: egregiè placata eſt fames epulis. V. *Epulari.*

SATISFACERE. Fructus reſpondet labori. Favor reſpondet meritis. Non lactare inani ſpe. Voto reſpondere.

SATURNUS.

Deus falcifer. Deus Leucadius. Deus ſenior. Deus falcitenens Curvatâ falce minaris. Qui genus indomitum, & diſperſum montibus altis Compoſuit, legéſque dedit. Saturnius pater. Aureáque ut perhibent, Saturno rege, fuerunt Secula.

SATYRI. Leves, celeres, pede rapido. Ruris Dii. Turba proterva, Saltibus apta juventus. In Venerem Satyrorum prona juventus. Saltantes, lascivi, capripedes, cornipedes, biformes, petulantes, monticolæ semimares. Este procul Satyri, petulantia nnmina, turpes.

SCABIES. Grex totus in agris unius scabie cadit, & porrigine porci. Scabra, mortifera, atra, mala. Læderet aut teneras pustula rupta manus. Turpis oves scabies tentat. Pernitiosa lues. Illuvies. Scabie laborare. Urgeri scabie.

SCANDERE.

Ascendere, conscendere. Evadere ad summi fastigia culminis. Summi fastigia tecti ascensu superare. Ingredi in altum. Postésque sub ipsos Nituntur gradibus. Mox sese attollit in auras. Tollimur in cœlum. Conscendit furibunda rogos. Superas evadere ad auras. Inque domos superas scandere cura fuit.

SCELVS. Infandum, nefandum, exitiale, immane, nefarium, impium, cruentum, inexpiabile, crudele, pudendum, detestabile. Factum triste, turpe. Facinus malum. Ministerium sceleris. Culpa in Deos. Piaculum. Crimen. Turpe nefas. Quære *Crimina.*

SCENICI LVDI. Iocosi, placidi, lepidi, Gravitate carentes. Specula publica. Mimi obscœna jocantes. Imitantes turpia Mimi.

SCHOLA. * Gymnasium. Domus, & officina Musarum. Πιερικὸς δόμος, domus Pieria.

SCHOLASTICVS. Ducens vitam in studiis, & divinis Musis pectora nata gerens. Excolens artibus ingenium. Militians in Clariis castris. Pieridum sacris addictus. Qui sese Phœbo addixit, propriúmque dicavit, sacravit. Cui cordi est caput ingenuas efferre per artes. Altum Helicona petens. Fœlix Aonii fontis alnmnus. Aonidum cultor. Qui scholas, ludum literarium, palæstram scholasticam discendi gratiâ frequentat.

SCIENTIA, SCIRE.

Varia, laboriosa. Vetans nomina clara mori. Decus nobilitatis. Dans vitam mortalibus. Custodiens secula longa famæ. Ad frugiferam scientiam pervenire. Haud ignara futuri. Ego te intus & in cute novi. Casus mihi

mihi cognitus urbis. Nec latuêre doli fratrem. V. *Intelligere.*

SCINDERE. Secare, dividere, findere. Cuneis scindebant fissile lignum. Vites incidere falce novellas. Sonat icta securibus ilex. Putrida membra recidit. Aeream ferro proscindere quercum. Mergere ferrum in robora. In multas partes discindere ferro. Ferro compescere. Rescindere summum Ulceris os. Validam in vires moliri bipennem. In frusta secare. Arborem violare securi. Vulnera facere in arbore. Falx lucum ramis spoliavit. Fraxineæque trabes, cuneis & fissile robur scinditur. Ferro sonat alta bipenni Fraxinus. Antiquáque domus avium cum stirpibus imis Eruit. Quære *Findere.*

SCOPULUS. Altus, immanis, immobilis, æquoreus. Quem vaga pulsat aqua. Scopulus raucis adesus aquis. Insanis cautes obnoxia ventis. V. *Rupes.*

SCORPIUS. Horrens, horridus, lethifer, mortifer, dirus, formidolosus, venenosus. Uncâ caudâ venenifer. Caudæ ictu pungens. Circuitu curvans sua brachia longo.

SCRIBÆ & PHARISÆI.

Patrum primi, templique ministri. Primores inter gentis non ultimus ipse. Sæva sacerdotum manus. Primores adsunt procerum. Hinc Pharisæorum cum turba coisset in unum. Dicite doctores populi, legîsque magistri. Pharisæi, Scribæque dolosi. Cæca Pharisææ factio gentis.

SCRIBERE. Mandare literis, scriptis. Committere chartæ. Reddere verba notis. Chartis verba notare piis. Mandare verba libello. Notare chartam digitis. Deducere literam. Dextra cum charta loquitur. Signare tabellis arcana. Exarare notas. Tradere chartæ verba latentia. Jam satis invalidos calamo lassavimus artus, Et manus officium longiùs ægra negat.

SCYLLA. V. *Charybdis.*

SCYPHUS. V. *Calix.*

SECARE. V. *Scindere.*

S. SEBASTIANUS.

Inclytus armorum ductor de nomine Graio, Quod si quis

quis velit in noſtram traducere linguam, Dicit adorari dignum.

SECURITAS. Stant ea locis tuta ſuis. Palladio numine tutus. Carminibus metus omnis abeſt. Quære *Tutus.*

SEDERE. Conſidere. Solio altè ſubnixa reſedit. Sedibus hæret in iiſdem. Vivóque ſedilia ſaxo. Conſidere ſaxo. Sedere ſedilibus. In molli conſedimus herba. Subſellia prima tenere. Sedebat in ſolio Phœbus claris lucente ſmaragdis. Patriâ ſede ſedere. Premere ſedilia facta de vivo ſaxo. In ſolio medius conſedit acervo. Ante focos ſcamnis conſidere longis.

SEDITIO. Turbida, recens, furens, inteſtina, pernicioſa, clamoſa, rebellis. Tumultus diſcors, horriſonus, terriſonus. Motus. Diſcordia. Factio. Publica ira. Coorta eſt Seditio, ſævítque animis ignobile vulgus. Quære *Diſcordia.*

SEGES. Fertilis, læta, uber, tenera, creſcens, triticea. Divitiis luxurioſa ſuis. Pinguior æquo. Cereris dona. Cereris munus. Alimenta mitia, Cerealis herba. Humus reſecanda falce. Spes anni. Ruris opes. Frugiferæ meſſes. Seges ſcabræ rubiginis expers. Spicea meſſis. Curvâ jam falce petenda. Primis ſegetes moriuntur in annis.

SEMINARE. V. *Plantare.*

SEMPER. Donec erit totius machina mundi. Dum menſis & annus eunt. Convexa polus dum ſidera paſcet. Fudgebunt dum ſidera cœlo. Dum vacuo pendebit in aëre tellus. Oceanus clauſum dum fluctibus ambiet orbem. Dum matutinos prædicet Lucifer ortus. Dum muſtis uva tumebit. Dum cadet incurvâ falce reſecta Ceres. Quem referent Muſæ; vivet, dum robora tellus, Dum cœlum ſtellas, dum vehet amnis aquas. * Dum ſol diale jubar promet terris, & fluvii tributa mari pendent. V. *Æternus.*

SENATOR.

Gravis, prudens, ſapiens, præclarus. Inter pars optima

tima cives. Ingenio magnus. Judicio gravis, Judicii dexteritate conſpicuus.

SENATUS. Prudens, lectus, ſanctus, ſacer, auguſtus. Sacer ordo ſenatus. Cuſtodem legis quem Deus ille jubet. Turba Senatus. Turba patrum. Patres verendi. πόλεως σωτήριον, civitatis ſalus.

SENECTUS. Alba, cana, occidua, ægra, tarda, curva, tremens, tremula, canens, rugoſa, veneranda, Neſtorea, Pylia. Canâ nive tempora ſpargens. Sera & ſapientior ætas. Paſſu non faciens ſtrepitum. Longa ſenectus. Debilitans animi vires, mutánſque vigorem. Conſiliis melior, ſed viribus ægra. Veniens tacito pede. Tremens artus, terretíque innixa bacillo. Canis rugoſa capillis. Tardans membra. Jam propior letho, feſſúſque ſenilibus annis. Ratis jam ſparſus tempora canis. Sed jam feroçior ætas Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra ſenectus. Jam mea cygnæas imitantur tempora plumas, Inficit & nigras alba ſenecta comas.

SENEX. Annoſus, diuturnus, longævus, antiquus, infirmus, tremulus, effœtus, tardus, anhelus, incurvus. Feſſus tardúſque ſenilibus annis. Cui frontem ruga ſenilis arat. Inutilis annis. Longis conſumptus ab annis. Canâ nive tempora ſparſus. Habens albentia tempora canis. Tempora imitantur cygnæas plumas. Suſtinens titubantes artus baculo, ſeu vetula. * Ævo jam gravior. Nix humeros infuſa tenet. Conſectus ætate. Cui rugis vetus frontem ſenectus exarat. Poſitus in occaſu, hyeme, cataſtrophe vitæ. Cum baculo perâque ſenex, cui cana putríſque ſtat coma, & in pectus ſordida barba cadit. Annis gravis, atque animi maturus. Maximus ævo. Obſitus annis. Quare *Vetus.*

SENTENTIA. Dubia, certa, fida, candida, injuſta, triſtis, cadens more ruinæ. Prudens animi ſententia. Excuſſo fœlix ſententia torno. Et quorum melior ſententia menti. Et quæ ſit ſententia poſco. Nate deâ, quæ nunc animo ſententia ſurgit? Noſtram nunc accipe mentem. Hæc animo ſententia conſtat. Mens immota manet. V. *Sentire.*

SENTENTIAM MUTARE.

Mentem retorquere, Inflectere, exuere, mutare. Sententiam vertere retrò. Propositi contrahere vela sui. Mutata loco sententia cedit. Solus hic inflexit sensus, animúmque labantem Impulit. Quæ te genitor sententia vertit? Consilia in melius referre. Hæc alternanti potior sententia visa est. Animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.

SENTIRE. Sic stat. Fert animus. Hæc mihi mens est. Sedet hæc sententia menti. Hoc animo fixum, immotúmque sedet. Mens eadem perstat mihi. Nec mihi mens dubia est. Certa est mihi sententia, Certa sedet sententia.

SENTIRE IDEM. Mens omnibus una est. Omnibus idem animus. Omnibus hæc animo sententia constat. Omnibus hæc sententia menti. Omnes amor unus habet.

SEPELIRE, & SEPELIRI.

*Humo tegere, ac foveis abscondere. Exanime corpus reddere sepulchro. *Virg.* Animam sepulchro condimus. Supponere terræ. Contumulare humo. Tumulo nobiliore jacet. Tellus gremio complectitur ossa. Reliquias condere terrâ. Humare. Sociis dare tempus humandis. Inhumata corpora terræ mandare. Corpora terræ infodiunt. Condere aliquem humi. Mandare humo. Condere sepulchro. Ponere terrâ. Artus tegere marmore. Absenti ferre inferias, & decorare sepulchro. Corpus humo texit. Tumulo supponere. *Terræ terram reddere. Quære *Humare.*

SEPES. Alta, spinosa, longa, texta, humilis. Lento de vimine texta. Agri munimen. Septum. Sepimentum.

SEPTENTRIO. Axis gelidus. Septentriones. Gelidi triones. Proxima sideribus tellus Erimanthidos ursæ Me tenet. Quæque Lycaonio terra sub axe jacet. *Ubi horrifer regnat Boreas. Sub gelido Parrhasiæ virginis axe. Ad ortus gelidi aquilonis. Sub cardine mundi, qui semper extat altior liquidis aquis. Sub axe Boreo, *penult. longâ*

longâ. Cúmque ſuo Borea Mænalis urſa vidit. Pars mundi deterior, ubi perpetuò terra ſtat uſta gelu.

SEPULCHRUM.

Ædes marmoreæ. Sepulchretum. Monumentum. Tumulus. Buſtum mœſtum, mutum, triſte. Mauſoleum. Marmor tumuli. Humus ingeſta, congeſta. Urna arcta.

SEQUI. Sequi, legere veſtigia. Terga ſequi. Preſſa pedum ſigna ſequi. Ponè ſubire. A tergo ſequi. Subſequitur, preſſóque legit veſtigia greſſu. Inſequeris, fugio; fugis, inſequor. Sequitur veſtigia furtim. Inſequitur, trepidíque pedem pede fervidus urget. * Servare veſtigia. Conſequi. Inſequi. Inſtare, & ardere. V. *Venari.*

SERENITAS. Aura ſerena. Candidus, ſerenus dies. Placidi indulgentia cœli. Jucundi facilis clementia cœli. Temperies puri placidiſſima cœli. Clarior dies. Sine nubibus aër. Liber nubibus æther. Nunquam turbidus aër. Innubilus aër. Ecce ſerenato clarum jubar emicat axe. Purgatúſque nitet diſcuſſis nubibus æther. Tranſeat hic ſine nube dies, ſtent aëre venti, Ponat & in ſicco molliter unda minas. *Innubis dies.

SERERE. V. *Plantare.*

SERMONES. Credibiles, varii, amœni, lepidi, politi, perpoliti, compti. Togatæ munera militiæ Nec voces ullas tractabilis audit. Obductum verbis vulgare dolorem. Fundere ore loquelas. Incipit affari, mediâque in voce reſiſtit. V. *Oratio & loqui.*

SEROTINUM TEMPUS.

Proximus Heſperias Titan abiturus in undas. Devexo propior ſit veſper Olympo. Fuſco Heſperus ibat equo. Jámque ſuos vultus ſol condidit. Sub prima crepuſcula. Sera rubens accendit lumina veſper. Condere jam vultus ſole parante ſuos. Pronus erat Titan, inclinatoq; petebat Heſperium tenone ſretum. Cùm jam propè luce peractâ, Demere purpureis ſol juga vellet equis. Jam labor exiguus Phœbore ſtabat, equíque Puliabant pedibus ſpatium declivis Olympi.

SERPEN

SERPENS. Peſtifer, lethifer, ſinuoſus, noxius, nocuus, maculoſus, venenoſus, lubricus, ſquameus, ſqualens. Sinuoſa volumina torquens. Sinuans immenſa volumine terga. Se in ſua membra plicans. Sibila lambens linguis vibrantibus ora. Horrenda ſibila tollens. Colligens ſe tractu in ſpiram. Ore micans linguis triſulcis. Coluber latens, latitans in umbra. Latens ſub graminis herba. Seps tabificus, virulentus. Non viſcera ſolum, ſed ſimul oſſa vorans. Caterva anguinea. Anguis frigidus, lubricus, ſibilans. Immenſis orbibus angues. Picti ſqualentia terga lacerti. Aſper acerba ruens immani corpore ſerpens. Parva necat morſu ſpatioſum vipera taurum.

SERPENS ANNOSUS, DRACO.

Immanis, pervigil, vaſtus, criſtatus, ſquamifer, cæruleus, inſopitus, terribilis, oblongus, tortus. Ingentia, terrentia ſibila tollens. Squamis crepitantibus horrens. Qui torto pectore verrit humum. Cuſtos arboris aureæ. Criſtis capita alta ferens. Ponens pellem annoſæ ſenectæ. Exertans triplicem per ſibila linguam. Rotans ſe ſpiris, agitánſque in verbera caudas. Sinuoſis orbibus errans. Contortus ſquamoſos orbes volubilibus nexibus. Diſtortos nexus ſinuans longo corpore. Cui duo oculi ſub geminis fulgoribus ardent. Spirarum ſinus torquens. Intexos ſinuans corpus in orbes. Contortus in orbes. Pervigil ecce draco, ſquamis crepitantibus horrens Sibilat, & torto pectore verrit humum. Qui criſtâ linguíſque tribus præſignis, & uncis Dentibus horrendus. Sibila cum ſanie mque vomens, linguíſque coruſcans.

SERTUM. *V. Corona.*

SERVARE. V. *Habere.*

SERVIRE. Servire, & pati jugum. Mancipium eſſe. V. *Famulus.*

SEVERUS. V. *Gravis.*

SIBILARE. Movere fero linguam ſtridore biſulcam. Plurima ſibila dare. Stridula vibratis fundebant ſibila linguis. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Tollere horrenda ſibila.

SIBYLLA. Vivax, avernalis vates. Cumæa anus. Cumæa virgo. Phœbi ſacerdos. Amphryſia vates. Cumæa Sibylla

Sibylla. Horrendas canit ambages. Carminis Euboici fatalia carmina. Abdita quæ ſenis fata canit pedibus. *Antrum Sibyllæ his verſibus deſcripſit Virgil. 6. Æneidos,*

Exciſum Euboicæ latus ingens rupis in antrum:
Quo lati ducunt aditus centum, oſtia centum,
Unde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllæ.

SICCITAS.

Percaluit cœlumque udæque paludes. Æthereo recens exarſit ſydere tellus. Solibus æthereis altóque recanduit æſtu. Pabula caneſcunt, cum frondibus uritur arbor. Terræ ardore dehiſcunt. Findit canis æſtifer arva. Medium ſol igneus orbem Hauſerat, arebant herbæ, cava flumina ſiccis Faucibus ad limum radii tepefacta coquebant. Terráque cœleſtes arida ſorbet aquas. V. *Calor, Meridies.*

SICCUS. Siccis fervoribus uſtus. Sicca diu fuerat tellus, ſitis uſſerat herbas. Et ſicco terram ſpuit ore viator Aridus. Aret ager. Vitio moriens ſitis aëris herba. Dicitur Ægyptus caruiſſe juvantibus arva Imbribus, atque annis ſicca fuiſſe novem. * Herbæ radiis æſtivis deficiunt, & languidula demittunt papavera colla.

SICILIA. Sicania. Trinacris. Trinacria. Terra Sicula. Terra Ennæa. Grata domus Cereri. Sedes Erycis. Arva Cyclopum. Arva Typhoidos. Ætna. Quæ tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor.

SICULÆ. Muſæ, puellæ Sicelides. Matres Neſiades.

SIDUS. V. Stella.

SIGNA SIGNIFICARE.

Manifeſta, extantia, ſecunda, proſpera, felicia, grata, rara, certa, incerta, tegenda per nutum. Tecta ſupercilio. Notæ apertæ, non ſatis occultæ, fictæ. Indicium. Argumentum. Monumentum. Digitis nutúque loqui. *Præſentémque viris intentant omnia mortem. Edere notam. Canere & minari clades futuras. Cometes crine minaci nunciat ratibus ventos. Militiam indicit terris.

SILENTIUM. Taciturnum, mutum, altum, longum. Pythagoricum. Eximia eſt virtus præſtare ſilentia dictis

ctis Reticentia. Taciturnitas. *κλὶς γλώσσης Clavis linguæ.

SILERE. Ore premant voces. Digito compescere labellum. Vocem premere. Pressóque obmutuit ore. Tenere silentia. Præstare silentia. Tum facta silentia tectis. Tum facta silentia linguis. Conticuêre omnes, intentique ora tenebant. Obstupuit, retróque pedem cum voce repressit. Silent, arrectisque auribus adstant.

SILENUS.

Ebrius, piger, levis. Titubans annisque meróque. Suis semper juvenilior annis. Quipando non fortior hæret asello. Quisenex ferulâ titubantes ebrius artus Sustinet. Silenum pueri somno vidêre jacentem, Inflatum hesterno venas ut semper Iaccho.

SYLVA. Antiqua, vetusta, ardua, alta, umbrosa, densa, opaca, secreta, nemerosa, frondens, frondea, aërea. Frequens trabibus. Nudata cacumina sylvæ. Per multos annos incædua. Pandens sua brachia circum, Signáque dans avidis materiámque focis. Diffundens ramis tenues umbras. Nemus frondiferum. Amœnum, obscurum, apricum, invium, tacitum. Frondibus decoratum. Venatibus aptum. Horrens fulmineis apris. Lucus frondosus. Nigrâ formidine caligans. Saltúsque profundi. Sylva fuit latè dumis atque ilice nigra Horrida, quam densi complêrant undique sentes.

SIMIA. Deforme animal. Rugis annilibus. Villo flavente. Rauco stridore. Dissimilis homini, similísque. Simia persimilis turpissima bestia nobis. Humani existit simulator simius oris.

SIMILEM esse. Gerere corpus & vocem alicujus. Assimilari voci alicujus. Ore aliquem referre. Alicujus os habitúmque gerere. Omnia Mercurio similis vocemque coloremque; Et crines flavos, & membra decora juventa. Cujus erat facies in qua matérque patérque Cognosci possent. *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Effigie alicujus referre. Credi posset Latonia. Animis æquali & annis. V. *Pingere.*

SIMPLICITAS. Nuda, rudis. Digna favore. Ævo rarissima nostro. Artibus, & verâ simplicitate bonus. Prudens simplicitas.

SIMU-

SIMULACRUM. Saxum nudum, vanum, impium, profanum. Falsorum simulacra Deorum. Condita de marmore duro, de robore querno Quæ ex quolibet ære pro diis humanæ compegere manus. Mentiri numina divi. Ludicra numina. Idolum Dea facta manu. Simulacra habentia guttura cassa locutoræ vocis.

SINAI. Culmina Sinæ. Alta cacumina Sinæ. Sinai prope culmina montis. Palmifero nimbosa in vertice Sinæ. Legifero Sinai sub monte.

SINGULTIRE. * Ima longo ilia singultu tendere. Frigidulos ore udo singultus ciere. Moliri singultantia verba. Rumpere verba singultu.

SINISTER. Lævus. Læva de parte. Flectere cursus in lævum. Læva manus.

SIRIUS. V. *Stella canis.*

SION. Altir upes veneranda Sionis. Sacri juga celsa Sionis. Templa alta Sionis. Culmine sacro Montis, qui Solymæ clarus supereminet urbi.

SISYPHUS. Æolides. Saxum volvénsque petênsque. Revolubile pondus habens. Immensúsque lapis defessum Sisyphon urget.

SITIRE. Ardere, laborare, premi siti. Sitis urit. Sitis guttura arida premit. Fauces arent siti. Rapidositis urget in æstu. Labra arent nimiâ siti. Pendula labra hiant siccâ siti. Tantalus in media garrulus aret aqua. Arent ora siti. * Ora torquet anhela sitis. Sitit, & nullo rabies extinguitur haustu. Ignea venis acta sitis miseros exhaurit artus. Fauces arent, & vox intercluditur siti. Labore sitim concipere. Sicco torrent sitis ora palato. Ora sicca rigent, & lingua arida hæret palato. Flagro incensus siti.

SITIS. Anhela, arens, aspera, avida, sicca, arida, frevens, fervida, rabida, æstiva, Tantalea, hydropica, implacabilis. Urens, torrens guttura, arentes fauces. Sitis arida guttur urit.

SITIM RESTINGUERE. Sitim pellere, depellere, levare, relevare, sedare, sistere, compescere, extinguere Rabidam sitim exclud ere. Sitim sedare fluentibus undis.

Arida

Arida potu ora levare. Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo. Sitim explere, eximere.

SOCIUS, SODALIS. Unanimis, fidus, fidelis, sincerus, candidus. Jure sodalitii qui mihi junctus erat. Quos ego dilexi fraterno more sodales. Doctus & unanimes odiis turbare sodales.

SOCRATES. Doctissimus. Ore imperturbato. Senex, sapiens ab Apolline dictus. Pythagoram, Anytique reum, doctúmque Platona. * Sophronisicides.

SOL. Aureus, candidus, serenus, blandus, nitidus, vernus, celer, rapidus, auricomus, roseus, multifidus, vagus, splendidus, rubens. Nitidissima solis imago. Sol puro nitidissimus orbe. Titan. Phœbus. Cynthius. Hyperion. Hyperione natus. Pater Heliadum. Lux publica mundi. Mundi oculus. Qui providet omnia. Auctor lucis. Qui latè facta diurna videt. Jubar radiis insigne coruscis. Phœbeia lampas. Lux Phœbea. Phœbei luminis ignes. Magni lumina solis. Irriguo cuncta calore fovens. Certo moderans currentia tempora motu. Signa regens duodena volubilis anni. Radiis omnia lustrans. Præbens lumina mundo. Sol radiis frontem vallatus acutis. Purpureum rapido qui vehit axe diem. Purpureum tepidum qui movet axe diem. Flammigero temone coruscans. Terrarum lustrans spatia omnia flammis. Obliquo tramite currens. Genitor Phaethontis. Qui agit, portantes lumina currus. Summo qui spargit lumine montes. * αἰθέρος ὄμμα, oculus æthe-ris.

SOL OCCIDIT. Hesperias Phœbus descendit, decedit in undas. Titan parat condere vultus alto æquore. Occiduos sol mergit equos. Phœbus in æquoreas præcipitatur aquas. Phœbus se inclinat in æquor. Condit sol æquore flammas. Sol caput occulit undis. Sol tingitur oceano. Absconditur undis. Occiduas pronus festinat ad undas. Tethyos intrat aquas. Mergitur occiduis undis. Se æquore condit. Se condit in undas. Alto se gurgite condit. Occiduis se abdit aquis.

SOL ORITUR.

Exoritur, surgit, emicat, emergit, levatur, tollitur, tollit se, relinquit pelagus, levat se pelago, vi-

treis procedit ab undis. Caput æquore tollit. Caput exerit undis. Caput attollit. Æquoris se attollit ab undis. Se vasto gurgite tollit. Ascendit Olympum. Sua sidera promit. Surgit Oceano. Oceani consurgit ab undis. Oceani exit aquis. Sol revocat equos è vasto gurgite. Sol fugat astra suis equis. Sol tollit caput igniferum ex Oceano.

SOL OBSCURATUR, SOLIS ECLIPSIS.

Sol tegit caput atrâ caligine. Sol occulit nitidos nigro velamine vultus. Tegitur cæcâ ferrugine Phœbus. Sol obtegit vultus densis tenebris. Sol exutus luce mæret. Tenebræ obducunt immensum solis jubar. Sol negat officium mundo, & se subtrahit orbi. Sol obducitur nigro amictu. Sol rubet, & faciem atro velat amictu. Sol dat signa Dei offensi tectus ferrugine nigrâ. Soror Phœbo fratri intercipit lucem, à quo lumen habet, & nigro obducit amictu. V. *Eclipsis solis.*

SOL SPLENDET. Sol decorat, vestit, ornat lumine terras. Sol fulget, refulget, micat, splendet. Vagatur medio cœlo. Medio vestigia librat in axe. Summo resplendet Olympo. Os terris ostendit honestum. Scintillare videtur. Conspicitur radiis suis. Stat cœlo.

SOLE ORIENTE. Cum sol surgit ab Oceano. Sole remergente, veniente, exoriente. Orbem cùm retegit Phœbeïa lampas. Ubi jam nitido ortu sol aureus extulit se. Cum sol oriens caput æquoreis ab aquis promit. Sole igniferum tollente caput.

SOLAMEN. Solamen longis illa fnêre malis. Solaménque mali de collo fistula pendet. Sed mentibus unum Hoc solamen erat. Magnáque dat nobis tantus solatia victor. Per mala nostra precor, quorum potes esse levamen. Et mihi sollicito lenimen dulce senectæ. Tu curæ requies, tu medicina venis. Curæ, casúsque levamen. V. *Consolari.*

SOLVERE.

*Resolvere. Manicas atque arcta levare vincula. Exuere palmas vinclis. Tunicam recingere. Crinales solvere vittas. Laxas dare habenas. Abrumpere vincula. Laxare colla solutis nodis. Solvere compagem navis. Laxare vincla, fræna,

Arida potu ora levare. Dulcis aquæ saliente sitim restinuere rivo. Sitim explere, eximere.

SOCIUS, SODALIS. Unanimis, fidus, fidelis, sincerus, candidus. Jure sodalitii qui mihi junctus erat. Quos ego dilexi fraterno more sodales. Doctus & unanimes odiis turbare sodales.

SOCRATES. Doctissimus. Ore imperturbato. Senex, sapiens ab Apolline dictus. Pythagoram, Anytúmque reum, doctúmque Platona. * Sophronisicides.

SOL. Aureus, candidus, serenus, blandus, nitidus, vernus, celer, rapidus, auricomus, roseus, multifidus, vagus, splendidus, rubens. Nitidissima solis imago. Sol puro nitidissimus orbe. Titan. Phœbus. Cynthius. Hyperion. Hyperione natus. Pater Heliadum. Lux publica mundi. Mundi oculus. Qui providet omnia. Auctor lucis. Qui latè facta diurna videt. Jubar radiis insigne coruscis. Phœbeia lampas. Lux Phœbea. Phœbei luminis ignes. Magni lumina solis. Irriguo cuncta calore fovens. Certo moderans currentia tempora motu. Signa regens duodena volubilis anni. Radiis omnia lustrans. Præbens lumina mundo. Sol radiis frontem vallatus acutis. Purpureum rapido qui vehit axe diem. Purpureum tepidum qui movet axe diem. Flammigero temone coruscans. Terrarum lustrans spatia omnia flammis. Obliquo tramite currens. Genitor Phaethontis. Qui agit, portantes lumina currus. Summo qui spargit lumine montes. * αἰθέρος ὄμμα, oculus æthe-ris.

SOL OCCIDIT. Hesperias Phœbus descendit, decedit in undas. Titan parat condere vultus alto æquore. Occiduos sol mergit equos. Phœbus in æquoreas præcipitatur aquas. Phœbus se inclinat in æquor. Condit sol æquore flammas. Sol caput occulit undis. Sol tingitur oceano. Absconditur undis. Occiduas pronus festinat ad undas. Tethyos intrat aquas. Mergitur occiduis undis. Se æquore condit. Se condit in undas. Alto se gurgite condit. Occiduis se abdit aquis.

SOL ORITUR.

Exoritur, surgit, emicat, emergit, levatur, tollitur, tollit se, relinquit pelagus, levat se pelago, vi-

treis procedit ab undis. Caput æquore tollit. Caput exerit undis. Caput attollit. Æquoris se attollit ab undis. Se vasto gurgite tollit. Ascendit Olympum. Sua sidera promit. Surgit Oceano. Oceani consurgit ab undis. Oceani exit aquis. Sol revocat equos è vasto gurgite. Sol fugat astra suis equis. Sol tollit caput igniferum ex Oceano.

SOL OBSCURATUR, SOLIS ECLIPSIS.

Sol tegit caput atrâ caligine. Sol occulit nitidos nigro velamine vultus. Tegitur cæcâ ferrugine Phœbus. Sol obtegit vultus densis tenebris. Sol exutus luce mæret. Tenebræ obducunt immensum solis jubar. Sol negat officium mundo, & se subtrahit orbi. Sol obducitur nigro amictu. Sol rubet, & faciem atro velat amictu. Sol dat signa Dei offensi tectus ferrugine nigrâ. Soror Phœbo fratri intercipit lucem, à quo lumen habet, & nigro obducit amictu. V. *Eclipsis solis.*

SOL SPLENDET. Sol decorat, vestit, ornat lumine terras. Sol fulget, refulget, micat, splendet. Vagatur medio cœlo. Medio vestigia librat in axe. Summo resplendet Olympo. Os terris ostendit honestum. Scintillare videtur. Conspicitur radiis suis. Stat cœlo.

SOLE ORIENTE. Cum sol surgit ab Oceano. Sole remergente, veniente, exoriente. Orbem cùm retegit Phœbeïa lampas. Ubi jam nitido ortu sol aureus extulit se. Cum sol oriens caput æquoreis ab aquis promit. Sole igniferum tollente caput.

SOLAMEN. Solamen longis illa fnêre malis. Solaménque mali de collo fistula pendet. Sed mentibus unum Hoc solamen erat. Magnáque dat nobis tantus solatia victor. Per mala nostra precor, quorum potes esse levamen. Et mihi sollicito lenimen dulce senectæ. Tu curæ requies, tu medicina venis. Curæ, casúsque levamen. V. *Consolari.*

SOLVERE.

*Resolvere. Manicas atque arcta levare vincula. Exuere palmas vinclis. Tunicam recingere. Crinales solvere vittas. Laxas dare habenas. Abrumpere vincula. Laxare colla solutis nodis. Solvere compagem navis. Laxare vincla, frena,

SOLUS

SOLVS. In ſolis incomitata locis. Nullo comitante.

SOMNIVM. Inane, nocturnum, vanum, ſollicitum, falſum. Viſus falſus. Somnus mendax. Imagines nocturnæ. Somnia temeraria, crudelia, dementia. Veros imitantia caſus. Varias imitantia formas. Tacitæ noctis imago. Simulacra, vultus, ſpecies quietis. * Παῖς νυκτὸς, filius noctis, *nox enim ſomnia parit.*

SOMNVS. Lenis, levis, mollis, placidus, immodicus, ignavus, iners. Sopor blandus, irriguus, mulcens, languidulus, torpens. Occupans membra, artus. Tenens corpora. Feſſos artus complectens. Pectora feſſa rigans. Domitor curarum. Noctis amicus. Regnans tenebris. Subiens furtim lumina feſſa. Munera ſomni. Inertia ſomni. Placidiſſimus Deorum. Somnus pax animi. Mortis imago. Adimens vires, & pectora mulcens. Mirus gravitate Sopor. * Κασίγνητος θανάτοιο, conſanguineus lethi.

SOMNVM FVGARE.

Abrumpere ſomnos Interrumpere, avertere, amovere, excutere, diſcutere, expellere, arcere, fugare ſomnos. Turbare quietem. Somno fraudare. Privare ſomno. Molin corpora ex ſomno. Pellere ſomnos. Auferre ſomnos. Adimere, removere ſomnum. Soporem clamore ſolvere.

SOMNO SVCCVMBERE.

Vinci ſomno. Premit lumina quies. Premi ſoporis gravitate. Sopore ſolvi, languere. Somnus labitur inertus. Somnus ſubrepit, ſubit, excipit, capit, mulcet, movet, occupat, velat amictu, fluit, declinat. Blanda quies furtim victis ſubrepſit ocellis. V. *Dormire.*

SONARE. Dare ſonitum. Fit ſonitus tecti. Ingenti ſonuerunt omnia plauſu. Conſonat omne nemus. Resonat clamoribus æther. Colles clamore reſultant. Tota ſonuerunt æthere nimbi. V. *Clamare.*

SORDIDVS. Pollutus, ſpurcus, impurus, fœdus, ſqualidus, lutulentus. Fœdato vultu. Sordida rura. Sordidulus laudatur ab his, culpatur ab illis. *Proſcis immundis purgatæ ſordibus aures. Corde niger, fimo paſtus, ſuligine tinctus. Et cujus faciec cacabus alter adeſt.

SOROR

SOROR. Germana, cara, pia, bona. Consortia corpora. Socia generis. Incedunt geminæ proles fraterna puellæ.

SORS. Dura, onerosa, irrequieta, miseranda, difficilis, tristis, ferrea, pessima rerum, maligna, malè fida, vaga, vagabunda, errans. Sors omnia versat. Intentata manebat Sors rerum. Sortem miseratur iniquam. Sors ultima rerum. In dubios casus, & prona pericula mortis Præcipitare solet. Sortes sacræ, fatidicæ. V. *Fortuna.*

SORTIRI. Mittere, ducere sortem. Sorte legere, eligere. Sorte capere. Sorte dari.

SPECTRUM. Nocturnum, noctivagum, vanum, terribile. Noctu, de nocte ludens, grassans. Incutiens horrorem mentibus. Lemures horrendi. Territantes hominum animos.

SPECULA. Pharos. Turris summa. In latus omne patens turris.

SPHÆRA PLUMBEA. Globus ferreus, plumbeus, ignitus, penetrans. Glans ignita, ignifera, mortifera. Acta sulphureis ignibus per auras, & fulminea, turbinis instar ruens. Ferrea pondera acta sulphureis ignibus. Quam machina belli vi sulphuris impulit ex alris jugis. V. *Tormenta bellica.*

SPECVLVM. Nitidum, nitens, coruscum, mendax. Nitido splendore coruscans. Referens acceptas formas. Referens formam spectantibus. Reddens simulacra imitantia verum. Assimulans faciem spectantis. Opposita speculi imago. Speculi nitidissimus orbis.

SPECVLVM CONSULERE. A speculo simulatrix umbra resultat.

SPELVNCA. Vasta, opaca, obscura, latebrosa. Vix ipsis invenienda feris. Scabro pendens topho. Rupes cavata. Nemorum secreta. V. *Antrum.*

SPERARE. Spem fovere, alere, concipere, capere, agitare, habere. Duci, capi, lactari spe. Sperabam tamen atque animo mea vota fovebam. Spes mihi magna subit. Spem sibi accendere. Pendet ab officio spes mihi magna tuo. Afflictis melius confidere rebus.

SPERARE FRUSTRA. Agitare spem inanem. Spe trahi inani. Haurire animo spem inanem. Inani spe pascere animum. Nutrire spem inanem. Inani spe suspensum

penſum fruſtrari. Spes vana credulitate fovet. Spes irri
concedit tenues in auras. Spes vaga pectora ludit. Spe
mihi caſſa cadit. Spe multùm captus inani.

SPERNERE, V. *Contemnere.*

SPES. Inanis, dubia, vacua, irrita, falſa, caduc
incerta, avara, credula, avida, anxia, ſitibunda futur
Tollens tædia vitæ. Alens afflictos. Per mala animo
ad meliora levans. Quam nulla violentia frangit. Qu
validâ ſolatur compede vinctum. Nec mihi jam patria
antiquam ſpes ulla videndi eſt. Spémque metúmqu
inter dubius. Spe fervidus ardet. Spes bona ſollici
victa timore cadit.

SPIRITUS, V. *Deus.*

SPIRITU SANCTO ILLUSTRARE. Vide COR.

SPONSA. Nova nupta. Nova conjux. Comple
ctens ſponſum ſuum blando amore. Laude pudicitiæ
docta parare decus. Docta ſervire marito. V. *Nupta.*

SPONTE. Nullo cogente. Nullis cogentibus.
Nullo mandante. Per ſe. Ultrò. Vi propriâ nituntur.
opíſque haud indiga noſtræ. Ipſe volens, facilíſque ſe
querur. Noſtrum citra laborem. Omnia ſponte ſuâ pro
veniunt.

SPUMARE. *Edere ſpumam. Cautes aſpergine ſal
ſâ ſpumant. Elidere ſpumam. Spumat aper. Pocula ni
tido ſpumantia lacte. Altè ſpumis exuberat amnis. Spu
mea per ora fluit unda.

SPURCUS. Salacitatis nepos, *primâ brevi, ſecundâ longâ. Sue* ſpurcior. Quem cogitare ſolùm grandis ſt
nauſea.

SPUTUM. Fœdum, ſordidum. Fœdans, ſpurcans,
maculans, turpans ora, vultus. Saliva ſpurca, immunda.
Excreatio.

STAGNUM. Profundum, olens, Innabilis un
da. Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni.
V. *Palus.*

STELLA. Siderea, ſerena, ſplendens, rutilans, mi
cans, ardens, fulgida, candida, flammigera, lucida. Per
inane micans. Aſtra, ſidera ignea, cœleſtia, rutilantia,
ſplendentia, flagrantia, rotantia, errantia, ſublimia,
tremula, clara. Faces. Flammæ cœlo per inane volan
ces,

es, cadentes. Lumina. Luces. Ignes sideri. Cœle-
ia signa. Nullis obscura tenebris. Æterni ignes. *Νυ-
τὸς τεκνα*, noctis filii.

STELLARUM, *seu* SIDERUM *aliquot Nomina.*

* Lucifer. Arcturus. Hyades. Orion. Septentri-
nes. Pleiades. Arctos. Atlantides. Gnossia corona.
anis. Bootes. Capricornus. Hœdi. Oleniæ sidus
luviale capellæ. Andromede. Perseus. Helice. Cyno-
ra.

STELLA CANIS, SIRIUS.

Canicula Icari, sitibunda, fervida, sicca, æstifera,
stiva, ignea, ignicoma, sitiens, Erigoneïa, morbo-
. Torrens arenti siti arva. Coquens terras immo-
icis ignibus astri. Urens arentes terras. Scindens hi-
lca arva siti. Cui multus rubor imbuit ora. Fer-
ida stella Icarii canis. Sicci stella proterva canis. Si-
ius pulverulentus, igneus, insanus. Exercens rapi-
os ignes. Sævo lumine lethifer. Incendens anhelan-
es agros. Rapidis solibus agros urens. Vernantes, flo-
entes, ridentes agros undique lædens. Scindens, fin-
ens arva, Siccas messes coquens. Exurens campos le-
hali æstu.

STELLA VESPERTINA, HESPERUS.

Hesperus. lucidus, nuntius noctis. Primas refe-
ens tenebras. Ite domum saturæ, venit hesperus, ite
apellæ.

STELLÆ SEPTEM, PLEIADES.

Vergiliæ imbriferæ, aquosæ, madidæ, pluviæ. A-
lantææ. Atlantides Eoæ. Pleiadum signa, minæ. So-
orum agmen. Steropis agmen. Septem radiantia flam-
nis sidera. Nubila Pleias. Atlantias. Ex Pleione natæ.
Ex Atlante sorores Septem Nymphæ Atlantides. Quæ
rtæ ver faciunt.

S. *STEPHANUS.* Audet Stephanus pro nomine
Christi, Nullius exemplo inductus profundere vitam In-
er saxa nivis ritu volitantia, & ictus. Quem saxeus obruit
mber. Horrisono lapidum nimbo, & crepitante ptocella
Obrutus. Stephani errabant aures & tempora circum sa-
xeâ tela, *Λιθόβληθος νιφετὸς*, lapideus nimbus.

STERCORARE TERRAM.

*Lætamen terræ immiscere. Spargere terram fimo
pingui

pingui. Levi limo rimosa cubilia ungere. Saturare so-
la limo pingui. Effœtos cinerem immundum jactare per
agros.

STERILIS. Malè fœcunda. Nulla pignora reddens
uteri. Mulier ferens, gignens socii pignora nulla tori. Tri-
ste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus. Sic domi-
num sterilis sæpè fefellit ager. Nec sterilis locus ullus
ita est, ut non sit in illo Mista ferè duris utilis herba
rubis. *Difficiles terræ & colles maligni. Salsa tellus, ac
frugibus infœlix. Malus ager. *Virg.* Segnis campus.
Tellus infœcunda, in qua infœlix lolium, & steriles do-
minantur avenæ. Sterilis profundi vastitas squaler soli.
Tellus torpet æterno situ. Regio inepta frugibus. Ægra
solo macies.

STERNERE, & STERNI.

* Sernere humi. Agmina sternere cuspidis ictu.
Multâ porrectum extendere arenâ. Fundere manu ho-
stem. Impresso genu terræ applicare. Impellere & effun-
dere solo. Dare ruinas arboribus stragemque satis. Ru-
re omnia latè. Ingentis turbine saxi prosternere. Va-
stum onus motu collabefactare. Quære *Jacere.*

STIGMATA. Nota publica. Nota inusta. Victurum
in cute punctum.

STOMACHUS. Vacuus, jejunus, latrans, plenus.
Murmurans intus. Frevens vino & cibo. Ventriculus.
Jejunus rarò stomachus vulgaria temnit.

STIRPS. Progenies alta, bona, pia, regia, generosa,
nobilis. Antiquâ de stirpe genus. Propago nobilis. Sten-
ma. Claro sanguine cretus. Præclarâ stirpe creatus. E
genus omnibus unum. Natus origine pulchrâ. Magna
de stirpe nepotum. Genus alto à sanguine Divûm duce-
re. Séque ortum antiquâ Teucrorum stirpe volebat. Do-
rum à stirpe genus. Genus amborum scindit se sangui-
ab uno. V. *Nobilis.*

STRANGULARE, & STRANGULARI.

Laqueis implicare colla. Colla laqueo inserere. Laque
innectere fauces. Aptare vincula collo. Laqueo inter-
mere. Claudere vocis iter. Laqueo fauces frangere. Pa
animam laqueo claudunt, mortisq; timorem Mor
fugant, ultróque vocant venientia fata. Utque Syracos
perstrictâ fauce poëtæ, sic animæ laqueo sit via clau-
ruz

quæ. Torto frangere fune gulam. V. *Suſpendere.*

STENVVS. V. *Armis præſtans.*

STREPERE. Murmura miſcere. Dare ſonitum. Movere ſonitus. Raucum murmur dare. Strepit murmure campus. Conſonat omne nemus ſtrepitu, colléſque reſultant. Mare ſtridet refluentibus undis. Terribilem ſonitum tuba increpuit. Tecta fremunt. Frigidus ſylvis murmurat Auſter. Muſſantque oras, & limina circum. Fit ſtrepitus tectis, vocémque per ampla volutant Atria. V. *Clamare.*

STREPITVS. Sonorus, horriſonus, rapidus, raucus. Murmur querulum, ſtridens, argutum, reſonans, crepitans, ſoporiferum. Murmur euntis aquæ.

STVDERE. V. *Diſcere,* & *Literis operam dare.*

STVDIOSVS. V. *Scholaſticus.*

STVLTVS. Mente captus. Egens mentis. Amens animi. Inops animi. Nec tacui demens. Arma amens capio. Mentis inops. Animum dementia cepit. Effera vis animi. Quæ mentem inſania mutat? * Fatuus. Blennus. Deſipere. Demens. Rationis egens. Mente carens. Excerebratus. V. *Inſanire.*

STVPRVM. Furtum Veneris. Spolium pudoris. Opus arcanum, nefandum, infandum, inceſtum.

STVPRARE. V. *Virginem ſtuprare.*

STYX. Infera, ima, nubila, nigra, iners. Unda Stygia, Stygius liquor. Stygius amnis, gurges, lacus. Tartarea, infera palus. Pallida Ditis aqua. Nigra palus. Qui per infernas horrendo murmure valles Imperjuratæ labitur amnis aquæ.

SVADELA. V. *Dea eloquentiæ.*

SVBJVGARE, SVBJECTIO. Subigere. Domare bello. Fundere armis. Sub pede colla tenere. Dominum pedibus calcare. Victorem imponere pedem. Impoſitis pedibus premere. V. *Domare.*

SVBITO. Parva mora. Nec mora longa. Haud mora. In me mora non erit ulla. Rumpere moras. Nuſquam mora. Nec ſegnis retinet mora. Jam jam nulla mora eſt. Haud multa moratus. Feſtinare fugam. Tolle moras, ſemper nocuit differe paratis. Sed propera, nec te venturas differ in horas, Nulla mora eſt operi. Ferri rapidis pedibus.

SVB-

SUBMERGERE. V. Immergere.

SUBMERGI. * Aquis ſuffocari. Θανεῖν ἀμφίβροχα, mori morte madidâ.

SUBSISTERE. Continere, ſiſtere gradum. Comprimere greſſum. Formare, coercere gradum. Siſte gradum, réque aſpectu nè ſubtrahe noſtro. Primâque vetant conſiſtere terrâ. V. *Quieſcere.*

SUBULCUS. Immundæ cura fidelis haræ.

SUDARE. Salſúſque per artus Sudor iit. Tum gelidus toto manabat corpore ſudor. Oſſâque & artus Perfudit toto proruptus corpore ſudor. Sudor fluit undique rivis. Tum toto corpore ſudor liquitur. Manant ſudoribus artus. * Immundus olentia membra ſudor Occupat. Humor in genas furtim labitur. Sudor gravis occupat artus. Salſæ cadunt de corpore guttæ. Fluunt ſudore brachia, ἱδρὼς καμάτοιο προάγγελος, ſudor laboris nuntius.

SUERE. Acu trajicere aliquid.

SUFFICIT. *Sat eſt, abunde eſt. Satis ſupérque. Ohe jam ſatis eſt. Poſſum contentus vivere parvo.

SULFUR. Vivax, purum, calens, fumans, luridum, obductum, inductum. Alimenta pinguia flâmmæ. Admoras rapiunt vivacia ſulfura flammas.

SULMO. Gelidus, aquoſus, uberrimus undis. Parva, ſed irriguis ora ſalubris aquis. Sulmo mihi patria eſt, gelido contermina fonti.

SUPERBIA. Vana, tumida, elata. Faſtus. Ambitio. Laudum arrecta cupido. Quærendi nominis ardor. Tumor elatæ mentis. Tumidæ mentis faſtus. Pulſus ob invídiam regno, viréſque ſuperbas. Faſtus ineſt illi, ſequíturque ſuperbia formam. Inquinat egregios adjuncta ſuperbia mores.

SUPERBUS. Sumens ſibi faſtus ſuperbos. Cœlo capita ardua tollens. Gerens nimio ſtolidiſſima pectora faſtu. Gerens corda plena ſtulto tumore. Tollens vertice criſtas. Laudato pavone ſuperbior. Fronte tumens elatâ. Divum ſibi poſcere honorem. Nimiùm vano tumefactus nomine gaudens. Tumidus præcordia. Animis elatus ſuperbis. * Sermo ejus tumet inſano ſyrmare.

SUPERBIRE. Habet maleſuada ſuperbia mentem:

Tol-

Tollere, erigere vertice cristas. Pectora tument fastu. Pectora fastus habet. Tumere elata fronte. Gerere corda turgida fastu. Gerere animis tumentibus fastus. Tumidum se præbere in Fortunæ munere. Nunquamque levantibus altè Intumuit rebus. Ὀφρύας ἀίρειν, supercilia tollere.

SUPPLEX. Incedens demissis cervicibus. Genibus volutus. Supplices manus tendens. Flexo genu succumbens.

SUPPLICARE. Allabi genibus. Posito procumbere genu. Submittere genu. Ante pedes volvi. Procumbere in terram ante pedes alicujus. Procumbere humi posito genu. Supplicem genibus perrepere terram. Rogare veniam supplicem. Venire supplex. Demittere cervicem. Inflexo poplite Succumbere.

SURDUS. Nesciens auribus uti. Non accipiens aure sonos. Nullos percipiens sonos aure surdâ. Cui non inest sensus auribus surdis. Auribus captus. Surdior freto.

SURGERE. Membra levare, tollere. Linquere sedem. Membra levare humo. Solio se tollere ab alto. Ter sese attollens, cubitóque innixa levavit. Tollit se arrectum quadrupes. Ut jugulent homines surgunt de nocte latrones. V. *E lecto surgere.*

SUSPENDERE. Ligare colla laqueo. Aptare collo vincula. Interimere laqueo. Animam, animæ viam laqueo claudere. Implicare colla laqueo. Laqueo innectere fauces. Præfocare animæ viam. Rumpere guttura obstricto nodo. Claudere vocis iter. Vincula per laquei fac quoque guttur eat. V. *Strangulare.*

SUSPENDERE SEIPSUM. Laqueo mortem invenire. Purpureos moritura manu discindit amictus, Et nodum informis lethi trabe nectit ab alta. Non tulit infœlix, laqueóque animosa ligavit Guttura. Hic laqueo fauces, elisaque gutture fregit. Laqueo sua colla ligare. V. *Strangulare.*

SUSPENDI. Ligari, necti gutture laqueo. Interimi laqueo. Angi reste intortâ. Colla laqueis inseri. Sic tibi claudatur pollice vocis iter. Morte vel intereas capti suspensus Achæi. Elidi guttura.

SUSPIRARE, V. *Gemere.*

SUSPIRIA. Præfagia luctûs. Hausti suspiratus. Suspiria

piria alto pectore ducta. Anxia, triſtia, mœſta, gemebunda. Mœſta trahens imo ſuſpiria pectore.

SYLVA. V. *Silva.*

T

TACERE. PRemere ora ſua. Silentia tenere. Tenere linguam, ora, vocem. Linguis facere ſilentia. Premere, reprimere, ſupprimere vocem. His medium dictis ſermonem abrumpit. Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæſit Lingua, ter in primo deſtitit ore ſonus, Mediâque in voce reſiſtit. Conticuit tandem, factóque hic fine quievit. V. *Silere.*

TANTALUS. Garrulus, proditor. Pater Pelopis. In medio Tantalus amne ſitit. Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis. Cui Stygia captantur in unda Poma, atq; in mediis quæritur humor aquis. Qui poma præſentia quærit. Ramos fruſtrâ qui captat & undas. Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.

TARDUS. Lentus, ſerus, cunctans. Serâ ſe nocte ferebant. Arguimur lentæ crimine pigritiæ. Quæ tam ſera moratur Segnities? Reginam thalamo cunctantem ad limina primi Pœnorum expectant. Segnis, iners.

TAURUS. Candidus, ſpatioſus, acer, furens, trux, per cornua ſævus, patiens aratri, detrectans aratrum, corniger, furibundus, indomitus. Petens uncis cornibus hoſtem. Pedibus qui ſpargit arenam. Crebro feriens pede terram. Edens, ciens terrificos mugitus. Rauco mugitu omnia complens. Vibrans cornua. Fronte minans. Prælia ſæva minans. Incurvo præbens colla premenda jugo. Quatuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros avertit, totidem formâ ſuperante juvencas. Non illo validus ſubiit juga tempore taurus. V. *Bos.*

TEGERE. V. *Occulere.*

TELA. Pendula, ſtans, aſſidua, tenuis, Arachnæa. Rarum opus. Ultima pars telæ tenui circumdata limbo. Nec tenuem texens ſublimis aranea telam, Argutoque tenues percurrit pectine telas. Illa etiam ſtantes percurrere pectine

pectine telas Erudit, & rarum pectine denſat opus. V. *Texere.*

TELLUS. V. *Terra.*

TELUM. Vulnificum, ſævum, nocens, cruentum, noxium, fatiferum, non revocabile, jaculabile, volubile, miſſile, vulnera faciens, non evitabile, exitiale. Ferrum ſplendens, acutum, aduncum, nudum. Haſtile fixum, jaculum acutum. Telum quod cuſpide fulget acutâ. V. *Sagitta.*

TEMPERANTIA. Eſt virtus placidis abſtinuiſſe bonis. Inter utrumque manens. Quære *Modus*, *Modum tenere.*

TEMPESTAS. Fera, adverſa, turbida, ventoſa, horrida, aſpera, ſæviens, nimboſa, violenta. Maris ſævitia, æſtus, ira. Hyems triſtis, invida. Nimbis & grandine fervens. Stridentibns horrida nimbis. Quæ toto it turbida cœlo. Ἀνέμων μάχη pugna ventorum κύματα ἐγείρουσιν. Fluctus ſimiles montibus.

TEMPESTAS MARIS. V. Mare turbatum.

TEMPESTAS COORTA EST.

Sol fugit, & removent ſubeuntia nubila cœlum. Effuſique gravis decidit imber aquis. Venti conſurgunt. Magno miſcetur murmure cœlum. Nimbi æthera cingunt. Horrifico tonitru cœlum omne remugit. Tempeſtas violenta turbat fretum. Occulitur triſti velamine cœlum. Cœlum atris involvitur omne tenebris. Contriſtant æthera nubes. Fertur ab immenſo tempeſtas horrida cœlo. Everſas concitat Eurus aquas. Ruit æthere toto turbidus imber aquâ. Involvêre diem nimbi, & nox humida cœlum Abſtulit, ingeminant abruptis nubibus ignes. Effiius imbribus atra Tempeſtas ſine fine furit, tonitrúque tremiſcunt Ardua terrarum. Quære *Ventus.*

TEMPLUM. Venerabile, ſacrum, antiquum, religioſum, marmoreum, laqueatum, ſublime. Altum ſubnibus columnis. Delubrum magnificum. Laquearia ærea templi. Tecta domûs ſacræ. Limina templi. Suaviter ſonans unanimi carmine. Loca ſacra. Ædes ſacra, marmore facta. Religioſa Deorum limina. Sedes fundatæ Deorum. Mediâ teſtudine templi. Faciles Nymphæ riſêre ſacello. Fana ſacris inſignia, * Inſtituêre

tolido de marmore tęmplum. Tecta ſacrorum. Templa ſuperba vaſtis innixa columnis. Ingens machina templi.

TEMPUS. Irremeabile, irrevocabile, irreparabile, lachrymabile, fœlix, & inexcuſabile, volubile, lubricum, fugitivum. Tempus edax rerum. Labens velut unda, nec unquam recurrens. Alternans omnia. Deſtruens, conſumens omnia. Tacito, celeri pede fugiens. Cuncta vorans. Cuncta trahens ſecum volvénſque. Labens aſſiduo motu. Nova temporibus ætas. Priſci temporis anni. Longa, vetus dies. Ævum futurum. Seculum ferreum. Tantum ævi longinqua valet mutare vetuſtas. Hoc longis intercidit annis. Hora propoſitæ quæ foret apta viæ. Non tractabile cœlum. Dum pelago deſævit hyems, & aquoſus Orion. *Ævum, tempeſtas.

TEMPUS TRANSIT. * Truditur dies die, nox vaque pergunt interire lunæ. *Hor.* Currit enim ferox ætas. Poſthume, Poſthume labuntur anni. Tempora labuntur, tacitíſque ſeneſcimus annis. Et fugiunt fræna non remorante dies. Eunt anni more fluentis aquæ. Nec quæ preteriit hora redire poteſt. Cito pede labitur ætas. Fugit irreparabile tempus. Properat curſu vita citato volucríque die rota præcipitis vertitur anni. Nihil eſt annis velocius.

TEMPUS PERPETUUM. Teſtatáque tempus in omne. Hîc ſim licet omnibus annis. Probitas longum perdurat in ævum.

TEMPORE EXTREMO MUNDI.

Mundo jam decrepito. Jam jam ſub mole cadente. Extremo hoc tempore. Cùm jam inſter lux noviſſima mundi. Cùm inſtent fata noviſſima mundi.

TENEBROSUS. * Caligineſus. Sole carens. Nebulâ cinctus. Caligine cingitur atra. Cimmerius ſquetus tenebris. Locus quem nunquam radiis oriens, meridíve, cadénſve, Phœbus adire poteſt. V. *Nox.* V. *Nubilus.* V. *Obſcurus.*

TERERE TEMPUS INUTILITER.

* Ludere operam. Verba miſer fruſtrà non prodentia perdo. Irrita ventoſæ rapiunt mea verba procellæ. Rapiunt conamina venti.

TE

TERMINUS. Communis. Limes certus. Lapis defossus in agro. Qui regit certis finibus arva lapis. Seperat indicio qui Deus arva suo. Stipes defixus in agris.

TERRA. Benigna, dives, sterilis, sicca, arida, limosa, pinguis, arenosa, omniparens. Pendens in aëre nullo fulcimine, nullo nixu. Alma parens frugum. Effundens innumeras opes. Grato rore madefcens. Floxigero gramine vernans. Partu fœcunda benigno. Subjecto aëre fulta jacens. Mater fœcunda. Tellus frugifera, fertilis, florida. Humus decorata, vestita, ornata herbis. Mundi moles operosa. Longus terrarum orbis. Summus telluris margo. Corpus, pondus, orbis, sedes terræ. In media rerum regione locata. Circumdata ponto. Solum cultum, incultum, vile, durum. Nec verò terræ ferre omnes omnia possunt. Terra antiqua, potens armis atque ubere glebæ. Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara, Frugibus infœlix ea, nec manfuescit arando. Ἕδρα κόσμου. Sedes mundi. Vesta.

TERÆMOTUS. Tremor telluris. Insolitus motus terræ. Horror ingens soli. Magnus tremor terræ. Tremores orbis. Terrenus hiatus.

TERRÆ MOTUS EST. Tremit abdita murmure tellus. Tellus mœstissima plangit, & tremit ingenti concussa fragore. Sola vasta moventur. Sub pedibus mugit tellus. Tellus concussa tremiscit. Ingenti motu percita terra gemit. Ardua si terræ quatiatur motibus. Ida. Denique sub pedibus tellus cùm tota vacillat, Concussæque cadunt urbes, dubiæque minantur.

TERRA MARIQUE. Terráque maríque. Terrâ pelagóque. Pelago & humo. Aquâ & terrâ. Trans tellurem & undas.

TERRERE & TERRERRI. Incutere terrorem. Percellere formidine. Metu terras cœlumque fatigare. Novus per pectora cunctus in sinuat pavor. Et magnas territat urbes. Cæcíque in nubibus ignes terrificant animos. Magnis terroribus urbem impellere. Hic aliud majus miseris multóque tremendum Objicitur monstrum, atque improvida pectora turbat. Et faciunt geminos ensis & unda metus. Tremor pertentat corpora. Obstupuit,

retróque pedem cum voce repressit. Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit. Dum stupet, obtutúque hæret defixus in uno. Horror invadit mentem, & occupat pectora. Horror terrificus subit præcordia. * Ancipiti, sollicito, gravi terrore trepidare. Mens perculsa stupet. V. *Formidare*.

TESTARI. Testificari. Testes dare, proferre, producere. Dii mihi sunt testes. Nubila Promissi Styx mihi testis erit. Fateri de fide alicujus. Numen deorum testari. Per sidera testor.

TESTIS. Incorruptus, corruptus, falsus, conductus, sine pondere, pondus habens. Quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas? Hoc vero teste probatur.

TESTUDO ANIMAL. Lenta, tarda, reptilis, domiporta. Sanguine cassa. Manens sub tegmine suæ testæ. Quæ metuens tangi dat sua colla retró.

TESTUDO INSTRUMENTUM. Blandisona, dulcisona, canora, incurva, tremula, vocalis. Apollinea, Thracia, Threïcia, Orphea. Phœbeia, Odrysia. Curarum dulce levamen. Quæ sociatis congrua nervis dulce melos reddit. Placido tangit quæ pectora motu. Et curas animi non sinit esse graves.

TESTUDINE CANERE. Pulsare chelyn digitis. Chordas sollicitare. Tangere chordas. Terere nervos argutæ testudinis. Tensa fila testudinis ferire levi pollice. Tensa ferire levi pollice fila lyræ. Jamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno. Terpsichore facilem lascivo pollice movit Barbiton, & molles duxit in antra choros. Ipse cavâ solans ægrum testudine amorem.

TETHYS.

Æquorea, uda, cana, nuda. Titanis. Virgo marina. Nereïs pulchra. Genitrix Nereïa. Conjux Oceani. Numen aquarum. Præscia venturi.

TEXERE.

* Percurrere pectine telas. Serva operum haud ignara Minervæ, *id est* valens texere. Radio percurrere stamina telæ. Rarum pectine densat opus. Pollice docto stamina purpureæ sociaverat aurea telæ. Alvearia texta lento vimine. Telas discernere tenui auro. Lassat viduas pendula tela manus. Ducere lanas. Stamina pollice versare. Gracili geminas telas intendunt stamine. Tela jugo

juncta est, stamen secernit arundo, Inseritur medium radiis subtegmen acutis.

THALAMUS. Amicus, pudicus, cultus, genialis, jugalis, dulcis. Generans sobolem multam. Nec dulces thalamos, nec dona Cupidinis ulla.

THEOCRITUS. Poëta Syracusius. Animæ laqueo cui via clausa fuit.

THERMÆ. Calidi fontes. Quæ de calido sulfure fumat aqua.

THETIS. Cærula. Virgo marina. Mater aquosa. Mater Achillis. Materno tacta dolore Thetis.

S. THOMAS. Didymus, cui durius ære, Atque adamanteo robore pectus erat.

THRACIA. Armifera. Scelerata littora Tharcum. Bistonis ora. Tellus Bistoniis habitata viris. Regna Rhodopeïa. Agri Sithonii. Littora Cerinthia, Polydoreo quæ manavit sanguine terra.

THURA.

Mera, mascula, flava, pia, sacra, votiva, facientia flammas. redolentia. Thurea grana. Virga thurea. Lachryma thuris. Blandi thuris honores. Thuris odorati globuli. Posito dare thura foco. Thura dabant, tepidusque cruor fumabat ad aras. Centumque Sabæo Thure calent aræ. Verbenásque adole pingues, & mascula thura. Solis est thurea virga Sabæis. Toráque thuriferis Panchaia pinguis arenis. India mittit ebur, molles sua thura Sabæi. Urantur pia thura focis, urantur odores, Quos tener è terra divite mittit Arabs.

THUS ADOLERE.

* Thure superos placare. Acerra plena thuris. Templum thure vaporare. Assyrii Christo debentur odores. Conferre in aras quicquid Arabes odoris arboribus legunt. Pinguis exudet thuris vapor. Dare thura flammis. Aras dono thuris Eoi extruere. Libare Deo miculam thuris de parva acerra. Tribuere thuris honores.

THYASUS. Hasta Bacchi. Pampinea.

THYRSUS. Hasta Jovis. Hasta foliis præsuta. Hasta frondibus velata. Thyrsus gravis, sacer. Thyrsi fronde virentes, frondentes.

TIBERIS. Spumifer, nubilus, flavus, rapidus, lubricus, torvus, altus. Gurges Tyberinus. Tyberina ostia.

Atenosi Tybridis unda. Amnis Thuscus. Thusci fluminis undæ. Thuscæ gurges aquæ. Amnis rapidis animosus in undis. Qui per cava saxa volutus. Albula quem Tyberis mersus Tyberinus in undis Reddidit.

TIBIA. Mœsta, rauca, cava, longa. Avenæ structa. Junctæ arundines. Phrygio tibia curva sono. Calami palustres. Tibia Berecynthia. Non illos citharæ, non illos carmina vocum, Longáque multifori delactat tibia buxi.

TIBULLUS. Cultus, sacer. Amator Nemesis. Est gravis, & cultus, paróque simillimus amni. Grandiáque eloquio verba Tibullus habet.

TIMERE. V. *Formidare.*

TIMERE DEUM, V. *Deum timere.*

TINCTURA, *&* TINGERE.

Varios discit mentiri lana colores. Assyrio fucatur lana veneno. Vellera mutentur Tyrios Incocta labores. Tinctáque Sidonio murice lana. Juvat albentes invertere lanas. * Sanie infuscatur arena. Ferre vestes picturatas. Ardet Tyrio murice lana. Vellera iterare muricibus Tyriis. Frontem pingere moris. Vellus medicatum ahenis Amyclæis. Repetita bibit lana rubores. Saturare vestes murice.

TOGA. Longa extenta. Longo cousp icienda sinu. Toga libera. Vestis libera. Filo tenuissima. Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

TOLERARE. Ferre, perferre, sufferre, sustinere, perpeti mala, sufferre labores duros. Exhaurire pericula. Pauperiem, & duros perferre labores. Multum terris jactatus & alto. Ventos perpessus & imbres. Quo plura possis, plura patienter feras. Dum vires anníque sinunt laborem. V. *Pati.*

TONAT. Cœlum tonat omne fragore. Jupiter strepitu exterruit orbem. Magnus ab æthereo personat axe fragor Iterum atque iterum fragor intonat ingens. Magno miscetur murmure cœlum. Tonitru cœlum omne cietur. Pater omnipotens ab alto cœlo intonuit. Intonant poli. Subitóque fragore intonuit cœlum. Euríque Zephyríq; tonat domus. Cœlum tonat omne tumultu. Ingens fragor æthera complet. Tonat alti regia cœli. Vidisti toto sonitus percurrere cœlo, Fulmináque æthereа dissiluisse domo. V. *Tempestas.*

TONI-

TONITRU. Horridum, igniferum, æthereum, terrificum, raucum, ſonoram, reboans. Latè reſonans toto cœlo. Movens humanas mentes. Tumultus ætheris. Gravis fragor. Fractæve tonitrua nubis. Tonitrus horrificus. Αἰθέριον μύκημα, athereus mugitus.

TONSOR. Solitus, longos ferro reſecare capillos. Tonſor jam reliquos merat capillos. Tonſorem capiti non eſt abhibere neceſſum. Nec malè deformet rigidos tonſura capillos. Sit coma, ſit doctâ barba reſecta manu. Acuta tonſor incautum nec adhuc totondit cuſpide mentum. * Hirſutas excolere genas.

TORMENTA BELLICA. Crudelia. Tormenti vires. Inſtrumenta necis. Machina bellica intonans in altis muris. Ejaculans fulmineos globos. Vomens lethales glandes. Jaciens rapidos globos ſulphureo igne. V. *Bombarda.* Quære *Sphæra plumbea.*

TORRERE. vide Aſſare.

TORRENS. Tumidus, fervens, ſpumans. Undis pluvialibus auctus. Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire. Sed tamen hæc brevis eſt, illa perennis aqua. Rapidus montano flumine torrens, Sternit agros, ſternitque lata, boúmque labores. V. *Fluvius. Rivus.*

TORTOR. V. *Carnifex.*

TRACTARE. Manibus contrectare, contingere aliquid. Intet manus & brachia verſare. Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam. Cæſariem longæ dextra deducere barbæ.

TRAHERE. Bigis raptare, trahere, circumtrahere. Corpora circum muros raptare. Me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis Raptat amor. Trahit ſua quemque voluptas. Neſcio quâ natale ſolum dulcedine cunctos Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

TRANARE. * Tranare flumen. Tranſilire vada. Tranſmittere flumina nando. Exponere corpus in ulva adverſa. Tranſnare ſonoras torrentum furias.

TRANQUILLARE. V. *Placare.*

TRANSFIGERE. Trajicere ferro, gladio, mucrone. Figere præcordia. Enſe latus perforare. Gladium lateri recon-

recondere. Rumpere præcordia ferro. Adigere ferrum per pectora. Condere enſem in pectus. Fodere pectora ferro. Agere ferum per viſcera. Demittere ferrum in ilia. Terebrare cavas uteri & tentare latebras. Pectore ferrum condere.

TRANSFIGURARE. Formas ſe vertere in omnes. Omnia transformat ſeſe in miracula rerum. Vertere quæ poteras homines in mille figuras, Non poteras animi vertere jura tui. Permutat lymphas in vina liquentia Chriſtus. Induere vultus alicujus. V. *Metamorphoſis.*

TRANSIGERE FOEDUS. FOEDUS facere, paciſci pactum.

Fœdus inire, componere, ferire. Dare dextram. Dextræ conjungere dextram. Jungere fœdere dextram. Firmare inter ſe fœdera dictis. In amicitiam coire. Animum præſenti pignore firmare. Fidem dare, & accipere. Fidem novare. Tangere dextram. Cogere in fœdera, in concordiam. Coëunt in fœdera dextræ. Æternam pacem, pactóſque hymenæos exercere. Æterno fœdere pacem conjungere. Stricto conſtringere fœdere mentes. Pangere fœdus. Mittere æterna in fœdera gentes. Fœdus perpetuum, ſtabile, legitimum, amicum, conjuratum, concors, firmum. Pactio. Pactum. Conventio. Conjuratio. Inviolabile pignus pacis. Leges pacis,

TRANSIRE, TRANSITUS. Trajicere celeri pede. Vi facere viam. Rumpere aditus. Innocuum dare alicui iter.

TREMERE. Tremiſcere, contremiſcere, contremere. Intremiſcere. Frigidus horror ſubit mentem. Gelidus tremor oſſa pererrat. Mœſtificus tremor quatit ora. Nos pavidi trepidare metu. Subitus tremor occupat artus. Pavidâ trepidat formidine pectus. Corpus, ut impulſæ ſegetes Aquilonibus, horret. Me tremor invaſit, ſtabam ſine ſanguine mœſtus. Me luridus occupat horror. Obſtupit, gelidúſque comas exerat horror. Gelidum pectora frigus habet. Poplite ſucciduo genua intremuêre, fugítque Et color, et ſanguis. Vid. *Formidare.*

TRIDENS. Cuſpis triplex. Telum tricuſpe. Trifidus, ſævus, æquoreus, infeſtus, validus. Et miſeras untis verſare tridentibus undas.

TRINITAS. Trina poteſtas. Sancta, alma trias. Triplex perſona, ſed idem, Et Deus unus. Simplex ætherii luminis unitas, Quæ diſtincta eadem eſt, veráque Trinitas. Patris, & æquævæ prolis, flatuſque ſacrati, Splendeat æternâ laude perennis honos. Gloria ſummi Patris, Natique, & flaminis almi.

TRISTEM ESSE. Duros animi tolerare labores. Clauſum pectore vulnus habere. Maxima in ipſius vultu ſunt ſigna doloris. Ægra corpora trahere. * Totus in luctus defluit & lachrymas. V. *Dolere.*

TRISTITIA. Gravis, terrica, ingens. Mœror acerbus, ſollicitus. Miſcentur triſtia lætis. Infandum regina jubes renovare dolorem. Omnia tecum unà periêrunt gaudia noſtra, Quæ tuus in vita dulcis alebat amor.

TRITICUM. Triticei fœtus. V. *Frumentum, ſeges.*

TRIUMPHARE. * Triumphatis hoſtibus victor agebat currum ad alta capitolia. Pedem victor multa cum laude repreſſit. Victorem laurea ſerta gerentem portat niveis currus eburnus equis. Lauro devinctus agreſti, Miles Io magnâ voce (triumphe) canet. Triumphate hoſtem, & de hoſte. Ducere triumphos ad templa Deûm. *Virg.* Ire ſuperbificâ manu poſt triumphum partum ex hoſtibus. Longas videre juvat pompas, undáſque populorum, & Senatûs inclyta lumina.

TROCHUS. Nunc pila, nunc celeri vertitur orbe trochus. Torto volitat ſub verbere turbo. Ille actus habenis Curvatis fertur ſpaciis. Namque agor ut per plana citus ſola verbere turbo.

TROJA. Ingens, alta, perfida, diruta. Regna Trojana. Alta curia Trojæ. Mœnia Trojæ. Sceptra potentia Trojæ. Bis perituræ mœnia Trojæ. Phrygii muri. Ora Phrygiæ. Mœnia Phœbi. Alta Pergama. Dardanii muri. Mœnia Laomedontea. Mœnia Neptunia. Sigeia tellus. Iliacæ domus. Aſiacæ. Iliacas arces Argolicis quæ condidit armis. Priami regna. Priami arx alta. Neptunia Troja. Mœnia Dardanidûm. Divûm domus.

Ilium

Ilium, & inclyta bello Dardania. Pergameæ arces. V. *Ilium & Pergama.*

TROJANI. Dardanidæ. Phrygii, Teucri, Idæi, Troës, Æneadæ. Genus Æneadum. Trojugenæ. Gens Pergamea. Iliadum turba. Gens Hectorea. Hectorei socii. Trojanus sanguis. Geas Phrygia, Cœtus Iliaci. Iliades. Trojades.

TUBA. Belligera, Martia, canora, rauca, terrifica, terribilis, stridens, clangens. Ciens pugnas terribili cantu. Canens fera bella. Buccina. Classicum. Æs canorum. Æs raucum. Dans belli signum. Classica, Martia, Mavortsa, turbida. Excitantia milites ad pugnandum. Abrumpentia somnum. Turbantia quietem. * Æneator dat signum tuba. πολέμων ἀγγελιῶπις, nuntia bellorum tuba.

TUBAM INFLARE. Ære ciere viros, Martemque accendere cantu. Signa dare tubâ. Rauco strepuerunt cornua cantu. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit, sequitur clamor, cœlumque remugit. Clara dedit sonitum tuba. Bello dat signum rauca cruentum Buccina. Raucus stridenti murmure clangor Increpuit. Martius ille æris rauci canor increpat, & vox Auditur, fractos sonitus imitata tubarum. V. *Clangere.*

TUMULUS. V. *Sepulchrum.*

TURBO. Intortus, contortus, violentus, rapidus, subitus. Fremebundi turbinis ira. Vis fœda turbinis. Nimbosi turbinis horror, fremitus, furor. Latè disjiciens pulverem. Bacchans hyberno in æquore.

TURCA, vel *TURCUS.* Immanis, ferox, atrox, trux, impius, Christi implacabilis hostis. Fidei sanctæ savissimus hostis. Milite blasphemo Teutona regna petens.

TURRIS. * Turris stans in præcipiti, & summis tectis educta sub astra. Arces turrium aereæ. Stat ferrea turris ad auras. Turris vasto suspectu. In latus omne patens turris circumspicit undas. Turris altior Memphiticâ Pharo. Antuerpiana turris, arte summâ, mole vastâ, mirâ celsitudine.

TUSSIRE. * Quatit ægros tussis anhela senes. Malam pectore tussim expellere. Gravedine frigidâ, & tussi frequente quassari. Aspera pulmonem tussis quatit. Aspera tussis vexat.

Tu-

TUTUS. *Pedes habet extra lutum, Diſcriminis expers. Major ſum, quàm cui poſſit Fortuna nocere. Excęſſere metum mea jam bona. Securè degere.

TYMPANUM. Cavum, ſonorum, Reſonans rauco pulſu. Dans ſtrepitum. Tergora tenſa boum, quibus bellicus furor incitat violentos milites Martis ad arma. Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.

TYMPANUM TUNDERE. Impellere, ferire, pulſare tympana. Tundere terga boum Quatere tympana agili manu. Taurorum tergora pulſa fremunt. Plangebant alii proceris tympana palmis. Tympana tenta tonant palmis. Tympana cum ſubito non apparentia raucis Obſtrepuêre ſonis.

TYRANNUS. Sævus, fatalis, crudelis, horribilis, truculentus, immanis. Gaudens cæde. Spirans fulmina & ignes. Graſſans immani cæde. Bella cruenta petens. Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci Deſcendunt reges, & ſiccâ morte tyranni. V. *Crudelis.*

V.

VACCA.

LActifera, fœcunda, nitida. *Quæ jacit, & lentè revocatas ruminat herbas.* Atque iterum paſto paſcitur antè cibo. Gerens uberibus niveum nectar. Quæ viridi procumbit in herba. Incuſtoditam lentè videt ire juvencam. Aut errans bucula campo. Et queritur vitulum mater ab eſſe ſuum. Optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix; Et crurum tenus â mento palearia pendent.

VAGARI. * Errare. Paſſibus incertis ferri. Errabant acti fatis maria omnia circum. Deſerta peragrare incerto pede. Errare ſummis montibus. Curis vagari expeditum. Eſſe profugum Per orbem. Palantéſque vident ſocios.

VAGINA NUDARE. Vagina educere, eripere, liberare enſem. V, *Enſem educere.*

VALEDICERE. Dicere voce, vale. Et longum formoſe vale, vale, inquit Idola. Et dixit tenui murmure lingua,

Ilium, & inclyta bello Dardania. Pergameæ arces. V. *Ilium & Pergama.*

TROJANI. Dardanidæ. Phrygii, Teucri, Idæi, Troës, Æneadæ. Genus Æneadum. Trojugenæ. Gens Pergamea. Iliadum turba. Gens Hectorea. Hectorei socii. Trojanus sanguis. Geas Phrygia, Cœtus Iliaci. Iliades. Trojades.

TUBA. Belligera, Martia, canora, rauca, terrifica, terribilis, stridens, clangens. Ciens pugnas terribili cantu. Canens fera bella. Buccina. Classicum. Æs canorum. Æs raucum. Dans belli signum. Classica, Martia, Mavortia, turbida. Excitantia milites ad pugnandum. Abrumpentia somnum. Turbantia quietem. * Æneator dat signum tuba. πολέμων ἀγγελιῶτις, nuntia bellorum tuba.

TUBAM INFLARE. Ære ciere viros, Martemque accendere cantu. Signa dare tubâ. Rauco strepuerunt cornua cantu. At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit, sequitur clamor, cœlumque remugit. Clara dedit sonitum tuba. Bello dat signum rauca cruentum Buccina. Raucus stridenti murmure clangor Increpuit. Martius ille æris rauci canor increpat, & vox Auditur, fractos sonitus imitata tubarum. V. *Clangere.*

TUMULUS. V. *Sepulchrum.*

TURBO. Intortus, contortus, violentus, rapidus, subitus. Fremebundi turbinis ira. Vis fœda turbinis. Nimborum turbinis horror, fremitus, furor. Latè disjiciens pulverem. Bacchans hyberno in æquore.

TURCA, vel TURCUS. Immanis, ferox, atrox, trux, impius, Christi implacabilis hostis. Fidei sanctæ savissimus hostis. Milite blasphemo Teutona regna petens.

TURRIS. * Turris stans in præcipiti, & summis tectis educta sub astra. Arces turrium aëreæ. Stat ferrea turris ad auras. Turris vasto suspectu. In latus omne patens turris circumspicit undas. Turris altior Memphiticâ Pharo. Antuerpiana turris, arte summâ, mole vastâ, mirâ celsitudine.

TUSSIRE. * Quatit ægros tussis anhela senes. Malam pectore tussim expellere. Gravedine frigidâ, & tussi frequente quassari. Aspera pulmonem tussis quatit. Aspera tussis vexat.

Tu-

TUTUS. *Pedes habet extra lutum, Diſcriminis expers. Major ſum, quàm cui poſſit Fortuna nocere. Exceſſere metum mea jam bona. Securè degere.

TYMPANUM. Cavum, ſonorum, Reſonans rauco pulſu. Dans ſtrepitum. Tergora tenſa boum, quibus bellicus furor incitat violentos milites Martis ad arma. Certabant rauco reſonantia tympana pulſu.

TYMPANUM TUNDERE. Impellere, ferire, pulſare tympana. Tundere terga boum Quatere tympana agili manu. Taurorum tergora pulſa fremunt. Plangebant alii proceris tympana palmis. Tympana tenta tonant palmis. Tympana cum ſubito non apparentia raucis Obſtrepuêre ſonis.

TYRANNUS. Sævus, fatalis, crudelis, horribilis, truculentus, immanis. Gaudens cæde. Spirans fulmina & ignes. Graſſans immani cæde. Bella cruenta petens. Ad generum Cereris ſine cæde & ſanguine pauci Deſcendunt reges, & ſiccâ morte tyranni. V. *Crudelis.*

V.

VACCA.

Lactifera, fœcunda, nitida. *Quæ jacit, & lentè revocatas ruminat herbas.* Atque iterum paſto paſcitur antè cibo. Gerens uberibus niveum nectar. Quæ viridi procumbit in herba. Incuſtoditam lentè videt ire juvencam. Aut errans bucula campo. Et queritur vitulum mater ab eſſe ſuum. Optima torvæ Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix; Et crurum tenus â mento palearia pendent.

VAGARI. *Errare. Paſſibus incertis ferri. Errabant acti fatis maria omnia circum. Deſerta peragrare incerto pede. Errare ſummis montibus. Curis vagari expeditum. Eſſe profugum Per orbem. Palantéſque vident ſocios.

VAGINA NUDARE. Vagina educere, eripere, liberare enſem. V, *Enſem educere.*

VALEDICERE. Dicere voce, vale. Et longum formoſe vale, vale, inquit Idola. Et dixit tenui murmure lingua,

gua,vale. Vix illud potui dicere triſte,vale. Supremumq; vale pleno ſingultibus ore Vix dixit. In perpetuum frater,ave,atque vale. Sæpe vale dicto, rurſus ſum multa locutus. Accipe ſupremo dictum mihi forſitan ore, Quod tibi qui mittit non habet ipſe, vale. Accipe quo ſemper finitur epiſtola verbo, Atque meis diſtent ut tua fata, vale. Longior inſuetum nè laſſet epiſtola corpus, Clauſâque conſueto ſit tibi fine, vale. Quid niſi quod cupio me jam conjungere tecum Reſtat? ut aſcribat litera noſtra, Vale.

VALLIS, VALLES. Cava,curva,concava, nemoroſa, umbroſa,opaca,occulta,dumoſa,humilis. Diffundens dulcia gramina. O culos gramine paſcens & herbis. Circùm undique ſepta excultis jugis. Quæ longo receſſu, curvo anfractu panditur. Convalles depreſſæ,virentes. Eſt curvo anfractu vallis,accommoda fraudi, Armorumque dolis, quam denſis frondibus atrum Urget utrinque latus, tenuis quà ſemita ducit.

VALLARE. * Propugnacula bello tuta parare. Tutam caſtris præducere foſſam. Locum claudere vallo. Rupti munimine ceſpitis agger. Denſo aggere firmare mœnia. Abrupto circundare vallo. Tumulus ſurgentis in altum telluris componitur. Vallant oppida muri. Extruite immanes ſcopulos, attollite turres, cingite vos fluviis, vaſtas opponite ſylvas.

VALLUM. Propugnaculum. Agger. Munimen. Munimentum. Clauſo fidere vallo. Vaſto ſeptas videt aggere terras. Tranſierat primi Cæſar munimina valli. Non cœptæ aſſurgunt turres, non arma juventus Exercet, portuſque aut propugnacula bello tuta parant. Non ſi te ferreus agger ambiat, aut triplices alios tibi carmine muros Amphion auditus agat. Munimen habet nullo quaſſabile ferro.

VANUS. Inanis,levis,futilis. nihil,irritus. Omnia in æquoreos abiêrunt irrita ventos. Hæc venti irrita per terras, & freta ſumma ferunt. Nullo pondere verba cadunt. Dicta vagis credita ventis. Vernâ incertior aurâ. Perfuſa gloria fuco. Vana eſt fine viribus ira. Bullatis nugis turgeſcere. Agitare ſpes inanes. Sæpe ſupervacuos cogit habere metus. Aëra cædere. V. *Terere tempus.*

VASTARE, vide *Prædari.*

VATES. Conſultus, fatidicus, verax. Os fatidicum. Præſcia lingua. Eventura videns. Rerum dicens vias. Præſcia corda gerens. Fata canens. Rerum prænoſcens fata. Interpres Divûm, qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſidera ſentit, Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ. Quæ ſint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahuntur, noſcens. Χαρίτων τρόφιμος, gratiarum alumnus. V. Propheta.

VATICINARI. Aperire futura. Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat. Celæno prodigium canit, & triſtes denunciat iras. Caſus aperire futuros. Veridicos Parcæ cœperunt eders cantus. Talia divino fuderunt carmine fata. Fatidico ore pandere ſæcula venientia. Mentem veris implet Apollo.

VATICINIUM. Monitus divini. Monitus vatum. Fatalia verba.

VBIQUE. Quàm latè æthereus ſol videt omne ſolum. Quàm latè radios ſpargit Apollo ſuos. Quà cœli, & terræ patet hoc illuſtre thearum. Quà machina cœli, terra fretumque patent. Quá patet immenſi orbis iter. Quanto ſpatio ſe porrigit orbis & æther. Ire per omnes terráſque tractuſque maris, cœlumque profundum. * Quà breve, quà longum Sol jacit orbe jubar. Ad utráſque Phœbi domos.

VECTUS. Quadrijugo vectus curru. Cœloque invectus aperto, plectit equos, Curruque volans dat lora ſecundo.

VELLE, VOLUNTAS. * Hæc mihi mens eſt. Sic viſum eſt ſuperis. Sic volo, ſic jubeo. Ità ſtat ſententia. Ità ſert corde voluntas. Diſcupio. Fervet mihi amor hoc facere. V. *Deſiderare.*

VELOX. V. *Accelerare.*

VELUM. Turgidum, concavum, ſinuoſum, ſublime jactatum, tumidum, patens, laxum. Carbaſa. Carbaſeus ſinus. Lintea. Suppara velorum. Lintea procul venientia. Vento contracta ſecundo. Medio æquore, ſalo, freto, pelago tumentia. Tradita fælici Noto. Data incertis Notis. Sinus curvatus. Præcipiti carbaſa tenſa Noto. πτερὸν νηός Alæ navis. *Vide Navigare.*

VE-

VELUM TENDERE. Dare ventis vela, carbasa, linteа. Intendere turgida vela ventis secundis. Velorum pandere, expandere alas. Pleno subire ostia velo. Velis aptare classem.

VENARI. Agitare, agere feras. Sequi feras. Venatu exercere saltus. Circumdare, cingere canibus saltus. Umbrosos saltus indagine cingere. Sectari catulo sagaci feras. Exercere studia Dianæ. Invia lustra silvarum canibus pererrare. Invigilare venatui. Laqueis captare feras, & fallere visco. Moliri insidias avibus. Clamore premes ad retia cervum. Callida sic stultas decipit esca feras. Dum nova lanugo est, pavidus formidine cervos Terret, & est illi præda benigna lepus.

VENATOR. Citus, pernix, præceps. Insectans feras. Insidians, inhians feris. Agens in laqueos feras. Terrens, agitans feras. Urgens leporem in campis. Cane prædans saltus.

VENATUS. Feratum indagatio, venatio. Venandi cura. Studium venandi.

VENENATUS. Diro, funesto veneno tinctus, infectus, imbutus, illitus. Vipero felle, vipereo cruore, peste lethali, tabe mortiferâ infectus.

VENENUM. Tabificum, dirum, somniferum, furiale, lethiferum, Colchicum, Thessalicum, Lernæum, Nessæum, insanabile, soporiferum, præsentaneum. Gorgoneum. Aconita lurida. Oris Cerberei spuma. Tabes funesta veneni. Succus veneni. Cantharidis succus. Toxica Thessala. Herba Thessala. virus tetrum, acre. Quidquid habet Circe, Quicquid Medea veneni.

VENENO INFICERE. Linere felle vipereo, felle serpentis. Tingere veneno. Imbuere tabe mortiferâ, vipereo cruore. Inficere pabula tabe. Pecori aspergere virus. *Inficere pocula, spargere latices radice nocenti. Viperinum admiscere cruorem. Toxica miscere. Spargere cantharidum succos. Polluere cibos veneno. Dare edenti venenatum mattyam. Mattya & Mattea, & matteolæ diminutivè, pro ciborum deliciis, quibus irritatur orexis. Armare arma veneno.

VENEREA RES.

Veneris usus. Inimica virtuti. Pertentans pectora. Fur-

Furta Veneris. Venerem & cæci ſtimulos avertere amoris

VENIA. Coram data copia fandi. Poſcere Deos veniam.

VENIRE. Concurſu accedere magno. Adire, petere tecta. Trojæ qui primus ab oris Italiam fato profugus venit. Devenêre locos. Tyriam qui adveneris urbem. Quibus Hector ab oris Expectate venis?

VENTER. Plenus, tumidus, gravidus, vorax, avidus, turgidus, pendulus, capax. Aſſiduo cibo membra fovens. Molles fundens per viſcera ſuccos. Alvus. Uterus.

VENTUS. Rapidus, celer, validus, fortis, ferox, ſævus, æquoreus, protervus, nimboſus, fremens, fremebundus, ſtridens, agitans æquora, fremens murmure. Fera murmura mittens. Motans cacumina quercûs. Flamen incertum. Flamina venti. Ventoſa potentia. Ventorum prælia. Pennæ Euri. Turbo cæcus. Flatus magnus. Stridor procellæ. Omnia ventorum concurrere prælia vidi. Indignatum magnis ſtridoribus æquor. Venti velut agmine facto, Quà data porta ruunt, & terras turbine perflant. Confligunt Zephyrúſque Notúſque, & lætus Eois Eurus equis. Incubuêre mari, totumque à ſedibus imis Unà Euruſque Notuſque ruunt, crebérqae procellis Africus, & vaſtos tollunt ad ſidera fluctus. * Imperator fluctuum.

VENTUS MERIDIONALIS.

Auſter lenis, aquaticus, pluvius, imbrifer, nubilus, nubibus aſſiduus, humidus, udus, humens, madens. Fundens gelidas aquas. Humidus, violentus aquis. Violentior Auſtri vis. Notus imbribus ater. Mutans aëra nigrantibus alis, Sibilans madido ore. Percutitur rapido navis adunca Noto. Nunc Notus adverſa prælia fronte gerit.

VENTUS OCCIDENTALIS.

Zephyrus mollis, lenis, veſpere miſſus, vernus, clemens, mitis. Aura Zephyri. Favonius floriſer, floridus. Temperies grata tepidi Favonii. Corus furens, fremebundus, violentus. Africus horrens, nubifer, protervus, Viſonantis Africi. Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt.

VENTUS ORIENTALIS.

Eurus præceps, trux, indomitus, Æolius, Nabathæus, capiens vires ab ortu, Eous, Phœbeus, glacialis. Rutilo ab ortu volans. Spiritus Euri. Spirans valentior. Navigia truculentior incidit Eurus. Subsolanus. Vulturnus. Apeliotes.

VENTUS SEPTENTRIONALIS.

Boreas gelidus, sævus, improbus, Threïcius, Sithonius, rigidus, horridus, nivalis, Hybernus, arcticus, glacialis. Feriens, rapiens tecta. Æquans humo turres. Triste mugiens. Armatus rauco turbine. Spargens nives ab axe hiberno. Aquilo de rapidis ventis immansuetissimus. Alæ Aquilonis. Flabra Boreæ. Cujus concursibus insonat aër. Qui terras grandine pulsat. Qui tristia nubila pellit. Sollicitans manes, totúmque tremoribus orbem.

VENTUS SECUNDUS. Aura facilis, secunda. Venti faventes, secundi, amici.

VENTO SECUNDO NAVIGARE.

Navigare ventis faventibus, secundis, aurâ secundâ, ventis non iniquis, non discordibus, æquis, non adversis, non fluctuantibus.

VENTIS ADVERSIS. Ventis iniquis, non æquis, discordibus. Fluctibus adversis. Venti vetantes. Adversa aqua. Vento prohibente. Pelago vetante. Aquis invitis.

VENTOS SEDARE. Placare, temperare ventos. Sistere, componere mare, aquas. Compescere fluctus. Mulcere aquas, æquora. Frangere, coërcere undas, aquas. Maris iram frangere.

VENUS. Alma, furtiva, insidiosa, blanda, anxia, maligna, insana, vesana, furiosa, immoderata, orta mari. Cypria virgo. Vulcania conjux. Cnidia. Samia Dea. Urens pectora flammis. Incestæ scelerata libidinis auctrix. Teneri mater Amoris. Et dulce amoris Vinculum. Vexans, occupans mentes. Mentibus offundens cæcas tenebras. Cytheriacis edita aquis. Æquore nata. Medio concreta profundo. A spumis Dea dicta maris. Erycis quæ potsidet arces. Colle sub umbroso quam tenet altus Eryx. Tenerorum mater Amorum. Nurus Assaraci. Mater Æneæ. Anchisæ conjux. Dionæa. Cytherea

Cythe-

Cytheris. Cythereïa. Idalia. Erycina. Sicania. Mater Æneadûm. Mater Acidalia. Mater Dionæa.

VER. Novum, primum, tenerum, floriferum, blandum. Nemorum frondi utile, & utile ſylvis. Dans novis primordia rebus. Cinctum florente coronâ. Cùm cuncta virent, & cùm nova temporis ætas. Vario depingens flore ſolum. Decorans, ornans floribus arva novis. Tepidi tempora veris. Cùm nova de gravido palmite gemma tumet. Fronde ſolum variâ depinget odiferum ver. Nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos. Vere rubenti. Candida venit avis longis inviſa colubris. * Verna excipit cœli indulgentia terris. Quum primo novis adoleſcit frondibus ætas. Solvitur acris hyems. Frigora miteſcunt Zephyris. Jam ver egelidos refert tepores. Tepenti vere laxatur dies. Cùm modo formatis operitur frondibus arbos. Sidera cùm Tyrius Phryxæi reſpicit agni Taurus. Quum Iſmarium pellex Attica plorat Ityn. Ὅταν λειμῶνες γελῶσι, quando prata rident.

VERIS TEMPORE.

Gramina cùm tellus promit ridentia vultu. Munera cùm tellus fundit redolentia veris. Cùm arboribus frondes redeunt, & gramina campis: Et lætis gremium frugibus ornat ager. Cùm tellus molli gramine vernat, & arbor umbroſas explicat alta comas. Aſpera cùm pulſo frigore ceſſat hyems. Cùm ridet quilibet hortus. Cùm vernans roſa longas complet odore vias. Cum tepet apricus Zephyris ſpirantibus aër, & candida forroſi tempora veris eunt. Cùm inſtaurat avis dulci modulamine carmen, & producit ſuum prolè recente genus. Cùm ver purpureum fundit fragrantes herbas. Cùm exercent cantus per roſcida rura puellæ, & horum populantur honorem. Quando vernantia lilia turgunt. Garrula cùm repetit ſolitas Philomela querelas, Perfidiam deflens Terei, ſceleratáque facta. Cùm mulcent volucres tepidum concentibus aëra, & in prato ludit luxuriátque pecus. Cùm ignota prodit hirundo, & luteum celſa ſub trabe fingit opus. Quando avis in ramo tecta larémque parat. Omnia tùm rident gramine, flore, comis. Cùm condit avis nidum, & politis incu-

nebat ovis. Cùm tellus fundit cum floribus herbas. Cùm florer adoratis terra benigna rosis. Cùm prosiliunt viridi gramen & herba solo. Germina cùm herboso ridenti florentia campo.

VERBERARI. V. *Cadere.*

VERBUM. Dulce, suave, blandum, mellitum, modestum, salubre, molle, lene, protervum, petulans, profanum, superbum, jocosum. Et semel emissum volat irrevocabile verbum. Foliis leviora caducis. Digna rubore. Dissimulata notis: Doctis insidiosa notis. Nuntia animi. Aure repulsa. Verba molesta, pudenda, inania.

VERITAS. * Si vera est fama. Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum. Vera referre. Non misit irrita somnia falsum ebur. *id est*, os vel dentes. Vero verius est. Fides rebus est addenda probatis. Est veri cognitus oris.

VERSUS. Bonus, longus, heroüs, tener, teres, mollis, durus, cultus, politus, facundus, suaviloquus. Marone, Nasone dignus. Carmen celebre, mellitum, doctum, canorum. nobile, Aonium, texum imparibus modis. Structum heroo pede. Secessum scribentis & otia quærens. Suavibus numeris pectora mœsta levans. Metricis verba ligata modis. Disparibus carmina arata modis. Metrica verba. Verba coacta in pedes. Numeri dispares, impares, leviores. Aonia lyra. Modus. Vid. *Carmen.*

VERSUS SCRIBERE. Fingere, canere, ludere, dicere, fundere, texere, contexere, effingere versus, carmina. Nectere verba numeris. Cogere verba in pedes. Jungere carmina nervis. Aoniis verba ligare modis. Cogere verba in numeros. Nectere ludenti fluitantia carmina versu. Facili deducere carmina plectro. Facundo ludere versu. Modulari carmen arundine, avena, calamo agresti.

VERSUS DOCTOS SCRIBERE.

Facere doctissima carmina dictante Phœbo Fundere carmina æmula Maronis operis. Fingere versus venâ grandi, ubere, divite, sublimi. Componere carmina qualia sunt ducta grandisono Marone. * Versiculos suaves, saliente, emicante, condere venâ. Versiculi pexi, elaborati.

VERSUS INDOCTOS SCRIBERE.

Fingere, effingere versus tenui, exili, graciliarundine, venâ. Modulari, meditari, deducere carmina vili arundine. Texere, contexere carmina rudi, tenuifilio. Graciles, rudes, incultos fingere, condere versus. * Versiculos vanos facere. *Scaliger.* Rudere rudia carmina. Phœbo cachinnos versus excussit tuus.

VERTUMNUS. Formas Deus aptus in omnes.

VERUM. Non dubitabile. Non fugiens lucem. Virtus quæ nobis dicta est à pondere veri. Virtus nescia fraudum. Verum quod diu abdi, occultari nequit. Verum ambage remotâ dedit. Fama nec à veri dissidet illa fide. Hoc proprius vero est. Et partem veri fabula quæque tenet. V. *Veritas.*

VESPER. Umbrifer, occiduus, rutilans, rubens. Astrifero procedens Olympo. Infuscans terras croceo noctis amictu. Frigidus aëra vesper Temperat.

VESPERASCIT. Labitur dies. Sol tegit radios suos. Ruit Oceano nox. Vespera noctis vices reducit. Vespera inclinat diem. Venit hesperus. Oriuntur tempora sera diei Trahunt sera crepuscula noctem. Nigro rutilans consurgit ab ortu vesper.

VESPER. Inde domum redeunt sub prima crepuscula mœsti. Traherent cùm sera crepuscula noctem. Condere jam vultus sole parante suos. Hesperus & fusco roscidus ibat equo. Sole sub occiduo. Labente die. Auricomus cùm dat terris sua lumina vesper. Cum vesperugo paret.

VESPERTILIO. Quæ tenet à sero vesper nomen. Quæ à vespere nomen habet.

VESTIGIA. Certa, falsa, taciturna. Signa pedum. Signa notæque pedum. Vestigia observatata sequi. Indicia gressûs.

VESTIRE. Ornare, exornare corpus vestibus. Velare corpora. Insignire amictu. Circumdare corpus amictu. Veste corpus tegere.

VESTIS. Purpurea, nivea, picta, viridis, superjecta, linea, serica, coccina, Coa, Sidonia, Tyria, Phrygia, preciosa, magnifica, holoserica. Arte laborata, ostróque superba. Tyrio murice fucata. Amictus laxus. Habitus regalis, fluidus. Cultus dignus copore. Saturata murice

murice vestis. Arabico lucens bombyce. Cyclas aurata. Palla Sidonia. Picta croco,& fulgenti murice vestis. Tyrio sub tegmine fulgens. Ostro auróque rigens. Sit bene conveniens & sine labe toga.

VESTES EXUERE. Ponere vestem, velamina de corpore. Rejicere amictum. Corpora nudare. Diripere, eripere velamina ex humeris.

VESTES INDUERE. Induere,sumere velamina,vestem. Induit & Tyrio distinctam murice pallam. Cultibus Alciden induit illa suis. Pallámque induta nitentem. Insuper aurato circumvelatur amictu. Quære *Vestire.* Quære *Induere.*

VETUS. Gravis annis. Grandævus. Annis obsitus. Decrepitus. Grandior ævo. Vitâ satur,& letho vicinus. Cui frons contracta rugis. Annosus. Extremũ fati diem sustinens. Ævo fessus. Segnior ævo. Quem tussis anhela fatigat. Qui trunco titubantes sustinet artus. Membra levans baculis,tardúsque senilibus annis. Cujus jam fronti ruga senilis inest. Effœtum corpus. Caput tremulum. Tardus gravitate senili. Obsitus ævo. Frigidus ævo. Jam languidus ævo. Senio defessus, inerti. Quære *Senex.*

VEXILLUM. Volans, volitans. Martium, bellicum, pictum. Sub signa vocare. Concurrere signis adversis. Stare pro signis. Inferre signa.

VIA. Patula,lubrica, saxosa,trita,plana,facilis,dubia, ambigua, fallax, occulta, furtiva. Via per jactas candida facta nives. Semita nova. Non est è terris mollis ad astra via.

VIA LACTEA. Via sublimis, cœlo manifesta sereno.

VIATOR. Cautus,properans,lassus,siccus, sitiens, fessus,defessus, fatigatus. Longinqua petens mœnia. Tendens Iter. Expositus mille periclis. Ferens tædia longa viæ. Cantabit vacuus coram latrone viator.

VICINUS. *Propinquus. Proximus. Haud dissitus, Est in vicinia. Res cognata Portúrque patescit jam propio, Domus est contermina nostræ. Spatio stat propiore. Stat propior. Finitimus. Ago rea nimiæ proximitatis. Confinia littora. Quære *Appropinquare.*

VICTOR. Arduus, fortis, clarus. Spoliis insignis opimis. Militiæ ostentans fortia gesta suæ. Multâ cæde cruentus.

rus. Referens prædas & palmam victor ab hoste. diens fuso lætus ab hoste. Ponens fixa trophæa Deo. ctus Apollinea victricia tempora lauro. Inde pedem tor multâ cum laude reflexit. En adsum victor terque marique.

VICTORIA. Triumphalis, memoranda, celebranda, tens, ardua, digna triumpho. Multo sangnine parta. ultâ laude ferenda. Inter utrumque volat dubiis vioria pennis. Clara trophæa. Magna in pulvere fama. uri victrices. Palmæ victrices. Habet victoria laudem. mat victoria curam. * Tandem victoria flexit ad invios Iberos. V. *Triumphare.*

VIDERE. Luminibus suis videre. Defigere oculs in aliquid. Avertere vultus. Lustrare singula. cœlum tendens ardentia lumina frustra. Lurare lumine. Omnia colluſtrare. Lumina torquere mœnia. Cœli convexa tueri. Signorum obitus spelamur & ortus. Metiri terras oculis. Assuescunt ocumulta pudenda pati. V. *Oculos in aliquem conjicere.* V. *spicere.*

VIDUA. Relicta, deserta, mœsta, lugens. Viduo sola resta cubili. Orba marito. Dolens orbatos fido rectore pates. Thalami consorte carens. Sine conjuge cœlebs. œmina mœsta jacens in viduo toro. A funere conjus uxor Sustinet in vidua tristia signa domo. Nil ait esse rius, melius nil cœlibe vitâ.

VIDUUS. Deserto lecto jacens. Abreptâ desertus onjuge.

VIGILARE. Noctem pervigilare in re aliqua. *Duce*re noctem in omnem. Traducere noctem insomnis. Viiles perducere noctes. Noctes vigilantur amaræ. Noem sermone trahere. Nulli succumbere somno. *Pergilans ad feros ignes Hyberni luminis. Noctem trahere rmone. Bellorum fabula extrahit insomnes noctes. Naturæ somnum negare. Inops somni, & cibi.

VIGOR. Antiquus, gratus, vivens. Non minor nobiitate. Indicium nobilitatis. Si quid vigoris vivi in nobis st. Exiguis vigor (admirabile) membris. Vividus, & nisu agnos qui vinceret artus.

VINCERE. Sternere, prosternere, fundere hostis manus. Tenere, obtinere palmam victrici manu. Fer-

re,

re,referre trophæa. Redire ſuperato victor ab hoſte. Populóſque feroces Contundet. Mycenas ſervitio premet ac victis dominabitur Argis. Genitor tum Belus opimam Vaſtabat Cyprum, & victor ditione tenebat. * Domare, Triumphare gentes hoſtiles. Frangere bello. Terrmaríque vincere. Cogere hoſtes. Marti ſuo cedere. Subigere. Barbarorum agmina ferrata vaſto diruere impetu Primóſque & extremos metendo ſtravit humi ſine clade victor. Debellare hoſtem. Mitttere hoſtem ſub ſub juga.

VINCULUM. Firmum, arctum, durum, irreſolutum, ferreum, inextricabile, adamantinum, nodoſum. Ligamen. Nexus. Copula. Retinaculum. Funes. Lora. Compedes firmæ, validæ, ponderoſæ, inhibentes greſſum. Conſtringentes crura. Manicæ. Nodi ærati. Tortos incidere funes. Manibus divellere nodos. V. *Ligare.*

VINDEMIA. Dans gravidas uvas muſto. Abundans uvis gravibus. Exonerans uvis pendentibus ulmos. Cùm pede ſub celeri candida muſta fluunt. Cùm muſto frevent ſpumantia labra. Cùm autumnali redolet vindemia fœtu. Ebria cùm ſpumant calcatis præla racemis. Plenis ſpumat vindemia labris. Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. Preſſos pedibus dat uva liquores. Q. *Vitis.*

VINDICARE. Q. *Ulciſci.*

VINEA. Culta, fertilis, multo ſudore colenda. Generoſæ fertilis uvæ. Nectareo flore virens. Pleno ormulans fervida muſta lacu. Operoſi viribus agri. Collis amictus palmite. Vineta culta. Arva fœlicia Bacchi. Bacchi nemus. Largo pubeſcit vinea fœtu.

VINITOR. Vigil, induſtrius. Preſſans pede gravidas uva. Calcans tumidas uvas. Excitans vites novellas è vite annoſa, & germina plura propagans planis traducibus. Temporibus certis maturam ruſticus uvam Colligit, & nudo ſub pede muſta fluunt.

VINUM. Calidum, validum, purum, dulce, ſuave, lene, fragrans, Lesbium, Creticum, Benè odoratum. Recreans, Reficiens animos, Exhilerans corda. Fugans, depellens curas. Faciens leves ſomnos. Opera recludens. In prælia trudens inermem. Generoſi munera Bacchi. Odorati Bacchi pocula. Bacchi hauſtus. Bacchus liqui-

liquidus. Lyæus latex, liquor. Lenæi munera ſucci. Liber. Racemi, *provino.* Merum. Liquor preſſus. Vina prælis eliſa Falernis. Falernum. Liquidum nectar. Bacchi humor. Lætitiæ Bacchus dator. Lætitia Dei. Αἷμα γῆς, ſanguinis terræ, δάκρυα ἀμπέλου, lachrymæ vitis.

VIOLARE FOEDUS. Conceptum excutere fœdus. Exuere pacta. Fallere dextras. Exciderant animo fœdera. Temerare, polluere dolis fœdera. Frangere, rumpere ſolvere fœdera. Confundere fœdus. Fœdera turbare. Vellens fœdus infectum. Disjicere compoſitam pacem, & ſerere ſemina belli. V. *Fœdus.*

VIOLÆ. Gratæ, purpureæ, molles, blandæ, veræ, fragrantes. Flaventes tantùm ridentibus Euris.

VIR EXCELLENS. * Flos illuſtrium virorum. Terminus laudum. Meta ingeniorum. Naturæ miraculum. Monſtrum vitio carens. *Ita Virgilium vocat Scaliger.* Vir eſt per quem juſtitia remigrare velit ad Japeti nepotes. Vir eſt cui Charites, Venuſtas, Joci, Suada, non dedêre parem. Vir mactus omni virtute. Vir eſt cui nullum ſecla tulêre parem. Cui parvus eſt orbis, ut jacere poſſit fulmina mentis. Princeps, Senator eſt ille literariæ. Gratiarum ocellus, & venuſtatum lepos.

VIRES. Magnæ, nimiæ, non leves, vindices. Herculeæ, Herculeæ dignæ. Non firmæ, inanes, invalidæ, infirmæ, exiguæ. Vires timor abſtulit. Vim ſuſcitat ira. Addere vim teſſis animis. Viribus audax. Frigent effœtæ in corpore vires. Tanta erit & virtus, & cum virtute poteſtas. Nate meæ vires, mea magna potentia ſolus.

VIRGA. Minax, triſtis, flexilis, flexibilis, inviſa pueris.

VIRGIS CÆDERE. Cædere virgis. Ferire verbere virgæ.

VIRGILIUS. Andinus vates. Romuleus vates. Qui nunc Æneæ Trojani ſuſcitat arma. Ipſe per Auſonias Æneæ carmina gentes Qui ſonat, ingenti qui nomine pulſat Olympum, Mæoniúmque ſenem Romano provocatore.

VIRGINITAS. Perpetua, ſalva, libata, poſita, rapta, mille petita procis. Facta peregrini prædalatronis. Da mihi perpetuâ, genitor cariſſime, dixit, Virginitate frui. Virginitatis amor.

VIRGO. Intemerata, inculpata, verecunda, a
mabilis, venusta, intacta, casta, pudica, impatiens vi
Virgo insigne pudoris. Plus quàm fœmina virgo. Fl
intemeratus virginei pudoris. E multis millibus una pl
cens. Superans reliquas formâ præstante puellas. Alli
ens blandis oculis. Laudem castæ virginitatis haben
Comburens avidis flammis pectora mille procorum. Ja
matura viro. Jam plenis nubilis annis. Nullum virg
neo corpore passa virum. Cujus purpureas vincunt or
colore rosas. Rudis conjugii. Cui sunt labra purpureis a
referenda rosis. Habens pupureis a mula labra rosis. C
facies niveo pulchra colore nitet. Lumina habens nitid
certantia Phœbo. Quæ castum amisit polluto corpo
florem.

VIRGINEM STUPRARE.

Virgineum nomen adimere. Solvere, recingere Z
nam. Rapere, auferre pudorem. Libare, rapere virg
nitatis honorem.

VIRI. Princeps fortunatus, fœlix, trepidus, ti
dus, infidus, agilis, solers, invictus, strenuus, durus, ri
dus, humanus, mitis, celsus honore, insignis ab arte, i
tis ad arma, æquandus superis, major virtutibus orbe
sus tellure cruentâ. Animæ fortes. Genus haud imm
virorum.

VIRTUS. Spectata, clara, laudata, rara, invicta, ard
inclyta, generosa, heroica, splendida, memoranda, co
branda. In ardua tendens. Mercede carens Carmine
vax. Expers sepulchri. Vivens, superans post fata. Cu
vivida fama nescit mori. Externis incomitata bonis. N
titiam posteritatis habens. Post obitum claros reddens.
via cui nulla est via. Virtutis imago. Gratia virtutis. C
sola perennis. Effugit extremi tristia fata rogi. Virtus
pulsæ nescia sordidæ, Intaminatis fulget honoribus. V
tus est vitium fugere, & sapientia prima Sultitiâ caru

VITA. Inculpata, incessensa, severa, lugenda, amara,
sera, pudenda, invisa, sine crimine, sine labe peracta.
be carens, vitio carens, vacua laboribus, per otia dul
sine fœnore data mortalibus, fragili mole soluta. Tri
bus anxia curis. Abiens ceu fumus in auras. Lumen vi
le. Vitales auræ. Vita nullos agitata per usus. Te

vitæ ſine labe. Noviſſima vitæ. Extremus dies fati. Series vitæ. Vitæ liberioris iter. Pignora vitæ. Tedia vitæ longæ. Tempora vitæ longa. Ævum longum, pudicè actum. Incerti ſpatium ævi. Brevis vitæ ſpatium. Secula vitæ. Fatales anni. Lux gemina, æterna, ſine caritura. Da vitæ ſpatium, longos da Jupiter annos.

VITA ÆTERNA. Vita terminanda nullis ſeculis. Fine carens. Ubi ſincera quies. Ubi ſine fine voluptas. Ubi gaudia erunt piis, qualia non oculo percepta, nec aure cuiquam, Nec fingi tacitâ qualia mente queunt. Vita perennis, non reſecanda manu fati. Gaudia vitæ beatæ. Vita cœleſtis. Altera poſt hanc vita. Nullum ubi morborum genus eſt, ubi nulla fatigat Cura animos.

VITA HUMANA. Brevis & miſera, ſomnóque ſimillima, Cito caduca. Fallax & breve vita bonum. Subitò periens. Vanus pulvis, umbra brevis, aura levis, quæ manet in nullo loco. Plena malis, & plena dolore. Fœliſſima lerna, ſentina malorum. Vallis plena malorum. Principio, medio, & fine dolenda ſuo. Nil aliud niſi mortis imago. Fugiens ſeu præpete pennâ. Pulvis & umbra brevis. Fugiens ut fumus & umbra. Subitis quæ deficit horis. Nata die gelidâ ceuroſa nocte perit. Quam ſors ancipiti cæca favore regit. Variis jactata procellis. Fertur ut in medio parvula cymba freto. Habens genus omne malorum. Expoſita omnibus fortunæ telis. Obvia telis omnibus fati.

VITAM CORRIGERE. Vitam emendare nocentem. Convertere vitam, mores, in melius. Delicti agnoſcere culpam. Quære *Corrigere ſe.*

VITAM TRANSIGERE. Agere tempora vitæ. Conſumere, complere tempora vitæ. Decurrere vitæ ſpatium. Implere fata. Vitam peragere. Vitæ explere annos. Exigere vitam, ævum, ætatem. Ducere, traducere, agere vitam. Me ſi fata meis paterentur ducere vitam Auſpiciis. Vixi, & quem dederat curſum fortuna peregi. Omnes ut decum meritis pro talibus annos Exigat. Vivo equidem, vitámque extrema per omnia duco. Quære *Vivere.*

VITAM SIBI IPSI ERIPERE. Abrumpere ſibi ipſi inviſam lucem. Abrumpere vitam inviſam, & letho ævum finire dolorem. Manu mortem invenire. Parare ſi-

bi lethum manu. Induere ſeſe mucrone. Fodere ſu
pectora ferro rigido. Mortem approperare ſibi ipſi. Sibi
met conſciſcere mortem. Sibi ipſi accerſere mortem. Ip
ſuâ Dido concidit uſa manu. Nec mora, celato fixit in
pectora ferro. Et cadit in patrios ſanguinolenta pedo

VITIS. Fœcunda, generoſa, gravida, ferax, viniflu
racemifera, pampinea, pampinoſa, frondoſa, frugifera, ra
cemos explicans. Umbracula texens. Unde dulces lac
ces, vitam ſolantia vina Legimus. Ferens fructum nobi
ore ſucco. Vitis ut arboribus decori eſt, ut vitibus uvæ. A
que malâ vites incidere falce novellas. Curvo Saturn
dente relictam Proſequitur vitem attondens, fingitque
putando.

VITULUS. Luxurians, laſcivus, protervus, lacten
imbellis. Nondum minax metuendâ fronte. Nondu
firmatis cornibus audax. Nondum gerens tenerâ fron
cornua. Quem taurum metuis, vitulum mulcere ſolebas

VIVERE. Capere vitales auras. Frui vitâ. Frui, ve
ci aurâ vitali, æthereâ. Auras ducere, trahere. Videre c
em, lucem, lumen vitale. Superare, ſupereſſe, & veſci a
râ æthereâ. Lumina ſolis aſpicere. Manet illi vita ran
Nondum lux alma receſſit. Agitare, tranſigere, ævu
Ducere, producere, trahere, agere, tollere viam. Pe
metiri tempora vitæ Quid puer, Aſcaninus, ſuperát ne,
veſcitur aurâ? Quem ſi fata virum ſervant, ſi veſcitur au
râ æthereâ, nec adhuc crudelibus occubat umbris. Et me
liore tui parte ſuperſtes eris. Affictus vitam in tener
luctúque trahebam. Quære *Vitam tranſigere.*

VIVERE BACCHANALIA. Celebrare Bacche
læto honore. Agere convivia Thyrſigeri Divi. Agere la
civa Orgia, ebria convivia Bacchi. Agitare feſta bicorn
Bacchi. Colere libera feſta Bacchi. Celebrare ſacra tri
terica Bacchi. Turba vago curſu & clamore furentu
Bacchi ludos agit. Per fora, per vicos it perſonata libidi
Et cenſore carens ſubit omnia tecta voluptas. Perc
turba furore multa nefanda facit petulantibus Bacc
diebus.

VIVERE DIV. Numerare longa tempora vit
Longævæ vivere tempora vitæ. Numerare Tithonia ſ
cula. Agere ſecula Sibyllinæ vatis. Videre tria ſecula N
ſteris annoſi. Attingere Pyliam ſenectam. Vivere ſecu
Nelei

Neleïdis. Annosi Nestoris secula exæquare, superare. Vere tempora longa Pylii senis. O quàm tu cupias ter vivere Nestoris annos, Et nihil ex ulla perdere luce voles.

DUM VIXERO. Dum spiritus hos reget artus. Dum mihi vita manet. Donec in hoc fragili corpore sensus erit Donec lumen vitale videbo. Dum mihi per calidos arcus sanguis currit. Dum Parcæ mihi mitia fila trahunt. Donec erit mihi spiritus in vivo corpore. Quoad Parca severa abrumpat stamina vitæ. Dum memor ipse mihi. Hac dum luce fruor. Dum manet hæc mihi vita comes.

VIVUS. Vescens aurâ superâ. Trahens aëris haustus. Carpens vitales auras. Vescens aurâ æthereâ. Hauriens auræ vitalis amabile lumen. Ducens communes aëris haustus. Fruens vitalis luminis usu.

ULCISCI. * Vindicare. Ulcisci cadentem patriam. Animum explere vindictâ. *Nemesis Dea erat vindictæ.* Exigere pœnas. Faxo ausa luas.

ULULARE. Ululatus spargere in auras. Terrificou. ulatu aëra, æthera rumpere. Aëra complere mœstis ululatibus. Ululatus ore dare. Tristi ululatu cuncta replere. Agri fremunt ululatibus. Fremitu consonat omne nemus. Tremulis ululatibus æthera complet. Ululatus fertur in auras.

ULYSSES. Solers, facundus, fallax, diserus, expediens, audax, ultor, victor, improbus, timidissimus, non formosus. Laërtiades. Satus Laërte. Laërtius heros. Sisyphides. Sanguine cretus Sisyphio. Penelopes conjux. Gener Icari. Dux Dulichius, Naricius, Ithacus. Æmulus Ajacis. Hortator scelerum. Qui errando tot quot bellando perdidit annos. Laceræ quem fracta tenentem membra ratis, Semeles est miserata soror.

UMBRA. Manifesta, vera, inanis, horrens, flexilis, pavidentalis, nocte volans, nocturna, noctivaga, tenebrosa. Comes euntibus per solis radios. Quæ manet in nullo loco. Lucus in urbe fuit media lætissimus umbrâ. Lenes texunt umbracula vires. Patulæ recubans sub tegmine fagi. Pecudes, umbras & frigore captant. Nox atra ravâ circumvolat umbrâ.

UMBRAM FACERE. *Umbram inducere. Ramos, & brachia tendere latè. Umbram pastoribus arbor sufficit.

Obumbrare. Gratis nemus viatorem lassum complecti. tur umbris. Porticus explicat umbras. Faciunt umbracula vites. Pinus & populus umbram hospitalem consociant. Obtentu frondis inumbrare. Sylva frondibus Phœbæos summovet ignes.

VNCVS. Rostra apta rapinis. Vnguibus hamus inest.

VNDA. Placidissima, angusta, salubris, marina, palustris, fluvialis, putealis, fluminea, cum murmure labens, concreta frigore, vincta gelu. Impetus undæ Vt mare, solicitum strident refluentibus undis. Quære *Fluctus.*

VNGERE. Membra perungere. Diffundere unguentum in artus. Redolentibus unguentis ungere. Imbuere membra fragrantibus succis. Perfundere tempora sacro olivo. Tingere olei recente succo. Oblinere. Inungere. *Nitido stillant unguenta capillo. Puro distillant tempora nardo. Capillus Arabo rore olet.

VNGVIS. Rigidus, rigens, scaber, niger, avidus, curvus, aduncus, hamatus, recurvus, falcatus, lacerans genas. Ora secans.

VOLARE. Pennis labi per auras. Movere pennas per aëra. Præpete pennâ se ferre per auras. Tranare aêra pennis. Volatu ferri per aëra. Tolli, niti pennis in aëra. Librare, quatere pennas in aëre. Secare aëra stridentibus pennis. Carpere æthereum iter volucri pede. Carpere iter alato pede. Ferri, ire per auras levibus pennis. Metiri aêra celeri volatu pennarum. Corpus in altum librare pennis. Findere aërem pennis. Credere se cœlo. Ingredi æthera. Æthereum pervolat altus iter. Volare per aëra remigio alarum. Sublime volare. Pernicibus esse alis. Paribus niti alis. Fertur in arva volans. Tenues se sustulitales in auras. Pennis se tradere cœlo. Tendere iter pennis. Internubes ferre membra. *Se* seper inani a nubila librare. Æthera verberare alis. Scindere aëra pennis.

VOLVCRES. * Sylvicola cohors, quæ remigiis præpetibus sola liquida tranat. Εἰρεσίαν πτερῶν σείεσι, quatiunt remigium alarum.

VOLVNTAS. Honesta, laudanda, officiosa, animosa, temeraria, propensa, libera, prona. Regens imperio motus in corde vagantes. Placidè amplectens, & volens quæ ratio probat. Tua si mihi certa voluntas. Si fert ità corde

volun.

voluntas. Sic fata tulere. Velle ſuum cuique eſt. V. *Velle.*

VOLUPTAS. Brevis, damnoſa, vera, non vera, infamis, turpis, vitioſa, ſcelerata, inſatiabilis, obſcœna. Inimica virtutis. Diræ triſtitiæ ſuaviſſima domitrix. Trahit ſua quémque voluptas. Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas. In vulnus nunquam virtus, ſed ſepè libido Impellit, turpíſque emitur vel morte voluptas. Brevis una voluptas Mille parit luctus. * Κακῶν δ' ἔσχατος, eſca malorum. V. *Libido & quæ ſequuntur.*

VOLUPTATIBUS INDULGENS.

Sequens luxum inertem. Molli luxu diffluens. Luxui indulgens. Immodicus, luxurioſus. * Frangere ſe luxu. Deliciis luxuriare novis.

VOMER. Curvus, aduncus, uncus, obtuſus, attritus. Tenuatus ab uſu *Rumpens*, ſaucians duram humum. Sulcans terram. Evertens glebas. Dens aratri. Dens curvus. Vomis renovans terram.

VOMERE. Egerere dapes. Eructare cibos. Rejicere, ejicere, remittere cibos eſos. Ejectantemque cruentas Ore dapes, & fruſta mero glomerata vomentem. Ore rejectare. Non ſemel eſt ſtomacho nauſea facta meo.

VORAGO. Hians, ſinuoſa, horrifica, præceps, inſatiata, obſcura, profunda, cæca, ſtagnans, vaſta. Hiatus. Abyſſus. Profundum. Barathrum irremeabile, abruptum, triſte, horendum.

VOTUM. Pium, ſacrum, puerile, irritum, vanum, caducum, impetrabile, temerarium, ſecurum repulſæ Votivæ voces. Non vana in vota vocare. Quid prodeſt, cœlum votis implere Neæra? Pro quo ſollicitas cœleſtia numina votis?

VOVERE. Devovere. Votum facere. Nuncupare votum. Vota concipere, ſuſcipere, ferre, multiplicare, capeſſere. Dicare pia vota Deo. Vota vovere Deo. Vota immortalia ſacrare alicui. Onerare æthera votis. Solvere vota debita. Animam devovere alicui. Obligare ſe voto. Junoni votum facite impetrabile.

VOX. Ficta, falſa, mentita, timida, fœminea,

parilis, fera, ferina, insana, sine pectore, blanda, dulcisona, canora, arguta, vocalis, submissa, intenta. Consona menti. Vocalia ora. Concentus vocis. Pignus vocis. Mutandis ingeniosa sonis.

UPUPA. Volucris cui stant in vertice cristæ. Cui prominet immodicum rostrum.

URBS. Magnifica, clara, magna, splendida, plena viris, domita bello, obsessa, coctilibus cincta muris. Ampla situ, domibus decorata superbis. Montis in excelso stans vertice. Fœlix flore virûm. Populosa viris. Ardua muris. Circumdata fossis, vallis. Templis religiosa piis. Populis dominata superbis. Erectos quæ tollit ad æthera muros. Oppida regni divitiora. Nondum præcipites cingebant oppida fossæ.

* Orbem ipsum in una urbe videre puta. Contraxit natura orbem, & effigiem totius orbis in urbe dedit. Urbanus est, comis, & venustus. Est ipsa urbanitas. Fasces honoris omnibus submittit.

URBEM DIRUERE. Vertere ab imo mœnia. Urbem subruere, solo æquare, disjicere, evertere, subvertere. Res vertere fundo. Urbem à culmine sternere. Urbem destruere. Urbis muros æquare solo. Mœnia concutere, sternere. Fundamenta quatit totámque à sedibus urbem Eruit. Evertere inimicis ignibus urbem. Vertere urbem in cineres. Urbis tecta redere æqua solo. Deformare excidiis urbem. Trojanam excindere gentem.

URERE. Dare flammis, ignibus. Dare in flammas. Imponere flammis. Tradere, commitere aliquid voracibus flammis, Vulcano. Flammâ crepitante cremare. Subjectis urere flammis. Totum involvere flammis nemus. Dare flammis adolenda. Exurere. Omne mihi vitium considere in ignes Ilium. Sæpè etiam steriles incendere profuit agros, Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis. Jusserat hæc rapidis aboleri carmina flammis. Proternet patrios impia flamma lares.

URSA MAJOR & MINOR.

Ventosæ, algentes, sibilantes, opacæ, glaciales, geminæ, ge-

gelidæ. Proxima signa Polo. Liquidi immunia ponti. Gemini triones. Esse duos arctos quarum hæc Cynosura vocatur Sidoniis, Helicen Graia carina notat. Sidera præbentia formam plaustri.

URSA MAJOR. Helice, Parrhasis, obliquos axes vertens, nitido splendore fulgens, Graiis nautis observanda, Graios regens per altum. Ursa Erymanthis, Mœnalis, Mœnalia, gracialis, hiberna, Calistonica, Licaonia, Scythica, ætherea, sinnosis flexibus. Calisto Arcadios erraverat ursa per agros. Hæc nocturna suo sidere vela regit.

URSA MINOR. CYNOSURA. Fulgens, nitens, moderans puppes. Dux Sidoniis carinis. Tyrios regens per altum. Fidissima nautis sulcantibus vada cærula Neptuni. Sidoniis fidissima nautis. Quæ nunquam lymphis septem mersisse triones Cernitur, Oceano lumina blanda negans.

USURA, FOENUS. Fœnus avidum, grande, ingens, copiosum, fœcundum. Exitiale bonis. Depascens publica commoda. Turpiter exhauriens privatas opes Usura vorax. Comes avaritiæ.

USURAM EXERCERE. Quærere divitias injusto fænore. Capere, sectari, captare, quærere fænore, usurâ vorare lucra. Facere lucrum positis in fœnore nummis. Fœnus exercere. Infligere usuras.

USURARIUS, FOENERATOR. Avarus, avidus, cupidus, impius. Lucris inhians. Lucra captans. Lucrum faciens positis in fœnore nummis. Alieni appetens. Tantùm sua commoda spectans. Divitias injusto fænore quærens. Quæstibus injustis suas opes augens.

UTI. Carpere, percipere fructum. Frui. Potiri. Regni commoda carpe mei.

UVA. Tumida, tumens, plena purpureo mero, expressa incultis pedibus, pensilis, pendula, pampinea, racemifera. Fundens merum. Succus uvæ. Incultísque rubens pendebit sentibus uva. Plenáque purpureo subrubet uva mero. Varias solet uva racemis Ducere purpureum nondum matura colorem.

VULCANUS. Junonigena. Mulciber. Ignipotens Deus, Pater Lemnius. Tardipes, loripes, claudus, claudicans. Qui obliquo pede claudicat. *Κύριον τέχνης, Dominus artis.

VULGUS. Mobile,inane, leve, rude indoctum, artis expers,ignobile,incertum,profanum,mutabile,variabile, futile,rebelle,inconstans. Pessima sectans, dum meliora probat.Monstrum execrabile, sine nomine. Rudia agmina trepidi vulgi. Stupidi fæx infima vulgi. Quod modò huc, modo flectitur illuc. Scinditur incertum studia in contraria vulgus.

VULNERARE. Infligere, incutere vulnus. Vulnerare,lædere, violare. Cuspide, Mucrone lædere. Dare, facere vulnus.Gladio,ense ferire. Facere saucium. Dare cuspide vulnus.Corpus perstringere.Inter se vulnera jactant.Hasta per armos acta tremit. Dividere immani vulnere malas.Lateri capulo tenus abdidit ensem. Fixum ferrum in pulmone repescit.Têrque quatêrque gravi junctûras verticis ictu Rupit, & in liquido jacuerunt ossa cerebo. Lancea consequitur, rumpítque infixa bilicem Loricam,& summum degustat vulnere corpus.

VULNERARI, VULNERATUS. Pati, tenere, accipere,sentire,habere vulnus.Ferre vulnus abaliquo.Hæsit in corpore vulnus. Laniatus corpore toto. Saucius parvo vulnere.Vulnere acerboconfici.Infixum stridet sub pectore vulnus. Heu patior telis vulnera facta meis. Ob patriam pugnando vulnera passi,Vulnere tardus Ulysses.

VULNUS. Immedicabile, sanabile, honestum, non corpore dignum, mortiferum, cuspide factum. Pectore clausum. Lethale, lethiferum, hians,hiulcum, cruentum. Immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. Quæ causa indigna serenos fœdavit vultus, aut cur hæc vulnera cerno. Nullásque in corpore partes Noscere quas posses, unúmque erat omnia vulnus.

VULNUS CURARE. Sanare, tollere vulnera. Levare,fovere,ligare vulnera.Mederi vulnera.Medicam adhibere manum vulneri.

VULTUS. Juvenilis,virgineus,serenus,nitidus, placatus,placidus,amicus,severus, gravitate plenus, trux, rigidus,torvus,agrestis,iratus,albus, & sine sanguine, aratus rugis,lugubris,prudens sine rusticitate.Prodens animum.Qui taciti certissimus index pectoris esse solet.Vultum verba decent iratum plena minarum.

VUL-

VULTUM EXHIBERE. Develare, revelare, promere ora, vultus.

VULTUM TEGERE. Abscondere, celare, condere, abdere vultum, vultus. Tegere lumina veste. Vestibus ora tegere. Prætendere oculis vestem. Manus oculis opponere. Ante oculos opponere palmas. Protegere ora dextrâ.

UXOR. Pudica, legitima, fida, fidelis, amata. Socia tori, lecti. Sociata fœdere lecti. Consors, particeps tori, Conjux amabilis. Faciens virum prole parentem. Servans jura jugalia. Servans casti socialia fœdera lecti. Non temerans, fallens fœdus conjugale. Rudis ad Veneris furtum. Cujus viræ tenor est sine labe. Multos dilecta per annos. Similis probitate marito. Connubio juncta stabili. Vinclo sociata jugali. Connubiis sociata, Puerisque beata creandis uxor. Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere tedâ. * Quæ novit leges perferre mariras.

UXOREM DUCERE. Legitimo fœdere sibi jungere nuptam. Connubio stabili sibi jungere aliquam. Recipere aliquam in fœdus lecti, sociam tori, connubii. Aliquam sibi vinclo sociare jugali. Subire vinclum maritum. Jugales tedas accipere. Socii fœdus inire, subire tori. Socialia vincla subire. Debita jura subire tori casti, Coire in fœdera socii lecti.

UXOREM NOLLE. Fugere, odisse connubia. Aversari tedas jugales. Usum conjugii negligere. Abhorrere ab uxore, à re uxoria.

X

XANTHUS.

XAnthi aqua. Xanthiunda. Xanthi cognomine rivum agnosco. Xanthus nec reperire viam, atque evolvere posset in mare se. Ardentésque avertit equos in castra, priusquam Pabula gustâssent Trojæ, Xanthumque bibissent. Qualis ubi hybernam Lyciam, Xanthique fluenta Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

XENIA, * Strena. Munera quæ Jani dantur Calendis.

Z.

ZELUS RELIGIONIS, & ZELOSI.

Cœlesti face flagrabas, & Regis amore, Cœlituum. Hunc unum suspirabas, hunc scilicet unum. Noctes atque dies infixum corde gerebas. Unius Christi tantum inflammatus amore. Omnia fastidis, cupis hunc nec cætera curas, Hunc unum tibi cor, tibi mens hunc deperit unum. Divini jaculis haud mollibus ictus amoris Ibat ovans, cupidus, ceu pactam it conjugis olim, In thalamos juvenis, primæ ad nova gaudia noctis. Protinus, affiati cœli divinitus aurâ, Tollebant actus ab humo super æthera mentes.

ZODIACUS.

Habens bis sex figuras. Gerens duodena signa, sidera, cœli micantia signa. Qui gerit volvens bis sex signa ardentia. Signifer. Orbis Signifer. Circulus obliquus. Gyrus inflexus.

ZODIACI SIGNA DUODECIM.

ARIES.

Laniger, corniger, celer, trux. Ductor cornigeri gregis. Pecus velleris aurati. Dux gregis. Ovium sator. Nepheleius quadrupes. Signorum princeps. Principium signis. Fulgens aurato in vellere. Reddens parem noctem & diem. Faciens tempora diurna æqua nocturnis. Non longâ statione locatus. Imago lanigeræ pecudis. Phryxea pecus. Aurata pecus. Vellera Phryxeæ pecudis. Vellera aurati pecoris. Signa aurati velleris. Fulva ovis quæ nitido vellere per mare gessit Phryxum, Phryxsque sororem. Qui non bene pertulit impositam sibi Hellen.

TAURUS.

Corniger, horridus, ignifer, ardens, Agenoreus, nitens frontem, jacens flexo crure, aureus cornua, cornibus insignibus auro. Cui duo cornua aurata è vertice surgunt. Europæ victor. Imago. tergora, sidera tauri. Tauri lucida signa. Cornua radiantia, micantia, torva laboriferi tauri. Secundum astrum. Vacca sit an taurus non est cognoscere promptum, Pars prior apparet, posteriora latent.

GEMINI. Cygnigeni fratres. Tyndaridæ juvenes. Duo Tyndaridæ. Germani pares. Progenies duplex. Proles duplex Jovis. Gemini Helenæ fratres. Frater cum Caſtore Pollux. Sidus geminum. Sidera geminorum fratrum. Ledæa ſidera. Ledæi fratres. Imago juvenum duorum. Lampas Tyndaridum. Gemini ardentes nitido igne.

CANCER. Aduſtus, ardens, calidus, rapidus, fervens, æſtivus, ſole peruſtus, rubicundus, preſſus ab Hercule, curvans brachia, adurens ſiccos agros. Non gradiens recto limite. Retrogradus. Æthereus. Ignitus. Sidus pluviale. Sitientis ſidera cancri. Cancri torridus ignis. Cancri gemmantis imago. Æſtivi cava tergora cancri. Octi pedis cancri ſigna. Ardens, flagrans carcinus. Chelæ. Concava, ſinuoſa brachia ſiderei cancri.

LEO. Æſtifer, flammifer, Nemeæus, Molorchæus. Preſſus Herculeâ manu. Primus labor Herculis. Mixta cum virgine ſurgens. Tenens tecta proxima cancro. Fulgida ſtella leonis. Terga, ora ſicci leonis. Fera preſſa ſub Herculeis manibus. Stella leonis. Sidus Cleonæum. Dionæi ſideris Aſtrum. Molorchææ faces. Animoſi ſigna Leonis. Solſtitiale caput Leonis.

VIRGO. Innuba, alma, inculpata, optima, candida. Tegeæa, ſpicea munera geſtans. Cui flagrat ariſta. Quam Libra comes ſequitur. Cui ceu Siriaco torretur ſpica calore. Fulgida ſtella Erigones. Species virginis almæ. Almæ virginis aſtrum. Aſtræa. Puella Erigone. Jubar Erigones. Signa Aſtrææ. Erigone ſacrata pio parentis amore. Erigone ſeculi regina vetuſti.

LIBRA. Pendula, pendens lance pari. Bilanx pendens pari pondere, juſtitiæ miniſtra. Dividens medium orbem luci atque umbris. Suſpendens noctem paribus diebus. Æquans nitidos dies obſcuris noctibus. Æquans diem noctémque paribus horis. Trutinæ ſpecies. Æquale jugum. Tepidum ſidus libræ. Pondera libræ. Æquata brachia libræ. Lances libræ.

SCORPIUS. Violentus acumine caudæ. Veneno armatus. Ferens caudâ lethale venenum. Venenifer caudâ uncâ. Elatæ metuendus acumine caudæ. Pandens, expandens & exercens audaciùs chelas. Curvans brachia longo circuitu. Violenta cuſpide ſævus. Animal, quod

quod caudâ dirigit ictum. Nepa. Astra Nepæ. Signa Nepæ. Chelæ minaces.

SAGITTARIUS. Arcu pollens, tendens arcum, tergeminus. Jaculis armatus & arcu. Curvans, sinuans arcum. Minitans volucri sagittâ. Semivir arcipotens. Sagittifer. Chiron armatus arcu. Centaurus tela gerens. Sidera Phillyri senis. Æmonii arcus. Æmoniæ sagittæ. Senior formæ conjunctus equinæ. Thessalicæ sagittæ. Formæ bicorporis astrum.

CAPRICORNUS. Annosus, imbrifer, humidus, Tropicus, Solstitialis. Caudâ, cornúque minax. Radiantia cornua tollens. Cornibus armatus. Salsi gurgitis hircus. Corniger hircus. Caper liquidi æquoris. Cornua capri. Sidus capricorni. Astra, sidera capri. Æquoris hircus. Tyrannus Hesperiæ undæ. Ædes Ægocerotis.

AQUARIUS. Humidus, humens, udus, fluvialis, madidus, nimbifer, Juvenilis resupinans humentes urnas, effundens aquam urnâ, gerens urnam. Spargens, deturbans pluvias, gestans turbidas aquas. Sidus Aquarii. Fusor aquæ. Juvenis gestator aquæ. Puer Iliades, Iliaeus, Idæus. Trojanus superis pocula miscens. Cui aquæ fecerunt nomen, Hydrochoos, Phrygius, Ephœbus. Pocula Ephœbi. Hydrophorus juvenis. Ganymedes natus Dardanio Troë, Quem divûm mensis astare loquuntur. Ganymedeæ aquæ, lymphæ. Astrum fusoris aquæ.

PISCES. Ætherei æquorei gemelli, duo gemini sub æthere. Duo signa sub uno. Ultimus ordo. Qui nectuntur caudas latè fusis ex ordine stellis. Amantes flumina. Rutilantia sidera aërei piscis. Pluviosi sidera piscis. Sidus piscis æquosi. Lucida terga. Quos geminos fusa vincla astringunt.

ZYTHUS. Cervisia, vel Cerevisia dulcis, grata palato, levans, restinguens, sedans sitim. Pellens turbatæ nubila mentis. Ejiciens tristes ex animo, mente, corde dolores. Turbans cerebrum, capitis penetralia. Ceres lupulo cocta. Vinum hordeaceum. Cerealis potus. Poculum cereale.

ZYTHUM COQUERE.

Conficere cerealem liquorem. Cererem crasso confundere succo. Cererem coquere lupulo.

Solinus

Solius Virgilii Latinorum Poëtarum omnium Principis univoca nomina, Græcis Synonyma *dicta.*

ACHERON.

AMnis ſeverus Eumenidum.
ACHILLES. Pelides.
ÆNEAS. Veneris filius. Teucrorum Rex. Natus Dâ. Satus Anchiſâ. Anchiſiades. Tros Anchiſiades. Satus ſanguine Divûm. Anchiſâ generate, Deûm certiſſima proles. Dux Anchiſiades. Dux inclyte Teucrûm. Laor econtius Heros. Fortiſſimus Teucrûm. Maxime Teucrorum ductor. Teucrum, atque Italûm fortiſſime ductor. Trojus Heros. Dux Dardanius. Ductor Rhæteius, Romanæ ſtirpis origo.
ÆOLUS. Rex tempeſtatum.
ÆQUINOCTIUM Libra dies somnique pares ubi fecerit horas: Et medium lucis atque umbræ jam dividet orbem.
AER. Jupiter pro aëre ſæpe ponitur.
Maturis metuendus Jupiter uvis, *id eſt, tempeſtas aëris, & varietas.*
Aëris in campis. Magnum per inane. Longum per inane. Vacuum per inane. *Inane vocamus aërem, quod vacua omnia impleat. Nihil enim pari natura vacuum poteſt.*
Levis æther. Inter liquidum. Liquidus æther.
AER INFECTUS. Corruptus cœli tractus.
Æs. Metallum æris.
ÆSTAS. Et quantum longis carpent armenta diebus.
Ubi pulſam hyemen ſol aureus egit ſub terras, cœlumque æſtivâ luce recluſit.
Alis pandere ad æſtivum ſolem.
Quâ parte calores Auſtrinos tulerit.
ÆSTUS. Rapidi potentia Solis Sol rapidus. Fervor. Ardor, Calor.
ÆTHER. Ætherea plaga. Æthera ſiderea.
ÆVUM. Terminus ævi. Vetuſtas ævi. Meta ævi dati.
AFRICA. Libyæ oræ. Pænorum arva. Libyæ regna. Libycum littus. Deſerta ſiti regio. Libyæ ſolis erratur in agris. Libyæ deſerta. Et Libyæ luſtrare extrema jubebo.

AGAMEMNON.

Atrides. Ipſe Mycenæus magnorum ductor Achivûm.
AGASO. Agitator aſelli.
AGER. Pinguia culta. Fertilis ubere campus. Jugera ruris. Flores rura. Arva.

AGGER

AGGER.

Oppositas moles pellit Agger terræ.
Ecce maris magni claudit nos obice Pontus, *i. e aggere.*

AGMEN. Conventus trahit in medios, turbamque sonantem.
Enm stipata regebat Turba ducum. Caterva. Manus. Cohors.

AHENUM. Costæ Aheni.

ALA. Remigium alarum. Pennæ præpetes.
Volucri vestivit tegmine corpus.

ALBA. Albanæ urbes. Albani patres. Albani reges. Albæ de nomine dicti

ALECTO. Virgo fata nocte. Cocytia virgo. Erinnys.

ALPES. Aggeribus socer. Alpinis descendens. Alpinæ nives.

ALPHEUS. Elidis amnis. Alphea flumina Pisæ.

ALVEARIA. Aula. Ædes. Cerea regna. Cellæ. Castra. Caveæ. Cubilia ramosa. Sese in cunabula condent. Domus. Horrea. Lares. Limina. Nidi. Oppida. Patria. Portæ Penates. Præsepia. Septa domorum. sedes. Stabula. Tecta. Thalami.

ALVUS. Uterus.

AMBROSIA.

Ambrosiæ odor liquidus. Ambrosiæ succus salubris.

AMOR. Est mollis flamma medullas. Ignis occultus, cæcus. Et cæco carpitur igni. Furor insanus, *de vehementi amore.* Vulnus tacitum. Stimuli amoris.

ANDROMACHE. Hectorea conjux. Conjux Hectoris.

ANIMA. Aurai simplicis ignis, Sensus æthereus, Spiramenta animæ. Latebræ animæ.

ANIMÆ. Tenues sine corpore vitæ. Exangues umbræ. Umbræ ibant tenues, simulacraque luce carentum.

ANNUS. Annuus exactis completur mensibus orbis.

ANTRUM. Lustra ferarum. Domus montis. Magna ora domus. Fores antri. Ferarum tecta. Stabula alta ferarum. Spelæa ferarum. Seu terra minutis Rara foraminibus. Specus. Domus alta. Spelunca. Caverna.

ANUS. In vultus sese transformat aniles.

APOLLO. Phœbus. Pastor ab Amphryso. Delius vates. Carminis auctor Phœbus Apollo. Nomina Phœbi.

AQUA. Agmen aquarum. Gelidus liquor. Poculaque inventis Acheloia miscuit uvis. *(Poculum pro aqua quæ continetur in poculo per Metonymiam.)*
Humor. Fluvii recentes. Lympha. Latices calidi. Unda. Largos humeris infundere rores.

AQUILA. Jovis ales. Jovis armiger. Caucasæaque refert volucres *(i. e. aquilas.)*

ARABIA.

Panchaia pinguis arenis thuriferis. Eos Arabum domus.

ARCUS. Cornuaque intensa teteudit *(i. e. arcum cornuum.)*
Nervus equinus *(i. e, arcus ex equi nervis factus.)*

ARENA. Nimbus arenæ. Agger arenæ. Examina arenæ.

ARGENTUM. Argenti rivus. Spuma argenti. Pondus argenti. Talentum argenti. Sen en argenti,

ARTI-

ARTIFEX. Manus artificis.
ARUNDO. Sylva arundinea. Arundinei canales.
ARX. Caſtrum. Caſtellum Montoſum.
ASCANIUS. Julus. Dardanius puer. Nepos Veneris.
ASIA. Urbes Aſiæ. Oræ Aſiæ. Orbis Aſiæ. Campus ubi Troja fuit.
ATHENIENSES. Theſeidæ. Cecropidæ.
AVARITIA. Amor habendi. Auri amor. Auri ſacra fames.
AVIS. Turba agminis aligeri. Alitum genus. Pictæ volucres. Alas. Agmen aligerum. Vitæ volantum. Nubes aërea volucrum. Catervæ avium, cœtus ſublimis. Gaudete, ô celeres, ſubnixæ ramis altis.
AURUM. Auri metallum, Nitor auri. Aurea vena, Auri talenta. Auri pondus. Species auri.
AURIGA. Equorum agitator.
AURORA. Conjux Tithonia.
AUTUMNUS. Atque ubi jam breviórque dies & mollior æſtas. Autumni ſub frigore primo. Prima vel autumni ſub frigora.

B.

BACCHUS.

LYæus. Liber. Lenæus pater. Iacchus.
BARBA. Tum mihi prima genas veſtibat flore juventa. Purpureus genæ. Ora puer primâ ſignas intonſa juventâ :
Tu quoque flaventes primâ lanugine malas. &c.
BELLUM. Fata belli horrida. Peſtis belli. Grave Mortis opus. Incendia belli. Rabies belli. Scelerata inſania belli. Horrentia Martis arma. Mars dubius. Belli labor, pericula, prælia, certamina.
Tempeſtas. *Nam peculiare eſt, Poëtæ belli impetum cœli tempeſtatibus comparare : Sic* Virg. 7. Æn. *bellum comparat diluvio. Nam in bello non ſecus ac in tempeſtate & diluvio omnia proſternuntur, & intereunt.*

BELATOR.

Acer armis. Armis inſignis. Inclytus armis. Egregius armis. Bello expertus & armis. Inſignis fœlicibus armis. Pictis conſpectus in armis. Acerrimus armis. Haud furto melior, ſed fortibus armis. Ingenitor armis. Inſignis præſtantibus armis. Ingens animis. Ingens corpore & armis.
Savus in armis. Egregius fulgentibus armis. Acer in armis. Qui tunc florebat in armis. Durus belli. Aſperrimus ſtudiis belli. Genus intractabile bello. Genus inſuperabile bello. Bello vivida virtus. Clarus bello. Invicta bello dextera. Bello expertus & armis. Proles pulcherrima bello. Sunt nobis fortia bello pectora. Gens bello præclara. Et bello lecta juventus.

tus. Bellis assuetus. Ductor fortissimus bello: Pars ingens belli: Vivida bello dextra viris, animásque ferox, patiénsque periclí: Proles bello præclara. Experti bello juvenes. Defueta bello agmina. Frigida bello dextra.

BIVIUM. Partes ubi se via findit in ambas.

BOREAS. Aquilo. Boreæ frigus penetrabile. Spiritus Boreæ. Vires Boreæ.

BOS. Mugitus boum. Armenta boum. Forma bovis. Corpora boum.

BUBO. Alitis in parvæ subitò collecta figuram.
Quæ quondam in bustis aut culminibus desertis,
Nocte sedens, secum canit importuna per umbras.

C

CACUMEN.

VErtex: Apex, Culmen. Summi vestigia culminis.

CACHINNUS. Risus solutus.

CADAVER. Corpus frigentis & ora. spoliatum lumine. Exuviæ. Funus. Cineres ingrati. Confusæ stragis acervus. Corpus exanimum. Exanimus.

CADUCEUS & UM. Virga Mercurii.

COECUS. Captus oculis. Cui lumen ademptum.

CAJETA. Æneïa nutrix.

COELUM. Arx ætherea. Cœli convexa. Supera, alta. Ætherea plaga. Siderea sedes. Deûm domus alta. Supera convexa. Tecta Jovis. Regnum Jovis. Sedes superæ. Domus omnipotentis Olympi: Aërea sedes. Aurea stellantis regia cœli. Auræ ætherea. Ad superum sedes ascendere.

Ad sidera rursus Ætherea & superas cœli venisse sub auras.

Cœli porta. Supero regna. Aurea cœli regia: Orbes ætherei. Regna cœli. Sidera. Insuetum limen Olympi.

COEPTUM Fortes ausus.

CALAMITAS. Clades. Casus acerbus. Disc rimina rerum. Fati asperi. Incommoda. Labores duri. Malum. Pericula. Res egenæ, arctæ, duræ.

CALCAR. Quadrupedémque citum ferrato calce fatigat.

CALCEUS. Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis. Barbara tegmina crurum. Continuis rimis calcanea scissa rigebant. Crudus tegit altera (vestigia) pero. Ocrea.

CAMPUS. Maxima spatia campi. Campi æquor. Æquor, pro *planitie campi.* Per apecta æquora, *(i. e.) per planitiem camporum.*

CANDELA. Inverso bibulum restinguens lumen olivo.
Oppositáque manu lumen defendit ab aura.
Lumina sida locat.

CAPITOLIUM.

Tarpeïa sedes. Tarpeïa arx. Capitolii in mobile saxum.

CAPELLÆ. Caprigenum pecus. Capræ.

CAPER. Vir gregis: Pater Hœdorum: Hircus.

CARTHAGO. Tyriæ arces. Arces Carthaginis. Urbs Sidonia: Punica regna vides: Urs Tyria: Urbs Agenoris.

CASEUS

CASEUS. Et pressi copia lactis.
CASSANDRA. Priameïa virgo : Cassandræ vatis imago:
CASTRA. Tentoria : Hic sævus tendebat Achilles.
CAVERNA. Tutâ latet arce viator. Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi. Sæpe exiguus mus sub terris posuitque domos atque horrea fecit. Sub terra fodere larem: Est specus ingens Exesi late re in montis.
CERBERUS. Ingens Janitor antro Æternùm latrans exangues terreat umbras.
Tartareus custos. Janitor orci.
CERES, Eleusina mater.
CETE. Immania corpora ponti.

CHARON.

Portior orci. Navita sed tristis nunc hos, nuncaccipit illos:
CHASMA. Video medium discendere cœlum.
CICONIA. Cùm vere rubenti candida venit avis longis invisa colubris.
CIRCE. Solis filia. Nymphâ genitum Laurente Maricâ.
COITUS. Concubitus, Dulcia furta.

COMMODUM PUBLICUM.

Tantúmque bonis communibus obsto.

CONSANGUINITAS.

Consanguinitate propinquus. Cognato sanguine vinctus. Quódque à stirpe fores geminis conjunctus Atridis.
CORCYRA. Phœacum arces.
CORONA. Sertum. Mollique fluentem fronde premit crinem.
CONSCIENTIA. Mens sibi conscia recti.
CRAS. Crastina hora.
CRETA. Curetes. Dictæum antrum, Oræ Curetum. Cressia nemora. Gnosia regna. Gnosia tellus. Minoïa regna. Littora Cretæ. Cretæa Ida.
CREUSA. Divæ Veneris nurus.
CRIMEN. Sceleris contagia. Scelus. Vestigia fraudis. Commissa piacula. Nefas. Culpa. Facinus. Conscius audacis facti, Et mala mentiris gaudia (*sc. ex flagitiis perpetratis concepta.*)
CROCUS, Crocei odores. Croceis halantes floribus horti.
CRUDELIS, Quem nec longa dies, pietas nec mitigat ulla. Ferus. Corda aspera. Trux. Sub truce nunc, parvi ludentes Colchide nati.
CUMÆ, Urbs Cumæa, Cumarum oræ. Chalcida arx, Sedes *Sibyllæ.*
CUPIDO. Flagrantésque Dei vultus simulatáque verba. Nate patris summi, qui tela Typhoëa temnis Intideat quantus miseræ Deus, At levis *ille* Deus.
Sed malus ille puer, quem nec sua flectere mater Iatum potuit. Natus Veneris.
CUPRESSUS, Fronde coronat Funereâ, Cyparissus.
CURRUS. Plaustrum. Axis, ut Volat vi fervidus axis : Axis faginus ; *id est, currus de fago factus.* Bigæ. Quadrigæ.
CUTIS. Pelli. Corium, Tergum. Tergus. Vellus.

CYG.

CYGNUS. Littoreas agitabat aves.

CYBELE. Magna Deûm genitrix Phrygia mater. Berecynthia mater. Idæa mater. Alma parens. Idæa Deûm, cui Dindyma cordi, Turrigeræque urbes, bijugique ad fræna leones. Cybelle.

CYCLOPES & GIGANTES. Genus Cyclopum. Ætnæi fratres. Titania pubes. Terræ alumni.

D.

DAMNATUS.

NOn me impia namque Tartara habent, tristésque umbræ.

DARDANUS. Electrâ Atlantide cretus.

DAUNUS. Parens Turni. Daunius Heros.

DELOS. Ortygia. Urbs Apollinis.

DIANA. Phœbi soror. Trivia. Nemorum cultrix. Latonia virgo. Diâtyma.

DIDO. Phœnissa. Elisa.

DIES. Longi soles, *pro diebus.* Lux toto longior anno. Melior pars acta diei, Horæ diurnæ.

SUB DIO. Nudóque sub ætheris axe.

DII. Divi cœlestes: Animi cœlestes. Cœlicolæ. Supera. Alta tenentes. Cœlestia corpora. Gens Deûm. Numina Divûm.

DILIGENTIA. Vigilantia. Industria. Si quid in arte mea possum promittere curæ.

DIOMEDES. Tydides.

DOMUS. Septa domorum. Limina tectorum, Ostia domûs Ingentis. Sedes. Patria. Penates. Domorum tecta. Ædes. Tecta. Limina nota.

E.

EBUR.

ELephantus solidus. Corsellæ tereti nectebat dente cicadæ, *i.e.* dente eburno.

EBRIUS. Multóque jacebat Membra Deo victus. Expletus dapibus vinóque sepultus.

ECLIPSIS. Cum caput obscurâ nitidum fuligine texit. (*sc. Sol.*) Defectus varios solis, lunæque labores, Impiâque extremam timuerunt sæcula noctem. Nec fratris radiis obnoxia surgere luna.

ECCHO. Aut ubi concava pulsu saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.

Et vox assensu nemorum ingeminata remugit.

Et vocem latè nemora alta remittunt. Vocemque inclusa volutant Littora. Gemitu nemus omne remugit.

ELOQUENTIA. Nec fando victor Ulysses. Larga copia fandi. Quarum quæ fandi doctissima Cymodocæa.

ELYSIUM. Elysius campus, Devenêre locos lætos & amœna vireta Fortunatorum nemorum, sedésque beatas. Et pauci læta arva tenemus. Amœna piorum consilia.

EQUES. Equitúmque exercitus omnis, Agmen equitum. Equûm domitor.

Equum

Equus. Pecus equinum. Inſtratos Oſtro alipedes. Quadrupedémque citum ferratâ calce fatigat. Geminóſque jugales. Stat sonipes & fræna ferox ſpumantia mandit. Cornipes. Alipes. Quadrupedans.

Evander. Arcadius rex. Rex Arcas. Romanæ conditor arcis.

Eumenides. Erynnyes. Sorores Tartareæ. Diræ. Agmina Eumenidum.

Excidium. Venit ſummâ dies. Ultima dies. Res ſumma. Supremus labor. Sors ſuprema. Hinc equidem occaſum Trojæ triſtéſq; ruinas Solabor.

Exercitus. Manus omnis. Copiæ Teucrum. Nimbus peditum. Agmen equitum. Florentes ære catervæ. Equitatus. Robora lecta pubis. Globus ingens. Dant cuneum, densáque ad muros mole feruntur.

Exul. Finibus extorris, complexu avulſus Juli. Profugus ab oris patriis. Ignotis exulat oris. Pulſus patriâ.

F.

FALX.

CUrvo Saturni dente relictam Perſequitur vitem attondens.

Fames. Penuria edendi. Improba ventris rabies. Collecta fatigat edendi ex longo rabies.

Favor. Gaudens popularibus auris.

Si qua piis animis manet infelicis amatæ Gratia.

Fax. Flamma ingens, & noctem flammis ſunalia vincunt. Ardentem conjecit lampada. Flagrantem fervida piaum ſuſtinet. Lumina fumea tædis. Tædæ ardentes

Lucet via longo ordine flammatum. Teſta ardens. Nocturnum lumen. Urit odoratam nocturna in lumina cedrum. Pafcunturq; ignes nocturni & lumina fundunt.

Fera. Genus omne ferarum. Ora ferarum. Variarum monſtra ferarum. Vultus ac terga ferarum. Turba ferarum. Agmen ferarum. Belua.

Ferrum. Ferri vigor. Æternaque ferri robora. Non æris (*i. e. ferrum*) flammis ſuccumbere cernis.

Fidelis. Jam certa tuliſtis pectora.

Per littora certos dimittam (*i. e. fideles exploratores.*)

Filia Nata. Sola domum & tantas ſervabat filia ſedes. (*Unica filia totam ſpem poſteritatis ſuſtentabat.*)

Filius. Proles virilis. Natus. Siquis mihi parvus in aulâ Luderet Æneas.

Parva corpora natorum. Maximus natorum.

FIMBRIA.

Quam plurima circum Purpura Mæandro duplici Meliboea cucurrit.

Sidoniam picto chlamydem circundata limbo.

Et circumtextum croceo velamen Acantho. Pictum croceo velamen Acantho.

FISTULA.

Arundo tenuis. Avena. Calamus. Cicuta. Stipula ſtridens, Tympana vos buxúſque vocat. (*i. e. fiſtula buxea,*

FLUCTUS,

FLUCTUS. Præruptus aquæ mons. Magnáque surgunt æquora. Ingens pontus.

FLUVIUS. Flumen. Fluenta Torrens. Amnis.

FODINÆ. Æris metallum. Rivus argenti. Venæ auri. Aurea vena. Auri metallum. Spuma argenti. Semen argenti. Insula inexhaustis chalybum generosa metallis.

FŒMINA. Fœmineum genus. Mixta Deo mulier. Agmina fœminea.

FOLIUM. Teneræ frondes. Foliorum umbra. Luxuria foliorum.

FONS. Caput amnis.

FORCEPS. Ferróque manus armata bidenti, (*i. e. forcipe.*

FORES. Janua. Ostia. Et referat clausâ quæ prævidet ostia clavi. Aditus patentes.

FORMOSUS. Pulcher. Insignis acie. Formâ pulcherrimus. Formâ insignis. Pulcher ante omnes formâ. Egregius formâ juvenis. Quo pulchrior alter non fuit. Decus egregium formæ. Cervus erat formâ præstanti. Et formæ conicia conjux. Formâ cum vinceret omnes.

FRATER. Germanus. Impia Germani manat quo sanguine dextra. Fratrum stipata cohors. Pulcherrima fratrum corpora.

FRAUS. Priscæ vestigia fraudis. Dolus. Astus. Ars Pelasga. Aut aliquis latet error (*i. e. dolus*) Ars Sinonis. Insidiæ. Furta pro belli convexo in tramite sylvæ.

FRÆNUM. Capistrum. Lupatum durum. Habenæ. Lorum.

FRIGUS. Gelu. Horrida bruma gelu. Boreæ frigus. Hyems frigida.

FRUCTUS. Arborei fœtus. Et gazâ lætus agresti.

FRUMENTUM. Frumenti herba. Frumenti acervus. Farris acervus. Exuberet annus Cerealis mergite culmi. Proventus. Ceres. Gravidi Cereris fœtus.

FULGUR. Cœci in nubibus ignes.

Fulgores terrifici. Vibratus ab æthere fulgor. Ignea rima micans. Crebris micat ignibus æther. Fulminis ignis. Ingeminans abruptis nubibus ignis.

FULMEN. Ipsa Jovis rapidum jaculata è nubibus ignem. Fulminis alæ.

Fulminis afflavit ventis, & contigit igni. Telum fragrans. Tela Typhoëa.

FUNIS. Et linea vincula rupit. Stupea vincula. Vinclorum immensa volumina.

FURIÆ. Diræ ultrices. Furiarum maxima juxta accubat. Virgo fata nocte. Cocytia Virgo. Furiarum ora. Vide *Eumenides.*

G.

GALEA.

TEgmina tuta capitum. Conus galeæ. Cassis, Corona *pro galea.* 5. *Æn.*

Omnibus in morem tonsa coma, pressa corona. *Hypallage pro tonsa coma.*

GAL-

GALLUS GALLINACEUS.

Excubitôrque diem cantu præcixerat ales.

GANIMEDES. Puer frondosâ regius Idâ.
Quem præpes ab Ida Sublimen pedibus rapuit Jovis armiger uncis.

GEMMA. Conchea bacca maris. *In calice.*

GENUS. Domus. Sanguis. Stirps. Progenies. Fortuna domûs. Gens. Ut; Neptunique ipsâ deducat origine gentem.

GENU. Poples.

GLADIUS. Ensis. Ferrum. Mucro. Calybs vulnificus.

GRÆCI. Achivi. Achaica manus. Argiva phalanx. Argolici. Argolica gens. *Argi.* Inachii. Danai. Gens Danaam. Graii. Graiûm populi. Manus Achaica. Myrmidones. Pelasgi. Pubes Pelasga.

GRÆCIA. Urbes Argolicæ, Graiæ, Inachiæ. Grajugenûm domus.

GRANDO. Imber tortus.

H.

HASTA.

Longa abies *pro hasta*, ut; Longa transverberat abiete pectus, *Pro hasta ex abiete.* Præfixa hastilia ferro. Ferro præfixum robur acuto. Gesum Alphinum, *(id est, hasta Gallica)* Phalarica.

HECUBA. Cisseis.

HELENA. Tyndaris. Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacænæ. Trojæ & patriæ communis Erinnys.

HELICON. Aonius vertex.

HERCULES. Alcides. Tyrinthius. Amphitrionides.

HERMIONE. Conjux Orestis.

HESIODUS. Ascreus senex.

HETRURIA. Oræ Tyrrhenæ, Tuscæ. Sedes Tyrrhena. Jugis comedit Hetruscis. Tyrrhena arva. Tyrrhena oppida. Regna Tyrrhena. Extremæ urbes Coryti. Sedes Evandri.

HIATUS. Terra dehiscens. Immane barathrum. Atra vorago.

Hircus vide *Caper.*

HIRUNDO. Progne. Et manibus Progne pectus signata cruentis. Vosque ô crudeli fatorum lege puellæ Dauliades.

HYDRA. Bellua Lernæ. Lernæus anguis.

HOMO. Hominis durum genus. Hominum genus. Genus humanum. Mortales. Mortalia pectora. Ferrea virûm progenies. Animæ viles.

HOMO PROCERUS. Ingens corpore. Duo maxima Teucrûm corpora. Ipse arduus altâque pulsat sidera Abientibus juvenes patris & montibus æquos. Ipse inter primos præstanti corpore Turnus Vertitur, arma tenens, & toto vertice supra est.

HOSTIS. Hostilis facies. Facies invisa.

HUMERI. Lati armi.

HYEMS. Hybernum sidus. Frigidus annus. Brumæ intractabilis inber. Horrida cano bruma gelu. Bruma frigida.

I

IDA MONS.

Ida Phrygia. Juga Idæ.
Montibus Idæ Phrygiæ, Idæa terra.

Urbe,

Urbs Idææ. Mons Idæus. Idæum nemus. Idæa ſylva. Cretæ Ida.

Ignis. Vulcanus. Ille vt Vulcania ferro vulnera *(id eſt ignem)* protectus depellere navibus inſtet. Acies Vulcana. *Pineus ardor (id eſt, ex pinu ignis.)* Flammæ meſſis. Dúmque ſuas peragit Vulcanus, Veſtaque partes. Incendia. Focus. Diripuêre focos, *(id eſt, ignem ex focis per Synecdochen.)* Flamma.

Ignis Elementaris. Aurai ſimplicis ignem.

Illyria. Littus Illyricum. Sinus Illyrici. Oræ æquoris Illyrici. Regnum Liburnorum.

Imago. Faciès. Species. Forma.

Imperium. Sceptrum. Faſces. Rerum habenæ. Dum res ſtetit Ilia regno. Regnique coronam cum ſceptro miſit.

INFERNUS.

Alta oſtia Ditis. Janua Ditis atri. Sævi ſpiracula Ditis. Ditis ſacraria Ditis. Ego Ditis opacas cogor adire domus. Ditis pallentia regna. Mœnia Ditis. Triſtis ſine ſole domus. Fauces grave olentis Averni. Luci Averni. Averna. Amnes Erebi. Sedes Erebi. Fauces Orci. Tænariæ fauces. Limen ſævi regis. Luci Stygii. Lacus Stygius. Lucus nigrâ formidine caligans. Loca nocte ſilentia laté. Nox profunda. Orcus pallidus. Fauces Orci. Phlegeton Tartareus. Palus inamabilis. Regna Diis inviſa. Regna invia vivis. Regna inania. Regis inferni janua. Regna pallida. Sedes Tartareæ. Inferræ ſedes. Dirarum ſedes ſororum. Cocyti ſedes. Cocyti ſtagna. Sedes Erebi. Strepitus Acherontis avari. Styx atra. Tartara. Tartarus tenebroſus. Intima Tartara lethi. Tenebræ Stygiæ. Unda Tartarei Acherontis. Telluris operta ſubire. Umbræ pallentes Erebi. Umbræ inferna. Unda Tartarei Acherontis. Undæ Stygiæ.

Inſula. Et variis legimus freta conſita terris.

Invidia. Invidiæ telum.

Ira. Irarum æſtus. Irarúmque omnes effundit habenas. Irarum fluctus. Animus acerbus.

Iris. Thaumanitas. Ceu nubibus arcus, Mille trahit varios adverſo ſole colores. Ingens ſub nubibus arcus.

Italia. Saturni tellus. Latina littora. Arva Saturnia. Heſperia. Heſperia magna. Itala Regna. Italiæ tellus. Auſoniæ tellus. Arva Auſoniæ. Regnum Italiæ. Romana tellus. Regnum Heſperiæ. Fines Itali. Auſonius Tybris. Italæ oræ. Littus Heſperium. Romula tellus. Portus Auſonius. Arva fertilis Auſoniæ. Italûm urbes. Italæ urbes. Arva Latina. Lavini regnum. Auſonia. Oenotria tellus. Arva vicina Tybridis. Latium. Laurentia arva.

Itali. Anſonii coloni. Antiqui Anſonii.

Gens Itala. Gentes Italûm. Nepotes de gente Itala. Laurentes populi. Oenotrii viri.

JUNO.

Sæva Jovis conjux. Regina Deûm. Saturnia. Divûm Regina, Joviſque & ſoror & conjux. Germana Jovis. Saturni altera proles.

JUPITER.

Chaonius pater. Sceptrum Dictæi regis. Rex cœli. Pater omnipotens. Divûm pater atque hominum Rex. O qui res hominumque Deûmque Æternis regis imperiis, & fulmine terres.

Hominum sator atque Deorum. Superi regnator Olympi. Superóque nitentem Cœlicolûm regi mactabam in littore taurum. Jupiter omnipotens. Deûm regnator. Saturnius pater. Rex magnus Olympi. Ipse Deûm genitor. Pater summi regnator Olympi. Torquet qui sidera mundi. Magnus pater Divûm. O pater, O hominum, Divûmque æterna potestas. Rerum cui summa potestas. Magni regnator Olympi Rex ætherei Olympi. Omnipotens genitor. Pater ille Deûm. Hominum sator atque Deorum. Rex ætheris alti. Rex omnipotentis Olympi. Hominum rerúmque repertor. Rex Deûm. Cœlum & terras qui numine torquet. Torquet qui sidera cœli.

JUTURNA.

Turni soror. Dea Daunia. Germana Turni.

JUVENIS. Vos ô quibus integer ævi Sanguis, ait, solidæque suo stant robore vires. Corpus juvenile. Robora pubis lecta.

JUVENTUS, Pubes indomita. Impubes manus.

L.

LAC.

Læta magis pressis manabunt flumina mammis. Copia lactis.

LACHRYMÆ. Fletus. Largóque humectat flumine vultum. Guttisque humectat grandibus ora. Lachrymosæ voces.

LANA. Tenuia lanæ vellera. Si tibi lanicium curæ. Greges villis vellibus. Munus niveum lanæ.

LAPIS. Tenuis ubi argilla, & dumosis calculus arvis. Lapillus. Scrophus scaber (*genus lapidis.*)

LARVA. Oráque corticibus sumunt horrenda cavatis.

LATIUM.

Fines Latini. Arva Latina.

LECTUS.

Thalamus. Stratum molle Torus. Cubile.

LEGES. Fas & jura. Forum insanum.

LETHE. Lethæus amnis. Lethæi fluminis unda. Lethæus fluvius.

LIBYA. Libyæ agri. Libyæ oræ. Libyæ deserta. Libyæ extrema. Littus arenosum Libyæ. Libyci fines. Regna Libyæ. Æquor Libycum. Deserta siti regio.

LINTER. Alvus cavata.

LIS, Discordia. Rixa. Jurgia. Dissensus varius.

LONGUS. Jamque ascendebant collem qui plurimus urbi Imminet. Plurimus Eridani per sylvam volvitur amnis. Porrectus.

LUCIFER.

Luciferi primo cum sidere. Ut portis jubare exorto. Purpureque rubens surgat jubar aureus astro.

LVNA. Phœbe. Globus Lunæ lucens. Cornua Lunæ. Radiat imago Lunæ. Orbita Lunæ.

LYDI. Mœonidæ. Mœonia juventus. Gens Lydia.

M.

MACVLÆ.

NOtæ maculoſæ. Paribus lita corpora guttis. Cæruleæ c terga notæ, maculoſus & auro Squamam incendebat fulg

MAGISTRATVS. Hic ſceptra accipere & primos attollere ſ ſces Regibus omen erat. Senatus ſanctus. Faſces populi.

Malus. Arbor mali.

Manus. Palma. Dextra.

Mare. Tractus maris. Æquor. Æquor maris. Maris faci Campi liquentes. Maris unda, Æquor. Campi ſalis. Rorem l diſpergit amarum.

Arva Neptunia. Gurges, *pro mari*, ut; Tollimur in cœlum c vato gurgite. Marmor. Neptunus. Oceanus, Pontus. Pelagus. S lum. Fretum. Altum. Profundum. Cærulam Tentare Thetyn r bus. Per maxima Nerei ſtagna viam ſcindens. Vada cærula.

Maritus. Conjux.

Marmor. Lapis Parius.

Mater. Genetrix. Alma parens.

Mars. Mavors. Arma Martis. Bellipotens. Gradivus. Gradi Rex. Gradivúmque patrem, Geticis qui præſidet arvis. Bella Deus.

Medicina. Cui ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo dab Scire poteſtates herbarum, uſumque medendi.

Multa manu medica Phœbique potentibus herbis Nequicq trepedat.

Medea. Cùm cernam Colchida matrem Anxia ſolicitis medit tem vulnera natis.

Membra, Artus.

Membrum Genitale. Genitale arvum.

Memnon. Auroræ filius. Et nigri Memnonis arma.

Mercurius Deus. Maiâ genitus. Cyllenius. Interpres Divû Materno veniens ab avo Cyllenea proles.

Mercurius Stella. Quos ignis cœli Cyllenius erret in bes.

Meridies. Ad medium converſa diem. Nam mediis fervor acrior inſtat (*ſc. Oeſtrum.*) Medium ſol igneus orbem hauſ Sol medium cœli conſcenderat igneus orbem. Jam medias op partes evectus erat ſol. Medios cùm ſol accenderit æſtus. C tiunt herbæ & pecori jam gratior umbra eſt.

Minos. Gortynius Heros.

Minerva. Pallas. Divæ armipotentis ad aram procumbit. potentis belli præſes. Tritonia virgo.

Mola. Fruges ſalſæ.

Molaris. Lapis incuſus. (*rudis, non dedolatus.*)

Mons. Plaga pinea montis. Saxi dejectæ vertice capræ. terrarum. Tonitruque tremiſcunt ardua terrarum, *id eſt* m Supercilium clivoſi tramitis. Juga montis. Specula aërei m

Excelſus vertex montis. Capita aſpera montis. Ardua montis deſerta. Summus vertex montis. Clauſtra montis.

Monſtrum. Portentum. Prodigium.

Morbus. Languor. Corporeæ peſtes.

Mors. Lethum, mortis imago. Via mortis. Inclementia mortis. Et calor infuſo decedit frigore mortis. Obitus difficilis. Atra dies. Fonus. Inexorabile fatum. Extrema hora. Finis ævi. Somnus ferreus. Æterna nox. Parcarum dies.

Mortarium, Lapidiſque cavum demittit in orbem.

Multitudo. Manus, ut ; Omniq; manu ſtipata meorum Inſequar. Corona, ut ; Muros variâ cinxëre coronâ. Cuneus theatri denſi. Cuneis ie quiſque Coactis.

Mundus. Corpus mundi. Prima naſcentis origo mundi. Orbis. Diverſæ partes orbis. Terrarum orbis. Immenſus terræ orbis.

Muſæ: Phœbi chorus omnis, Pierides.

Tecúmque faventes. In nova Pierio properent à fonte ſorores? Quare Pierii laticis decus ite ſorores.

N.

NARCISSUS.

NArciſſi lachryma.

Naufragium. Funus: Quibus tot funera paſſis. *Naufragium nunc vocat, id eſt, meram mortem.*

Navis. Phaſelus. Puppis. Ratis. Carina. Abies uncta. Trabs cava. Cymba. Lembus. Simul accipit alveo ingentem Æneam. Prora. Triremis. Triremis. Navigium. Pinus, *pro navi*; *materia pro re confecta.*

Nauta. Navita. Navis ductor. Rector navis. Gubernator. Magiſter. Vector. Namque gubernaclum multâ vi fortè revulſum. Cui datus hærebam cuſtos, curſúſque regebam.

Neapolis. Parthenope.

Nepiunus. Saturnius domitor maris. Deus maris. Frater Jovis.

Nidus. Antiquáſque domus avium. Alta cubilia.

Nix. Terra informis aggeribus niveis. Gaudétque nivali Vertice se attollens pater Appenninus ad auras.

Nox. Noctem ducentibus aſtris. Frigida noctis umbra: Obſcurum noctis.

Nubes. Nebula. Nubila. Ingens arcus, ut ; Et bibit ingens arcus. *id eſt, nubes quæ videtur humorem attrahere ſereno cælo.* Sol pallens diſcutit umbras. Nimbus pro nube, ut ; 8. Æn. Tonitru cum capta coruſco, Ignea rima micans percurrit lumine nimbos.

Numidæ. Nomadum genus, Paſtores Libyæ. Nomadum Tyranni. Omnia ſecum armentarius Afer agit, tectúmque laremque.

Nuptiæ. Conjugium. Connubium. Thalamus. Hymenæi. Tedæ. Fœdus jugalis. Vinclum jugale. Nox jugalis.

O.

OCULUS.

LUmina. pro Oculis. Ocellus. Oculorum orbes, Sanguineam volvens aciem, (*id eſt, flammantes oculos*) Viſus.

Occasio. Haud tanto cessabit cardine rerum.
Odor. Nidor. Aura dulcis. Halitus.
Oestrum Genus Vesparum. Asylus.
Officium. Munus; pro te tua munera obibo.
Olea. Radix oleagina. Sylva Palladia. Rami Palladis. Rami oleæ. Ramus olivæ. Pacisque manu prætendere ramos. Oliva.
Oleum. Teritur Sicyonia baccha trapetis. Olivum. Guttæ Palladii olivi
Onus. Pondus. Fascis. Ego hoc te fasce levabo.
Oraculum. Neque te Phœbi Cortina fefellit.
Fatorum arcana. Fatorum ordo. Sortes. Responsa fatalia. Vatum prædicta. Augurium Divûm. Jussa Deorum.
Orgia. Sacra Bacchi. Nocturnúsque vocat clamor Cytheron.
Orpheus. Threïcius sacerdos.
Origo. Caput. Principium. Unde nova ingressûs hominum experientia cœpit.
Ovis. Bidens, Bidentes Lanigeræ. Lanigeræ pecudes. Balantum grex. Lanigeri greges.
Ovile. Caula. Septum.

P.

PADUS.

PAdi ripæ. Liquentia flumina Padi. Fluviorum rex Eridanus. Eridani amnis.
Panis. Ceres. Dona laboratæ Cereris.
Nec gravidos Cereris dicam contingere fœtus.
Pædagogus. Magister. Custos, Comes impubis Iuli.
Paris. Et victus magni jacet Hectoris ultor; *id est, Paris qui Achillem interemit.* Phrygius Pastor. Dardanius adulter.
Pascua. Pastus. In pastus tendit equus. Pabula. propulit è stabulis ad pabula læta capellas.
Pastor. Armentarius. Magister pecoris. Cui regia parent armenta, & latè Custodia credita campi. Custos ovis. Gregis custos. Custos stabuli. Custos pecudum.
Pater. Parens. Genitor.
Patria. Patriæ fines. Patrii fines. Limina patriæ sedis. Littus patriæ. Mœnia patriæ.
Patria terra. Patriæ oræ. Urbs paterna. Sedes paterna. Urbs patria. Terra altrix. Cunabula gentis.
Qui genus? Unde domo? (id est, quæ patria est vobis?)
Antiquam exquirite matrem. Quæ nos à stirpe parentum Primæ tulit tellus.
Paupertas. Pauperies. Et duris urgens in rebus egestas. Tum res inopes Evander habebat. Res fractæ. Res tenues. Res egenæ. Res fluxæ.
Pectus. Latebræ animæ. Crates pectoris. Spiramenta animæ.
Pecus. Genus pecudum.
Pecunia. Æs.
Pedites. Acies pedestris. Nimbus peditum.
Pellis. Tegmen immane leonis. Vide *Cutis.*

Pent

Penelopæ. Ecce Ithaci conjux ſemper decus Icharioti.

Pes, Planta. Ah tibi nè teneras glacies ſecet aſpera plantas. Crus molle.

Peſtis. Lues udo ſublapſa veneno. Lethifer annus. corruptus cœli tractus. Contagia. Tabum. Hic quondam morbo cœli miſeranda coorta eſt tempeſtas, totóque autumni incanduit æſtu.

Piger. Inertia corda mirantur. Ignavus.

Pinnæ. Minæque murorum ingentes.

Piſces. Genus omne natantûm. Genus æquoreum. Gens humida ponti. Maris immenſi proles. Nimium eſt avidum genus Amphitrites.

Planetæ. Pallantéſque polo ſtellas.

Pleias. Maia, Taygeta.

Pluto. Stygius rex. Stygeus pater. Stygius frater. Infernus rex. Dis ater.

Fluvia. Imber. Nimbus. Immenſum agmen aquarum. Tenues pluviæ.

Poculum. Crater. Carcheſia. Cymbia. Ingens argentum. Et ſacer implevit dextram ſcyphus.

Pœna Supplicium.

Poëta. Vates. Amicus Muſis. Muſarum comes. Cui carmina ſemper, Et citharæ cordi.

Polyxena. Priameïa virgo.

Pomum. Malum.

Populus arbor. Herculeæque arbos umbroſa coronæ. Umbra populea. Populea velatur fronde juventus. Populeæ frondes.

Poſteritas. Nepotes. Minores. Spes gentis. Ævum ſequens.

Priapus. Illi falce Deus colitur non arte politus. Cuſtos furum atque avium. Tutela Priapi.

Princeps. Æneas primique Duces. Primorum manus Delectos populi ad proceres. Ductores primi.

Procella. Hyems atra. Ruina cœli.

Prora. Frons Navis.

Proſerpina. Nec te nequicquam lucis Hecate præfecit Avernis Hi Dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Puella. Nympha.

Pulli. Progenies parva. Fœtus.

Pulvis. Pulverea nubes. Miſtóque undantem pulvere fumum.

Purpura. Tyrius rubor. Veſtis purpurea. Oſtrum. Fulgenti murice veſtis. Ferrugine clarus Iberâ, Tyrio conſpectus in oſtro.

Pyrrhus. Pelides. Neoptolemus. Regnum Neoptolemi.

R.

RAMI.

FRondea tecta. Frondentia hoſpitia. Frondes denſæ. Comæ. Brachia. Ramea fragmenta. Arbuta frondentia.

Remi. Agmen remorum. Lævas ſtringat ſine palmula cautes. (*Extrema pars remi in modum palmæ formata*) In lento luctantur marmore tonſæ (*à tondendis fluctibus dicta.*)

Rete. Caſſes. Plagæ. Lina humida. Pedicæ.

Rictus. Ingens oris hiatus.

Robuſtus. Viribus audax. Dum melior vires ſanguis dabat. Et mihi quæ fuerint juvenili in corpore vires. Diis quanquam geniti atque invicti viribus eſſent. Viribus fidens. Contrariæ ſeræque ad fortia vires, (*id eſt, tardæ propter ſenectutem.*)

Torpent infractæ ad prælia vires. Non corpore notæ ſufficiunt vires.

Rogus. Pyra. Ignis, ut; Hauriat hunc oculis ignem credulis ab alto Dardanus.

Roma. Alta Mœnia Romæ. Magna Mavortis urbs. Tellus Romula. Romana mœnia. Romanæ arces. Romana oppida. Romana palatia. Mavortia mœnia. Romana tellus.

Romani, Romulidæ. Gens Romana. Romana propago. Priſci Quirites.

Romulus. Quirinus.

Rota. Axis. Orbis ferratus.

Ruderæ. Hic ubi disjectas moles, avulſáque ſaxis Saxa vides,

Ruſticus. Agricola. Agreſtis. Belloque animos accendit agreſtes, Colonus. Veteres migrate coloni. Pubes agreſtis. Arator.

S.

SACERDOS.

INterpres Divûm hominûmque. Sacratum caput. Cereriq; ſacrum Polybeten. Os divinum.

Sacrificium. Sacra annua. Honor Deorum. Sacra Deûm. Lucos vocet hoſtia pinguis in altos.

Sagitta. Arundo. Jaculum. Ferrum volatile. Cornus ſtridula. Telum. Tela. Spicula. Miſſile.

Sanguis. Ros ſanguineus. Illo vomens calidum de pectore flumen. Sanguineæ guttæ. Reddit ſpecus atri vulneris undam ſpumantem, (*id eſt, copiam ſanguinis in modum undæ fundebat ex vulnere.*) Sanguinis ille vomens rivos cadit. Cruor.

Sanies. Aerum tabum.

Sapiens. Maturus animi. Conſiliis habitus non futilis auctor. Cui melior ſententia menti.

Sarmentum. Ramea fragmenta.

Saturnus. Saturnia regna. Aurea ſecuri quis neſcit ſecula regis?

Saxum. Ingens fragmen montis. Pars montis. Scopulus. Cautes. Quàm ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes. Rupes.

Capita aſpera montis. Saxea pila.

Scorpius ſtella. Chelæ ſequentes Erigonem.

Scutum. Clypeus. Parma. Umbo. Ancyle. Pelta.

Scylla. Scyllæa rabies. Per mare cæruleum trahitur Niſeia virgo. Canes marini. Canes cærulei. Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris.

Scythia. Arva Getica. Deſerta Getarum. Scythiæ nives. Riphææ arces. Oræ Hyperboreæ. Arva Riphæis nunquam viduata pruinis.

Scythæ. Gentes Scythiæ. Acer Gelonus. Biſaltæ. Talis Hyperboreo ſeptem ſubjecta trioni, Gens effræna virum Riphæo tunditur Euro.

Sedes.

Sedes. Sedile. Intus aquæ dulces, vivóque ſedilia ſaxo. Gramique vireſ locat ipſe ſedili. Sella.

Inde alias animas, quæ per juga longa ſedebant.

Seges. Luxuries ſegetum. Herba frumenti. Molli flaveſcit campus ariſtâ (*de matura ſegete.*)

Senex. Gravis annis. Longævus. Longævus parens. Feſſus ætate. Confectus ætate. Obſitus ævo Maximus ævo.

Sed cum gelidus tardante ſenectâ ſanguis hebet, frigéntque effœta in corpore vires. Æmula nec dum Temporibus geminis canet ſparſa ſenectus.

Senes. Horrentes rubi. Hirſuti vepres.

Sepulchrum. Tumulus. Agger compoſitus tumuli.

Honos tumuli. Ingens aggeritur tumulo tellus. Buſtum. Funus.

Septentrio. Hyperboreæ oræ. Axis. Aquilo. Gelidique ſub æthere axe. Arctos: Septentriones.

Sericum. Velleráque ut foliis depectant tenvia Seres.

Serpens. Anguis. Coluber. Chelydrus. Hydrus. Vipera.

Serpentis cauda. Immenſi orbes: ſquameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. Cùm medii nexus extremæq; agmina caudæ ſolvuntur. Tardóſque trahit ſinus ultimus orbes.

Alvo tenus ima per orbes ſquameus intortos ſinuat veſtigia ſerpens. Longos det corpore tractus. Séque in ſua membra plicantem. Sinuoſa volumina verſans. Nexans ſe nodis.

Serra. Arguta lamina ſerræ.

Servus. Famulus. Miniſter. Famulûmque manus. Trojanáque turba.

Sibylla. Phœbi Triviæque ſacerdos. Deiphobe Glauci. Vates Amphryſia. Longæva ſacerdos.

Sibyllæ Antrum. Sedes Sibyllæ. Horrendæ ſecreta Sibyllæ. Unde ruunt totidem voces, reſponſa Sibyllæ. Exciſum Euboicæ latus. Arces quibus altus Apollo præſidet.

Sicilia. Sicula tellus: Sicania: Sicanio prætenta ſinu jacet inſula contra Plemmyrium: Sicula ora. Inſula Sicanium juxta latus Æoliámque Erigitur Lipatem, fumantibus ardua ſaxis: Sicani fines. Sicani portus. Montes Siculi: Siculæ regiones. Cyclopum agri. Cyclopum oræ. Trinacria.

Siculum Mare. Freta Sicaniæ. Trinacrium littus. Trinacria unda: Sicanii fluctus.

Simois. Undæ Simoæ: Undæ Simoentis. Amnis Hectoreus.

Sirius. Canis æſtifer. Sirius ardor.

Sol. Clariſſima lumina Solis. Rapidi potentia Solis. Plaga Solis. Facies Solis.

Radii Solis. Solis equi. Hyperionis ardor. Phœbus. Frater lunæ. Phœbea lampas. Equi Phaëthontis. Titan. Titania aſtra.

Somnium. Imago turbida. Inſomnia falſa. Multa modis ſimulachra videt volitantia miris. Somni, *pro ſomniis.* In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector Viſus adeſſe mihi. Per ſomnum vatis imago viſa.

Somnus. Sopor. Quies languida preſſit nocte oculos. Al quies.

Sonus. Sonitus. Sonor. Stridor. Fragor. Clamor.

Soror. Germana. Cara ſororum pectora.

Spicarum Manipulus. Cerealis culmi merges.

Sponſa. Quid ſoceros legere, & gremiis abducere pactas (*id eſt, ſponſas.*)

Statua. Divûm ſimulacra. Stabunt & Parii lapides ſpirantia ſig na. Effigies ſacræ Divûm. Vivi de marmore vultus.

Janique bifrontis imago Veſtibulo aſtabat. Tibique oſcilla e alta ſuſpendunt mollia mollia pinu, (*id eſt, parvas imagines.*)

Stella. Sidus. Sidera cœli. Sidera mundi. Aſtra ignea. Aſtr rum ignes. Noctis orientia ſigna.

Stratagema. Furta paro belli. Armorum dolí.

Styx. Stygius lacus. Lacus Stygius. Regna invia vivis. Styg palus. Stygia unda. Stygiæ aquæ. Stygii caput implacabile fonti Flumina Stygii fratris. Ripæ torrentes pice.

Sudes. Stipites gravidi nodis. Torris obuſtus. Vallus. Robu acutum.

Sylva. Lucus. Nemus. Umbræ altorum nemorum. Amœna virec Fortunatorum nemorũ. Saltus. Nemorum convexa. Juga nemorum

T.

TAPETUM & TAPETE.

TApetes picti. Aulæa. Stratum oſtrum.

Telum. Cornus ſtridula. Telorum ſeges ferrea. Ferreus imber. Tempeſtas telorum. Levato lucida ferro ſpicula. Phalarica Æneæ *Sagitta.*

Temerarius. Præceps animi. Fidens animi atque in utumque paratus. Quò moriture ruis, majoráque viribus audes?

Tempeſtas. Cæruleus ſupra caput aſtitit imber. Facies maris aſpera. Omnes pelagique minas, cœlique ferebat. Mare tumidum. Pericula maris. Sæpè furores Compreſſi & rabiem tantam cœlique maríſque. Hyems ponti aſpera.

Templum. Delubrum. Delubra Deûm ſumma.

Pérque domos & relligioſa Deorum limina. Non unqnã violata manu ſacraria Divæ. Arx ſacrata. Sacrata ſedes. Sacra faſtigia. Ductos alta ad donaria currus, (*ad templa, ubi dona collecta reponuntur.*) Mediâ teſtudine templi.

Tempus. Longa dies. Magnus ſeclorum naſcitur ordo. Ætas.

Tenebræ. Caligo. Spiſſæ umbræ. Nox ingens. Tacitæ per amica ſilentia lunæ, Littora nota petens. (*id eſt, non lucentis Lunæ.*)

Terra. Tellus, Humus. Solum. Gremium terræ. Gremium magnæ coniugis. Mutata ignorent ſubitò nè ſemina matrem. Cùm ſemel in ſylvis imo de ſtirpe reciſum matre caret.

Agnam Æneas matri Eumenidum, (*id eſt, nocti*) magnæque ſororí, (*id eſt, terræ*) Enſe ferit.

Terræmotus. Terræ tremor. Inſolitis tremuerunt montibus Alpes.

Theatrum. Alta theatri fundamenta locant. Mediâque in valle theatri

heatri circus erat. Cunei theatri. Concessus caveæ. Ingens caea. (*Cavea locus est in theatro, ubi populus conclusus spectat.*)

Theocritus, Poëta Siculus.

Thessalia. Bis sanguine nostro Æmathiam & Æmi pingueſcere ampos. Æmathiæ portus.

Timor. Formido. Horror. Metus. Pavor. Tremor.

Tonitru. Dum flammas Jovis & sonitus imitatur Olympi.

Torquis. Flexilis obtorti circulus auri. Et molli subnectit circulus auro. Tortile aurum colli.

Trochus. Torto volitans sub verbere turbo. Volubile buxum irata, (*id est, turbinem ex buxo factum.*)

Troja. Trojæ alta mœnia. Iliaci campi. Teucria. Arx alta Priami. Trojæ mœnia. Urbs Iliaca. Ilia Tellus. Pergama, Regia Priami. Iliũ superbũ. Priami imperiũ. Rhetæũ littus, Rhetæa oræ.

Trojani. Æneadæ. Gens Hectorea. Gens Dardania, Laomedontea, Ilaica, Pergamea, Trojana. Gens Æneadûm. Dardanidæ duri. Trojâ profecti. Trojana juventus. Dardanii coloni. Laomedontia pubes. Dardana pubes. Phryges. Trojana turba. Turba Phrygũ. Iliadum turba. Hectorei socii. Trojugenæ. Iliades. Troës. Teucri. Troades. Dardanidum matres.

Tuba. Buccina. Cornua æreа. Æs canorum. Æs sonorum. Æs canorum. Martius æris canor. Cava concha.

Turnus. Audax Rutulus. Daunius Heros. Rex Rutulus.

Tybris. Pater Tyberinus. Tyberina ostia. Thuscùs amnis. Tyberini fluminis unda. Tyberinum flumen. Tyberina fluenta. Tybridis unda. Corniger. Hesperium fluvius regnator aquarum.

Tyrus. Urbs Tyria. Tyriæ arces. Regna Tyri. Ditissimus agri Phœnicum. Tyrii coloni.

V.

VACCA.

Bucula. Juvenca. Vitula.

Valedictio. Hæc genitor digressu dicta supremo Fundebat.

Ubera. Mãmæ pressæ. Pupillæ.

Vela. Carbasus. Sinus sinistri & dextri.

Venator. Vastator ferarum. Debellator ferarum.

Venenum. Fallax herba veneni occidet. Armatã (*Sagittam*) sævisselle veneni. Nigri cũ lacte veneni, Virus.

Ventus. Auræ spirantes. Ventosi murmuris auræ. Flabra. Non flabra neque imbres convellunt. Flamina. Ferunt sua flamina classes. Flatus. Murmura cæca. Cori hyberni. Animæ. Quantã ignes animæq; valent. (*id est, venti & folles.*) Vis animæ.

Venus. Mater Acidalia. Dionæ mater. Citherea. Amathusia. Parens Æneæ. Diva creatrix.

Verax. Namque mihi fallax non antè repertus, Tibi maxima rerum verborũmque fides. Credo equidem, nec vana fides. Siqua fides animum, si veris implet Apollo.

Vesta. Ignis æternus. Vigilémq; sacraverat ignẽ, Excubias Divûm æternas, Rapiúntque focis penetralibus ignẽ. Canæ penetralia Vestæ.

Veſtibulum. Primum limen.

Veſtigium. Signum viæ. Indicium viarum.

Veſtis. Tunica. Velamen. Chlamys. Lena. Conſertum tegmen ſpinis.

Via. Semita. Trames. Callis. Orbita. Anguſta viarum. Regio viarum. Meta viarum. Iter.

Viaticum. Auxiliúmq; viæ veteris tellure recludit Theſaurus.

Victima. Hoſtia.

Vinea. Vinetum.

Vinum. Bacchus. Bacchi Maſſicus humor (*id eſt, Vinum Campanum.*) Falernum. Baccheïa dona. Latices Lenæi. Lenæum libat honorem. Iacchus. Regales inter menſas laticémque Lyæum. Maſſici Bacchi munera. Laticum libavit honorem. Poculáque inventis Acheloïa miſcuit uvis. Munera Bacchi. Liber. Pocula vitea.

Vir. Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.

Virgo. Innuptæ puellæ. Facies virginea. Virginitatis amorem Intemerata colit.

Vita. Ævum. Lucis dira cupido, (*id eſt vita.*) Pars ultima vitæ. Lumina vitæ.

Vitis. Pampineæ umbræ. Dulci namque tumet nondum viticula Baccho.

Vitta. Crinale aurum.

Ulyſſes. Æolides. Proles Laërtia.

Umbra. Ubi dives opacat Ramus humum. Nunc altæ frondes & rami matris opacant. Tenebræ nemorum.

Ungues. Pedes unci.

Urbes. Oppida.

Vulcanus. Mulciber. Ignipotens. Vulcani domus. Pater Lemnius.

Vultus. Facies. Ora. Obtutus.

Z.

ZYTHUM.

ET pocula leti Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.

Zodiacus. Obliquus quâ ſe ſignorum verteret ordo. Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.

Zona. Zona frigida.

Quam (*Zonam torridam*) circum extremæ dextra lævâq; trahuntur, Cæruleæ glacie concretæ atque imbribus atris.

Zona temperata. Has inter mediâmque duæ mortalibus ægris Munere conceſſæ divûm.

Zona Torrida. Quinque tenent cœlum Zonæ, quarum una coruſco Semper ſole rubens, & torrida ſemper ab igne.

Si quem extenta plagarum Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui.

Ex

Ex GEORGIO BVCHANANO PHRASES.

ADVERSA RES.

SOrs levibus malefida pennis. Sors cunctis invida, infida, mobilis. Turbo ſortis cuncta quatientis. Cum reflavit ſortis aura mobilis.

Adulatio. Lingua adulatrix, tacito veneno blandius.

Ædes. Luxu ſtructæ magnifico domus.

Ægyptus. Barbara inuſæ arva Phari. Memphitica tyran-
s. Peluſiacæ oræ. Perfidum Peluſium.

Æſtas, Torrida. Tellus ſub cane torrido.

Æternitas. Dum lucida volvet lucidus aſtra polus. Donec per-
tium ſol referet diem: ſecula metæ neſcia.

Altiſſimus. Trans flammantia mœnia mundi.

Ambitio. Ambitus, nomen futuris prodere ſeculis.

Aſcentio. Exul animus liber patrium repetet limen ſidereámque
omum.

Avis. Ales pennarum celeri volatu metitur aëra.

Auſter. Æſtuoſi auſtri ſpiritus flat.

Aurora. Luce roſeâ polum perfudit.

Aulicus. Pars purpuratæ curiæ.

Æſtus. Calida vicino ſole. Arida inſolitis candens fervoribus.

Alauda. Avis lucis prænuncia.

Amor. Choreæ blandus amicus. Apes garrula examina.

Amor Cupidineus. Gaudia Cyprigenæ Deæ.

Araneæ Tela Stamen traducens præ foribus, Arachne præmedi-
ta dolos hoſtibus aligeris.

Avarus. Cui aſſiduè ſitis æris habendi. Tabifico illinit præcordia
raſſa veneno. Dives ut ad Stygias iſte feratur aquas. Item, poſt
nopes curas, & inania tædia vitæ, Semper inops vivit, nè moria-
ur inops. Cui ſcelerata ſitis creſcit. Nullus petendi, cogendive
udor. Quæſita vorans, fœda rapacitas.

Aquila. Ales miniſter fulminis.

Annus. Bis ſenos orbes Iuna implet.

Ægyptus. Qui primus flumina bibit Nili.

Æſtus. Æſtiferi canis ira furit.

B.

BELLA.

RAuco reboant Claſſica murmure.

Bruma, Horrifer Boreas geniales agri honorem exuit, & ca-
nas

nas fundit in arva nives: Et pigra concretis flumina frænat aquis. Pruinosæ brumæ frigora languentia. Horrifer Boreas canas fundit in arva nives.

Blanditiæ. Blanditiis illita mollibus lingua. Mens gelida livido toxico.

C.

COELUM.

TEmpla picti sideribus poli. Cœlum tremulis pervigil ignibus.

Cœli Creatio. Nitidos mirâ arte polum convolvit in orbes. Vitreo accendit flammantia lumina cœlo.

Cœli Astra. Astrigeri orbes. Sancti sacraria cœli.

Canis Stella. Quo sidere modo Tota sitit tellus, præripiturque seges.

Casus. Temerario casu ferri.

Clementia. Quæ præcipitem clementia temperat iram.

Crepusculum. Sera crepuscula nocte trahunt, tenebris pallent.

Cognatus. Sanguinis cõmunio quos propior adjunxerat.

Cerberus. Centiceps canis.

Charon. Qui silentes portitor manes vehit.

Calculus morbus. Torrida concretis lapidescunt viscera glumis. Latebras renum calculus urit atrox.

Cervus. Vivacia pectora ramosi cervi.

Conscientia mala. Si marmoreis circundatus undique claustris, non si fugis aspectus hominũ, te sæva fugit tempestas animi vesani. Te conscius horror mentis agit vigilẽ.

Coccinum. Lana Tarentino liveſcit veneno. Rubent Tyriis vellera tincta focis.

Cor. Levibus non impenetrabile telis cor.

Cura. Anxifera Corona. Diadema regium.

D.

DAVID.

JEssea propage.

Dubius. Metum librantes inter spem & gaudia.

Debilis. Enerve vires corpus deserunt.

Decalogus. Statuta fraudis nescia lubricæ.

Deus æternus. Princeps stelliferis altior orbibus, qui stellifero regnat in æthere. Gentis humanæ pater atq; custos. Æternus æthereis arbiter. Æterna cœli templa colens, lucido astrorũ in solio residens. In æthereo Olympo fræna moderatur. Æternus, ortûs finisq; inscius. Deus exercituum. Ætheris æternas rector moliris habenas. Arbiter mortalium & orbium cœlestium. Judex æquis frænat legibus: arbiter superba regum colla minantium. Coruscî vibrator fulminis. Cœlum trisulcis dividens ignibus. Rex bellipotens. Deus expers finis & ortûs. Nunquam Deum brevibus clausa recurribus astrorum ænio conficiet dies.

Dei lex. Divina arcanis habenis lex animos ad honesta flectit. Adamantinis fixa vinclis, nec tẽporis invidis oblivioſi obnoxia dentibus,

Diluvium aquæ. Indignata ſuis cohiberi flumina ripis.

Dei providentia. Immotis cuncta Dei tremefacta parent legibus.

Deſertum. Arva cultûs inſcia. Inhoſpita ſaxa, quà nulla ad cultas ducunt veſtigia terras. Nulla tritum callem monſtrant veſtigia.

Dies. Ab obſcuris lucem ſol dividit umbris. Roſea dies orbem luce retegit. Phœbus incendit diem, noctem Diana.

Diluculum. Ocyùs Aurora quàm Lucifer excitet ignes : Aurora cantus quâ volucrũ exuſcitat. Aurora luce roſeâ polum perfudit.

Dolor. Decolorem tabificus cutem mœror coquit. Macie dolor artus ſiccat. Gemitus luctantia verba repreſſit.

Dolor internus. Clauſum cæcis præcordiis ulcus.

Dolus. Cæco in receſſu pectoris abditus.

Doctrina. Sola doctorũ monumenta vatũ neſciunt fati imperium ſeveri. Sola contemnunt Phlegetonta & orci jura ſuperbi.

E.

ECCHO.

REcuſſum duplicant montes ſonum.

Errare. Saltus devios errorũ ſequi, teneras illecebras, lubricæ errata vitæ. Sinuoſus error. Errata mentis vaga. Saltus petit mens vaga devios. Torta vitiis morum regula deflexit. Error fefellit lubricus. Fracta illecebris malis voluptatis incauta juventa vitiis ſe polluit. Per anfractus vagos vitræ ſalebras inter & tenebras iter oſtende rectum : Et erutum ſequacibus erroris undis deduc in viam veritatis.

Evertere. Eradicare. Exterminare. E ſtirpe demere.

Evigilare. Pulſus è trepido pectore ſomnus abit.

Ereptus à morte. Atræ Mortis faucibus ereptus. V. *à Morte ereptus.*

Equus. Spumeos frænos fatigans quadrupedis præcuntis eurus.

F.

FACUNDUS.

QUem decorat lepor & roſeis affuſa labellis gratia.

Fœdus, Stabile, jus inviolabile pacti.

Fatum. Lege durâ fixa neceſſitas.

Fidelis. Tenax polliciti, fidémque indocilis temerare pactam.

Fiducia vana. Quem tumidæ pompa ſuperbiæ ducit illecebris inanibus, fallacique boni ludit imagine.

Fili inſtruendi. Dum faciles animi, dum mobilis ætas.

Fluvius. Agmen hybernæ quod ſata mergit aquæ.

Fuga. Antevolans pavidas volucres.

G.

GAUDIUM

PUlſat pectora gaudio cor læto trepidum.

Glacies. Undæ frigore concretæ, ungulâ equi pulſatæ.

Grando. Lapidoſæ grandinis imber crepitans ruit.

Gelu. Pigra concretis flumina frænat aquis.

H.

HIRUNDO.

VEris avis nuntia.

Homo. Figmentũ fragilis luti, quo non bulla levis vanior. Nec fumi volucris vapor.

I.

IDOLUM.

LUdicra mentis humanæ commenta. Aurum caminis excoquens aut malleis massa è sequaci bracteas ducens figura multiformi ludicra numina.

Infamia. Turpes maculas infamia spargens.

Immortalis. Clausa nullo secula degit termino.

Impossibile. Citiùs inibo numerum arenæ in littore, quot volvit æstus corpora.

Infans. Parentis pendulus infans adhuc ad ubera.

Interitus. Solvit putres artus tempus edax.

Invidia. Livor æmulus dente frendens Livido dolore & irâ ringitur.

Judex. Jura celso de solio dat, fræna legum flectit.

Justitia. Genitrix quietis æquitas.

Juventa. Transvolat blandæ breve ver juventæ.

L.

LAPSUS.

LApsu pes lubrico gressum fefellit.

Lingua. Scythæ ferocis lingua pestilentior tinctis veneno spiculis. Ignis voracis flammis acrior.

Luna. Perenni luna cursu rediens menstrua novabit cursus.

Lætitiâ. Lætitiâ cor palpitat.

M.

MALEDICTUM.

NEc atris mitior anguibus vibrat linguæ virulentia.

Mane. Almæ diei nuncius Lucifer noctis umbras terrâ polóq; dimovet.

Mare. Vitreus pontus crystallino muro pendens.

Mare Tranquillum. Strata æqualiter unda: Arrident taciti tranquilla silentia ponti.

Meridies. Sol citato sidere convexa cœli percurrit. Medio dies quos torret axe. Alma fervidis tellus calescit ignibus.

Messis. Uberior seges imbribus aucta benignis.

Metropolis. Mater urbium.

Miser Fortunæ gravi vulnere perculsus afflictis in rebus & luctu vitam trahit.

Mors. Specu in sepulchri Mors fera condit Membra, liquit frigida spiritus. Regna lucis egentia quæ semper horror nubilus obtudet. Atræ mortis fauces. Mors unguibus imminet atris.

Mors communis. Gens hominum obvia fatis.

Mortuus. Mors sæva injecit manum. Mortis altâ subrutus caligine. Mors illachrymabilis sævo clausit antro. Mors lumina somno sopit. Lethæ gurgite mersus aquæ.

Mors Immatura. Brevis immatura juventæ stamina præscidit.

Mons. Nivosa montium fastigia,

Mortalis. Quod ævi vivimus penè est nihil, ac penè brevius quàm nihil umbræ fugacis instar atq; imaginis quã reddit æquor vitreum.

A Morte Ereptus. Pallidis læthi faucibus explicitus.

N.

NOX.

Illentibus terram tenebris obruit. Atris tenebris diem condit.
Oriens, Occidens. Primo à carcere ſolis Eoi ad purpureos occaſus.

O.

OBEDIENTIA.

Non procul à die reflectere lumina greſſibus.
Oper. Euris fugaciores umbratiles.
Os. Dulcì fraudum medicatum veneno.

P.

PISCIS.

Pinnarum celeri nata ſupererrat æquora.
Procella. E mari procella æquora excita ab imis evertens vadis.
Pudor. Repulſæ infamia rubore confundit genas.
Puer. Florentis ævi in limine.
Purus. Intactus ſcelerum contage nefandâ.

R.

REGERE.

Populos frænare ſuperbos Imperio.
Regnum Æternum. Nec legibus ævi ſubdita ſceptra tenes.
Reges. In populos quibus eſt permiſſa poteſtas, & jus ab alta ſede plebi dicitis. Regum timendorum in proprios greges, Reges ipſos imperium eſt Jovis.
Rete. Laqueis hæsêre impliciti pedes.
Ros. Tenellus gemmulis argenteis pingens gramina. Et verna ſuperians uligine juga montium.
Ruſticus. Aſper ruris alumnus.

S.

SACERDOS.

Sacrorum antiſtes.
Sapiens. Pectoris è penu depromens prudentiam.
Secula Æterna. Secula metæ neſcia.
Semper. Dum lucido ſol axe terras ambiet.
Senectus. Miſeræ pars ultima vitæ.
Senex. In luctu, ſqualore, ignominia ſeneſcit.
Sepulchrum. Sepulchri irremeabilis tenebricoſæ latebræ.
Sepultus. Sepulchri frigidus ſub frigido cumulo jacens.
Sermo purus. Nullo interlita fuco verba aut tacitam celantia fraudem.
Servus. Vernaculus.
Sidera. Sidera ignea terras luſtrant, polum pingunt.
Silentium. Elingue. Obtorpui ſilentio. Linguæ obſeravi clauſtra ſilentio. Silentio obmuteſcere.
Simplex. Innocuus animique rectus.
Sol. Obliquum per orbem Sol rutilos agitabit axes. Aurei dux luminis, qui recurſu præpeti vices diurnas temperas, & igni flammifer vago partiris orbi tempora.
Sollicitus. Curis mordacibus æger.

Somnia.

Somnia. Nocte mentis ludificans imago somni. Sensus per opaci ludens noctis imago.

Spiculum. Vulnifica sagitta.

Surdus ad preces. Aversam negat aurem implorantibus.

Sterilitas. Arva subitis sterilescere glebis.

Somnus. Dulcis almâ recreat sopor quiete.

Sol oriens. Primis Phœbus ab Indis rutilæ tollit lumina flammæ.

Sol occidens. Occiduas Phœbus descendit in undas.

Scoti. Pharetrati, ferre famam, contemnere frigora, & æstus valentes.

T.

TARTARUS.

DIra furiarum loca.

Terra Fœcunda. Fœcunda tellus. Fœlix frugum.

Terra sterilis, Sterile solum. Sterilis campus male pinguis arenæ. Liquido circumiona ponto. Siticulosæ arenæ impervia vastitas.

Tenebræ. Nox cœca. Polus vestitus tenebris. Nox atra sole cadente.

Terrigena. Quicunque terræ munere vescimur. Solers animal. Homo telluris alumnus.

Timor. Cor palpitat metu. Mens horret, nec ora verbis pervium præbent iter. Pavor humiles mentes consternat. Ingens, gelidi lentos frigus artus alligat.

Torrens. Nivali ab imbre turgidus.

Tuba. Rauci clangor æris æthera pulsat.

V.

VAGUS.

INstabilis, Vagis erroribus actus.

Ubera. Lacte distenta ubera.

Vemus. Nigrantibus alis nubiferas quatiens procellas.

Vesper. Diem tenebris condit. Sera rubens accendit lumina vesper.

E via devius. Error fefellit ambiguum viæ.

Victima. Dux gregis aras imbuit.

Vigil. Victa nec blandi illecebris soporis unquã lumina dimovet.

Vigiliæ. Languida liquit sopor lumina.

Violentia. Vis sœva superbiâ infræni.

Visus, Cæcis luminibus refundit luminis aurei iubar.

Vita. Vitalis auræ spiritus. Recurrit per calidos sanguis artus. Vita tristis, dura, anxia, per invios erratica montes inter latrones & inhospita gentis feræ mapalia. Blandæ illecebras caducas vitæ carpere. Vitæ fastidia carpis.

Vitis. Palmes uber proventu gravidus.

Volucris. Pennarum celeri volatu metitur ales aëra.

Vox. Anhelis edita pulmonibus cavo recurrit gutture.

Vultus. Aura jucunda favoris irradians.

FINIS.

REFORMATA POESEOS INSTITUTIO,

Ex. R. P.

JACOBI PONTANI

E. SOCIET. JESU POTISSIMUM LIBRIS CONCINNATA.

BREVITER EJUS FINEM, *Partes, & cujusque partis proprietates, adhæc quibus rebus verè bonum, omniq; numero absolutum, ac' probabile carmen efficiatur, edocens.*

OPERA

M. JOANNIS BUCHLERI

à Gladbach, in Wicradt Præfecti.

EDETIO NOVISSIMA

Prioribus multò correctior, auctior, & pudicior.

LONDINI,
Excudebat *Tho. Newcomb* impensis *Joannis Rothwell*. 1658.

AD LECTOREM CANDIDUM
JOANNIS CORNELIADÆ Angli pro Poëtica Inſtitutione Programma.

QVid ſit, & ipſa quibus perfecta Poëtica fiat
Partibus, ejuſdem diverſa poëmata, itémque
Quid deceat, quid non quovis in carmine vatem;
Quid virtutis ei, vitiique exiſtat origo;
Cui noviſſe libet (vati libuiſſe futuro
Addecet) hunc emat, hunc legat, omnia tradit ad artem
Hanc perdiſcendam quæ ſunt accommoda, linquit
Intactum nihil, in minima quod parte novello
Famque incœptanti valeat prodeſſe poëtæ.
Quâ ſcripſere quidem multi, ratione, modóque
Omne genus carmen doctâ ſplendeſcat ab arte,
At doctis tritiſque diu; Hic documenta tenellis
Proponit monſtrâtque viam quæ ducit eôdem.
Queis benè perſpectis non quod remoretur euntem
Eſt ſuper: experiaris, idem teſtabere mecum.
Si conciſa tamen nimis hæc fortaſſe putabis,
Quæ tibi Buchlerus brevitatis amore coêgit,
Pontani & Vidæ doctiſſima conſule ſcripta:
Quod ſi Scaligerum libeat ſociare duobus,
Plura parata putes tibi, quàm ſit habere neceſſe.

UTRUM NASCATUR an fiat Poëta?

CAPUT I.

QUanquam Poëtica Naturam, ſive ingenium maximè deſideret, ut nè quid tamen ad perfectionem deſit, Artem quoque & præterea Exercitationem, Imitationémque depoſcit. Horatius allatâ queſtione, Naturáne an ars plus ad carminis laudem proficeret, alteram altera ſeparari, ac divelli non poſſe aſſeruit.

Naturâ fieret laudabile carmen an arte,
Quæſitum eſt: ego nec ſtudium ſine divite vena,
Nec rude quòd proſit video ingenium: alterius ſic
Altera poſcit opem res & conjungit amicè.

Ars tanquam certiſſima dux, viam demonſtrat: quam ſi fideliter ſequemur, nunquam offendemus. Et quamvis non pauca ſint, quæ nullis præceptionibus pariuntur, propterea quòd à natura inſpirantur, nihilominus eadem Naturæ dona ab Arte magiſtra perficiuntur.

Notatio, & Natura Poëtices.

CAPUT. II.

POëtæ nomen παρὰ τὸ ποιεῖν deflexum eſt: Quam vocem facere & fingere cùm interpretentur, Poëta nobis Factor, & Fictor, ſive imitator, & Poëtica proinde Ars faciendi & fingendi, ſive imitandi exponetur. Fingere enim ſeu effingere eſt imitari: exemplarem illam, cujus imago & ſimilitudo fingitur: & qui imitatur effingit quippiam: Poëta cùm non tantummodo rerum exiſtentium formas, & ſimulacra elegantiſſimè imitando conſequatur, & exprimat; ſed inſuper non extantium, quæ tamen extare poſſent, & ità poſſent (quod quidem magis ipſius eſt officium) novas & mirificas omnino ſpecies, ac ſimilitudines præclaro quodam modo progignat, & tanquam è nihilo res fingendo producat, utramque illam ſignificationē τῦ ποιεῖν fingere, facere ſcilicet per. quæ ἀντονομασικῶς, Poëticæ, ſibique propriam fecit. Reliquarum artium nulli, quæ vel factione, vel imitatione conſtant, nec earum artificibus hoc nomen tribuitur. *Sit ergo Poëtica ars hominum actiones affingens, eáſque ad vitam inſtituendam carminibus exprimens.* Imitatio ſeu fictio Poëticam ab iis artibus ſecernit, quæ imitatione nullâ continentur; carmen ab his, quæ tametſi imitantur, & fingunt ut Dialogi, metrum tamen non adhibent. Idcirco vel imitatio, vel carmen abfuerit, Poëſis nulla erit. Fabuloſa fictio eſt tanquam forma, & anima Poëſeos, cùm fingere magis quàm verſificare Poëtam reddant. At verò uſus, quem penes arbitrium

bitrium est, & jus, & norma loquendi, Poëtas nominare consuevit qui tantùm nôrint metra funditare, quippe ἐν τῷ μιμεῖσθαι nihil valent. Hos docti versificatores vocant

De Poëtarum ordinibus.

CAPUT. III.

QUatuor potissimùm Poëtarum genera videtur voluisse in Oratore perfecto M. Tullius: Epicos sive Heroicos, Iambographos, Tragicos, Lyricos, sive Melicos. In quorum primo Principem numerat *Homerum*, in altero *Archilochum*, in tertio *Sophoclem*, in postremo *Pindarum*. In libello de opt. gen. Oratorum recensuit Tragicos, Comicos, Epicos, Melicos, Dithyrambicos. Quo loco pro ratione instituti sui in enumerando accuratior, & ut credibile est, Iambographos Comicorum nomine complexus est, propterea quod in Comœdia Iambi usus est frequentissimus. *Horatius* ad Pisones adduxit in medium sex ordines, Heroicos, Elegiacos, Lyricos, Iambicos, Comicos, Tragicos: Dithyrambicos ideo prætermisit, quòd eâ ætate nemo tactitaret id genus poëmata. Quæ divisiones cùm vel materiam vel genus carminis tantummodo considerent, non satis Poëtarum discrimina metiuntur. Etsi enim carmen ità à Poëta suscipitur, ut omittere non liceat, ipsum tamen honorem, ac nomen Poëtæ non magis cuiquam conciliat, quàm corpus humanum cuipiã dat esse hominẽ, si animus consilii, & intelligentiæ compos defuerit. Quòd si quis secum attentiùs perpendat, quid muneris Poëta verus exerceat, nempe hominum actiones imitando exprimere, quæ aut honestæ sunt & bonæ, aut inhonestæ & malæ, atque ideo aut laude aut vituperatione afficiendæ: tria potissimùm Poëtarum genera, Epicum, Comicum, Tragicum inveniet.

Quæ materia Poëtæ.

CAPUT. IV.

CIcero 1. de Orat. eandem propè, hoc est æquè amplam, vagam, longè latéque diffusam Poëtæ, quam Oratori materiam subjecit his verbis: *Est enim finitimus Oratori Poëta, numeris astrictior paulò, verborum autem licentiâ liberior: multis ornandi generibus socius ac penè par: In hoc quidem certè propè idem. nullis ut termino circumscribat, aut definiat jus suum, quo minùs ei liceat eâdem illâ facultate, & copia vagari quâ velit.* Jam porrò notum est, quid, & quantum in illa eruditissima disputatione L. Crassus oratori, id est, eloquenti permiserit, in quo regnare possit ejus oratio, Thesin puta & Hypothesin, breviter res omnes. Et sanè cum historiam Poëtarum evolvimus, nihil propemodum, seu supra lunæ orbem, & æternum, seu infra, & fluxum, caducúmque sit, astricto dicendi genere non comprehensum, & explicatum videmus. Quod cùm ità sit, nihilominus de materia Poëtæ angustiùs, & ad definitionem hujus ἀνάμεως, ut *Plutarchus* vocat, atq; ad officium Poëtæ aliquanto accommodatiùs disserendo. Materia ejus præcipuè sunt Actiones hominum. In his siquidem effingendis, & ad usum atque commodum vitæ exprimendis ejusdem cura, labor, industria se intendit.

Qui

Quis Poëtæ finis.

CAPUT. V.

POëtarum scopus est docere, & delectare: per imitationem, & carmen, velut conditiones penitus necessarias.

Horatius.

Aut prodesse volunt, aut delectare Poëtæ,
Aut simul & jucunda & idonea dicere vitæ.

Distinctè, & manifestè Tres fines adducit, quorum postremum ipse mox commendat, cæterisque anteponit.

Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.

Ut certum doctrinæ genus intelligeremus, verbum (prodesse) quàm (docere) maluit Horatius. Apertiùs autem in secundo, cùm dixit, *& idonea dicere vitæ.*

Quid distent Poëma & Poësis.

CAPUT. VI.

POëma est opus ipsum Poëtæ, id nimirum quod effectum est, finis & fructus operæ, atque studii, quod impendet poeta. Poësis est fictio ipsa ratione, ac forma Poëmatis, sive industria, atque opera facientis: Et Poëma, Poësis, Poëta, hæc tria differunt, quomodo tres personæ verbi à quibus oriuntur, πεποίημαι, πεποίησαι, πεποίηται. A prima existit Poëma, ab altera Poësis, à tertia Poëta; quasi dicas factum, factio, factor, aut fictum, fictio, fictor. *Poëma Ciceroni est metrica scriptio, tam parva, quàm magna.* Poësis interdum ipsum etiam habitum, seu artem, Poëticam videlicet ipsam declarat. At Poëma nunquam pro Poësi dictum invenias.

Tres Poëmatum modi, eorúmque Appellationes, & Species.

CAAUT VII.

PLato de optimo statu civitatis, lib. 3. omnē rationē Poëtarum in tres formas distribuit. Unam appellat ἁπλὴν διήγησιν, simplicē, & nudā narrationē, quando videlicet res simpliciter ac nudè continuatione expositionis à Poëta solo cōmemorantur. Alteram διὰ μιμήσεως γενομένην, per imitationē efformatā: quoties adhibentur personæ quædā, quæ rem quasi tum ageretur repræsentant, tacente, ac nihil pronuntiante Poëta. Postremā δι' ἀμφοτέρων, quæ ex duabus superioribus conflata, & concreta est, qua utroque modo permisti, simplici narratione, inquā, & imitatione præstant Poëtæ quod volunt: seu in qua & Poëta ipse loquitur, & personis sermo affingitur.

Singulorum modorum Græcæ & Latinæ Appellationes, cum suis Speciebus, & Poëtis.

CAPUT VIII.

PRimum vocant διηγηματικὸν, ἀποδιηγηματικὸν, ἀναγγελτικὸν, Latinè enuntiativum, enarrativum Quidam προφορικὸν, etiam nominârunt, id est, pronunciativum: Aristoteles verò ἀμετάβλητον, id est, immutabilem. Ad hunc pertinent, Teleg. 4. tres primi Georgicorum, & prima pars quarti, Lucretius totus, & alii. Species ejus Tres; ἀγγελτικὴ, quâ sententiæ morales scribuntur, ut fecit Theog. ἱστορικὴ, quâ narrationes & genealogiæ, ut est Hesiodi Theogonia; διδασκαλικὴ, quâ

Philo-

Philosophia comprehenditur, ut libri Varronis, Empedoclis, Parmenidis, Lucretii : Item Astrologia, ut φαινόμενα Arati. Georgicon Virgil. & similia. Secundum nominant δραματικὸν hoc est, activum, à gestu nempe & actione : δρᾶν enim Doricâ linguâ valet agere. Etiam dicitur μιμητικός Latinè imitativus. Item ὠφελητικὸς aptissimè : nam usu factum est, ut traheretur ad significandum disputationes διάλογοι. Huc rediguntur Eclog. 1. 5. & 9. Species ejus Quatuor apud Græcos, Tragica, Comica, Satyrica, Mimica : apud Romanos, Prætextata, Tabernaria, Atellana, Planipes. Restat tertius quem nuncupant μικτὸν mistum. Huc dantur Eclog. 2. 6. 8. 10. Hic continet Iliadem, Odysseam, totam Æneida : ad summam, Poesin Epicam : cujus tamen vim si acrius contemplere, non tam μικτὴν quàm ἐξηγηματικὴν judicabis. Est Lyricam, quæ, si Horatium nostrum spectes (plures enim non habemus) æquè sub primum subjici potest. Atque hujus tertiæ formæ παράδειγμα fit primus liber Æneidos Virgilii, in quo Poeta primùm ex sua persona in hunc modum exorditur,

Arma, virúmque cano, Trojæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lavinaque venit
Littora : multum ille & terris jactatus, & alto,
Vi superûm, sævæ memorem Junonis ob iram :
Multa quoq; & bello passus dum conderet urbem,
Inferrétque Deos Latio, genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.
Musa mihi causas memora, quo numine læso,
Quidve dolens regina Deûm tot volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit: tantæne animis cœlestibus iræ?
Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuêre coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberinaque longè
Ostia, dives opum, studiisque asperrima belli,
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabitâ coluisse Samo; hîc illius arma,
Hîc currus fuit, hoc regnum Dea gentibus esse,
Si quà fata sinant, jam tum tenditque fovétque.
Progeniem sed enim Trojano à sanguine ducî
Audierat, Tyrias olim quæ verteret arces :
Hinc populum latè Regem, bellóque superbum,
Venturum excidio Libyæ : sic volvere Parcas.
Id metuens, veterisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis:
Nec dum etiam causæ irarum sævique dolores
Exciderant animo : manet altâ mente repostum
Judicium Paridis, spretæque injuria formæ,
Et genus invisum, & rapti Ganymedis honores.
His accensa super jactatos æquore toto
Troas, reliquias Danaûm atque immitis Achilli,
Arcebat longè Latio : multósque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Vix è conspectu Siculæ tellúris in altum
Vela dabant læti, & spumas salis ære ruebant,
Cum Juno æternum servans sub pectore vulnus
Hæc secum :

Deinde iratæ Junonis personam induit.

—— Méne incepto desistere victam,
Nec posse Italiâ Teucrorum avertere Regem ?
Quippe vetor fatis : Pallásne exurere classem
Argivúm, atque ipsos potuit submergere Ponto,
Unius ob noxam, & furias Ajacis Oilei ?
Ipsa Jovis rapidum jaculata è nubibus ignem,
Disjecitque rates, evertítque æquora ventis.
Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopulóque infixit acuto.
Ast ego, quæ Divúm incedo Regina, Jovísque
Et soror, & conjux, una cum gente tot annos
Bella gero! & quisquam numen Junonis adoret
Præterea ? aut supplex aris imponat honorem ?

Quâ personâ mox depositâ, exponit, quid postea egerit : quomodo ad Æolum profecta sit, quale imperium Æolus in ventos habeat. *Virg.* verba hæc sunt.

Talia flammato secum Dea corde volutans,
Nimborum in patriam, loca fœta furentibus Austris,
Æoliam venit; hîc vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestátesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frænat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt, celsâ sedet Æolus arce,
Sceptra tenens, mollítque animos, & temperat iras.
Ni faciat, maria, ac terras cœlúmque profundum
Quippe ferant rapidi secum, verrántque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens, molémque & montes insuper altos
Imposuit, Regémque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas sciret dare jussus habenas.
Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est.

Rursus & Juno :

Æole (namque tibi Divúm pater, atque hominum Rex
Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos)
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victósque Penates;
Incute vim ventis summersásque obrue puppes,
Aut age diversas, & disjice corpora Ponto.
Sunt mihi bis septem præstanti corpore Nymphæ,
Quarum quæ formâ pulcherrima, Deiopeiam
Connubio jungam stabili, propriámque dicabo,
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, & pulchrâ faciat te prole parentem.

Fit etiam Æolus, dum eum Junoni respondentem imitatur,

Æolus hæc contra : tuus, O Regina, quid optes

Explo-

Explorare labor : mihi juſſa capeſſere fas eſt.
Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra Jovémque
Concilias, tu das epulis accumbere divûm,
Lympharúmque facis, tempeſtatúmq; potentem, &c.

Idem ſecundo Æneidos pauca ex ſua perſona præfatus.

Conticuêre omnes, intentique ora tenebant :
Inde toro pater Æneas ſic orſus ab alto.

Mox Æneam refert.

Infandum Regina jubes renovare dolorem :
Trojanas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Danai ; quæque ipſe miſerrima vidi,
Et quorum pars magna fui ; quis talia fando
Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Ulyſſei
Temperet à lachrymis ? & jam nox humida cœlo
Præcipitat, ſuadéntque cadentia ſidera ſomnos.
Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breviter Trojæ ſupremum audire laborem,
Quanquam animus meminiſſe horret, luctúq; refugit,
Incipiam : Fracti bello, fatiſque repulſi
Ductores Danaûm, tot jam labentibus annis,
Inſtar montis equum divinâ Palladis arte
Ædificant, ſectâque intexunt abiete coſtas :
Votum pro reditu ſimulant : ea fama vagatur.
Huc dejecta virûm ſortiti corpora furtim
Includunt cæco lateri, penitúſque cavernas
Ingentes uterúmque armato milite complent.

Hæc oratio ut nunc Poëta, nunc alii loquantur, totâ Iliade, & Odyſeâ, totâ itidem Æneide cuſtoditur. Ille Poëta maximè commendandus, qui quàm minimum loquitur ex ſua perſona, perpetuóque imitatur, cùm ejus laus potiſſimùm in imitatione conſiſtat.

De *Exercitatione, & modo ſcribendi.*

CAPUT IX.

QUi ſine multa exercitatione, ſine diligenti optimorum Poëtarum imitatione, (ut alia non pauca prætereream) ſe magnam laudem adepturum ſperat, is non tam imprudens, quàm impudens cenſeri ritè poteſt. Laborandum non eſt ut multos quotidie verſus eructemur ; paucos velim, & quàm poteſt fieri, optimos : Quod ſine meditatione, curâ, cuſtatione & morâ non erit. Verùm quid inde commodi naſcatur, docet Quintil. lib. 10. cap. 3. *Citò ſcribendo non fit ut bene : bene ſcribendo fit ut citò ſcribamus. Primùm hoc conſtituendum eſt, ut quàm optimè ſcribamus, celeritatem dabit conſuetudo.* Stylus ergo optimus, & dicendi, & poetandi effector, ac magiſter : ſtylus, inquam, non ſine cura, animadverſione, & diligentia : Obtemperandum prorſus ejuſdē Quintil. concilio, cujus hæc ſunt verba, *ſit primus vel tardus, dum diligens ſit ſtylus. Quæramus optima, nec prima ſe offerentibus gaudeamus. Adhibeatur judicium inventis, diſpoſitis probatis. Delectus enim rerum verborúmque habendus eſt, & ponde-*

ſingu-

...gulorũ examinanda. Post subeat ratio collocandi, versentúrque omni modo numeri. Non ut quodque se proferet verbum, occupet locum. Quæ ...idem ut diligentiùs exequamur, repetenda sæpius erunt scriptorũ ...xima. Nã præter id quod sic melius junguntur prioribus sequentia, ca... quoque ille cogitationis, qui scribendi morâ refrixit, recipit ex in...gro vires, & velut repetito spatio sumit impetum: quod in certamine ...iendi fieri videmus, ut conatũ longiùs petant, & ad id quo conten...tur spatio, cursu ferantur: utque in jaculando brachia reducimus, & ...pulsuri tela nervos retro tendimus. Eodẽ capite reprehendit quos...am qui primò occurrere per materiam stylo quàm velocissimo vo...nt, & sequentes calorem, ac impetum, ex tempore scribunt, ...nc sylvam vocant. *Repetunt deinde & componunt quæ effuderant: ...verba emendantur, & numeri: manet in rebus temerè congestis, ...a fuit, levitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atq; ab ...itio sic opus ducere, ut cælandum, non ex integro fabricandum sit.* Hæc ...bius.

Genera quædã exercitationis Poëticæ.

CAP. X.

PRimum sit illud, unam eandémque rem diversis verbis, eâdẽ, aut diversâ specie carminis eloqui: exemplo sit, Amnis glacie ...ncretus, in Appendice Virgiliana diversis modis eleganter de...riptus.

Quà ratis egit iter, juncto bove plaustra trahuntur,
Postquam tristis hyems frigore vinxit aquas.
Sustinet unda rotam, patulæ modò pervia puppi:
Ut concreta gelu marmoris instar habet.
Quas modò plaustra premunt undas, ratis antè secabat:
Postquam brumali diriguêre gelu.
Unda rotam patitur, celerem nunc passa carinam:
In glaciẽ solidam versus ut amnis abit.
Quæ solita est ferre unda rates, fit pervia plaustris:
Ut stetit in glaciem marmore versa novo.
Semita fit plaustro quà puppis adunca cucurrit:
Postquam frigoribus bruma coëgit aquas.
Orbita signat iter, modò quà cavus alveus exit,
Strinxit aquas tenues ut glacialis hyems.
Amnis iter plaustro dat, qui dedit ante carinæ:
Duruit ut ventis unda, fit apta rotis:
Plaustra boves ducunt, quà remis acta carina est:
Postquam diriguit crassus in amne liquor.
Unda rapax ratium plaustris iter algida præbet:
Frigoribus sævis ut stetit amnis iners.
Plaustra viã carpunt, quà puppes ire solebant,
Frigidus ut Boreas obstupefecit aquas.

2. Conducit tractari idẽ nunc concisè & breviter, nunc amplè ...copiosè, nunc propriis, nunc modificatis verbis: nunc simplici, ...c versâ, & luminibus insignitâ oratione.

3. Transfundamus solutam ac liberam orationem in carmen,

oratoriásque locutiones Poëticis commutare ſtudeamus. Et cùm Oratores reſtrictiores, nos liberiores ſimus moréque Poëtico argumentum dilatemus, fucum addamus, flores intexamus.

4. Vertamus interdum aliquid, breve tamen, de Græco in Latinum, aut de Latino in Græcum. Quæ exercitatio ad utriuſque linguæ proprietatem, ſplendorem, elegantiam, copiam, figurarúmque varietatem percipiendam non mediocriter valet. Imitationem item optimorum, ſimilia inveniendi facultas parabitur, & intelligentia præterea atque judicium ex hoc acquirerur, ut Plinius aſſeverat.

5. Unum genus carminis apud auctorem aliquem inventũ, numeris mutatis ad aliud redigamus. Hexametrum ad Elegiacum, Phaleucium & Sapphicum, & cætera eodem modo.

6. Quinimo eodem genere quo Poëta ille uſus eſt, eandẽ rem explicandam ſumamus. Poſtremò, verſus Poëtæ boni ad alium ſenſum convertemus: & tanquam ſurculos ex arbore una in aliam inſeremus, qui tamen in ea nati, non in eam inſiti videri poſſint, idque dupliciter, vel ἀπαραπλοκῶς nullâ mutatione, quomodo fecerunt Proba Falconia ex Virgilio, & Eudocia Imperatrix ex Homero, quod genus Centones, à centonibus, quibus fiunt ſtragula, vocamus: vel παραπεποιημένως in parte aliqua, quod genus Parodias nominant. Nec ejus exempla deſunt. *Vide Scaligerum.*

De imitatione, & quo pacto imitandum ſit. CAP. XI.

DUplicem eſſe imitationẽ conſtat. Unã de qua in principio hujus libelli actũ eſt, ubi imitari, effingere quippiã ſignificaviximus; Alteram, quâ impellimur cùm diligenti ratione, ut ad cujus boni & præſtantis Poëtæ ſimiles, ſecundũ omnes ejus virtutes, aut ſaltẽ inſigniores eſſe poſſimus. Unus præcipuè deligendus cui nos ſimiles eſſe ſtudeamus, cui ſi quid deeſt, nullo negotio ab aliis petere licebit. Qui Comœdiam facturus eſt, ad exemplã Plauti aut Terentii properabit: Qui Heroicum, Virgilium imitabitur. Qui Elegiacum, Propertium ſequetur. In Lyricis quid nobilius Horatio? In Tragœdia quem imitemur, exemplo ſuo docebit Seneca. Omnis autẽ labor eò impendendus, nè quæ dicimus illorũ, ſed noſtra videantur, quamvis doctos viros unde illa hauſerimus non fallat. Apes imitari præcipit Seneca, quas videmus volitare per florea rura, & ſuccos ad mellificandum idoneos quærere. Nos ſimiliter, quæ ex diverſa, ſeu multa unius lectione congeſſimus, ſeparare debemus: deinde adhibitâ ingenii curâ, & facultate in unum ſaporẽ varia illa libamenta confundere: ut etan ſi apparuerit unde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quàm unde ſumptum eſt, appareat. Quod in corpore noſtro videmus ſine ulla opera noſtra facere naturam. Alimenta quæ accipimus, quàm diu in ſua qualitate perdurant, & ſolida innatant ſtomacho oneri ſunt: at cùm ex quod erant, mutata ſunt, tunc demùm in vires & in ſanguinem tranſeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia præſtemus: ut quæcunque hauſimus, non patiamur integra eſſe, nè aliena ſint, ſed concoquamus illa.

De argumento viribus conveniente ex ſummendo, déq; carminis & Pœſeos genere deligendo.

CAP. XII.

DEbene Horatius monuit non eſſe grandius imponendum onus humeris, quàm ſuſtinere queunt, materiámque ſcriptioni deligi eam oportere, quæ exploratis ac tentatis antea diligenter viribus convenire ſentiatur. Quod ſi nos viribus noſtris metiemur, & onus ingenio, doctrinæque noſtræ ſubjecerimus (neque enim omnia poſſumus omnes) promittit, nec verba nobis nec diſpoſitionem atque ordinem (ſine quo nihil lucidum, omnia perturbata & obſcura fiunt) defuturum.

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus, & verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri; cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

Alioqui propter imbecillitatem ingenii, & orationis paupertatem in medio conatu ſubſiſtere, incœptúmque curſum iuterrumpere compellemur: Ovid. 2. Triſt. poſtquam ſemet accuſavit quod non fictis nugis amatoriis res bello geſtas, res populi Romani, atque deo Aug. Cæſaris ad poſteritatis memoriam verſibus commendaſſet, tandem ità ſe purgat.

Arguor immeritò: tenuis mihi campus aratur,
Illud erat magnæ fertilitatis opus.
Non ideo debet pelago ſe credere, ſi qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.
Forſan in hoc dubitem, numeris levioribus aptus
Sim ſatis, in parvos ſufficiámque modos:
At ſi me jubeas domitos Jovis igne gigantes
Dicere, conatem debilitabit onus.
Divitis ingenii eſt immania Cæſaris acta
Condere, materiâ nè ſuperetur opus.

Conſultũ proinde eſt non ſubitò Iliadas, & Gigantomachias capere; argumenta, inquam, operoſa, longa, difficilia: id enim quid adoleſcens fuerit, quàm cereis pennis volitare? Res ludicras principio amemus, ipſi quoque Culicem noſtrum, at Araneolã, aut Formicã, aut Batrachomyomachiam, aut apologos Æſopicos habeamus. Jocemur Epigrammatis. Quædam puſilla, & contractiora poëmata, venuſta & ingenioſa extundamus, donec humeri vitulo ferendo aſſueti, bovem geſtare poſſint. Hæc ſunt Poëtarum tyrocynia, optimæ velitationes & progymnaſmata, Quod de Materia, ſive argumentis dictum eſt, hoc idem prorſus de genere carminis, quod materiæ congruens, & accommodatum eſſe debet, intelligatur, nè vetet ephippia bos piger, optet arare caballus. Cernimus alios ad Tragœdiam, alios ad Tragœdiam faciendam natos: Hic in Lyrico, ille in Elegia, ille in Epigrammate non perdit operam. Capiat adoleſcens aptum ſibi & idoneum naturæ ſuæ poëmatis & carminis genus, in quo præcipuè excolendo multùm temporis atque ſtudii conferat.

Conquirenda rerum ac verborum supellex. Tranquillitate & Secessu opus.

CAP. XIII.

PRiusquam ad conficiendum poema accingamur, multa & magna rerum atque verborum (quibus duobus omnis constat absolvitúrque oratio) supellex cōparanda, & undíque conquirenda est. Ex arca plena sumptum facere perjucundum est: durā contrà impendere, quæ nondum possides, & magnæ temeritatis nondum cæsâ, & convectâ materiâ aggredi ad ædificandum. Commendantur, qui cùm nunquam non studiosè attentéque, tum sub illud tempus longè studiosiùs, attentiúsque veteres poetas legunt, quo sunt carmina scripturi: ibique instar apum per amœnissimos campos & floriferos saltus divagantes, tanquam flosculis decerpunt, unde mel conficiant. Ex quo consequitur, ut jam effectum poema eruditis hominibus, quique tritas habent aures notandis generibus Poëtarum, lectu sit quàm gratissimum, propterea nimirum, quòd plures lócos insignes ex optimis Poëtarum ingeniosè imitatos deprehendunt. Alia duo quoque carminibus multò rectiùs faciliùsque componendis non mediocre præstabunt auxilium. Unum est, Mens pacata, mens aliud quâvis solicitudine vacans, angore & perturbatione omni soluta prorsus, atque libera. Animus distractus, nulla in re munus suum fungi probè ac decenter potest: nedum, ut pariendis versibus ornatissimis idoneus videatur: quos siquis curâ, attentione, judicio indigere non putat, ipse judicio indiget. Ovidius hoc ipsum nou semel judicavit, docuitque hanc ipsam esse causam, cur tam difficulter versus scriberet; quia scilicet penè quotidiano timore periculorum, ac trepidatione jactaretur.

—— Carmina lætum
Sunt opus, & pacem mentis habere volunt:
Carmina proveniunt animo deducta sereno;
Nubila sunt subitis tempora nostra malis.

Idem, quomodo in tempestatum procella, animi statu perturbatissimo versus facere potuerit, miratur, & ait,

Quòd facerem versus inter fera murmura Ponti,
Cyclades Ægeas obstupuisse puto.
Ipse ego nunc miror tantis animique marisq;
Fluctibus ingenium non cecidisse meum.

Alterū est, Secessus. Demosthenē Fabius cōmendat, qui se in locū, ex quo nulla exaudiri vox, nihilque prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentē cogerent oculi; Ideóque lucubrantes, inquit, silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen unum velut tectos maximè teneant. Nox quoque versibus faciendis, ut orationibus, opportuna est, quàm Græci non sine causa εὐφρόνην appellārunt, & consultationibus accommodatam boni scriptores aiunt. Latebræ etiam, & loca planè sola juvant: quod idē volunt Ovidius, ut illud superiùs, animum scilicet curis non impeditum.

Carmina secessum scribentis, & otia quærunt.

Sed illi loci, in quibus est sensibus blandiens amœnitas, sylvæ, horti, nemora, ruscula, ubi frondescunt arbores, pubescunt vites, segetes

segetes largiuntur fruges, ubi obliquo laborat lympha fugax trepidare rivo, tales, inquam, loci Poëtis aptiores & proprii videntur. Atque Horatius tales recessus imprimis adamavit, eósque Poëtis frequentandos suasit.

——me gelidum nemus,
Nympharúmque leves cum Satyris chori
Secernunt populo.

Et Epist. 1. lib. 2.

Præter cætera Romæ mene poëmata censes
Scribere posse inter tot curas, totque labores?

Et paulo post.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbem:

Ovidius proinde ad finem elegiæ unde superiores versus allati, veniam à lectoribus petit his verbis.

Quò magis his debes ignoscere candide lector,
Si spe sunt, ut sunt, inferiora tuâ.
Non hæc in nostris, ut quondam, scripsimus hortis,
Nec consuete meum, lectule, corpus habes.
Factor in indomito brumali luce profundo,
Ipsáque cæruleis charta feritur aquis.

De Judicio,

CAPUT. XIV.

IN Poëticis nulla res tanti est momenti, quanti judicium, nec est aliquid quidquã, cujus major sit cõmendatio, vel admiratio. Difficultas autem propè maxima, cùm id arte præceptisque tradi vix possit: quia potius naturæ munus quoddã est, atque illustre beneficium. Nullus locus æquè lubricus, nihil in quo & frequentius, & gravius & à pluribus offendatur: Multi in omnẽ partẽ labunt, quos vitare non poterit, qui non animadverterit: non autẽ animadvertet, quem judicii acrimonia subtilitásque destituerit. Nihil aptiùs dici potest, opinor, quàm judicium esse oculũ ingenii, sine quo etiam videntes nihil vident, & quodammodo in tenebris hallucinantur. Sæpè autem evenit, ut dum unã vitare culpã contendimus, & dum reipsã vitamus, in aliã quandã stultitiã nostrã & imprudentiã incidamus. Scite Horatius:

Dum vitant stulti vitia in contraria currunt.

Ut in vita, inquit M. Tullius, *sic in oratione nihil est difficilius quàm quid deceat videre: τὸ πρέπον appellant Græci, nos decorum, de quo & præclarè multa præcipiuntur, & est res cognitione dignissima. Hujus oratione non modò in vita, sed sæpissimè in pœmatis, & oratione peccatur:* Hinc Flaccus.

Maxima pars vatum, pater, & juvenes patre digni,
Decipimur specie recti. Brevis esse laboro,
Obscurus fio: sectantẽ lenia nervi
Deficiunt, animique: Professus grandia turget:
Serpit humi tutus nimium, timidúsque procellæ.
Qui variare cupit rem prodigialiter unam,
Delphinũ sylvis appingit, fluctibus aprum.

Quibus ille verbis universè docet, quàm limato, & acri judicio præditum esse Poëtam oporteat, ut vitiosa à rectis distinguere,

& illa rejicere, ista sequi in scribendo queat. Ponit autem quis-que vitiorũ exempla Horatius: Fideliter monuit idẽ ut nè nimiũ nostro judicio tribuamus: sed alios quoq; poematũ nostrorũ judices & arbitros adhibeamus: nam duo oculi plus vident quàm unus.

Tu nihil invitâ dices faciésve Minervâ;
Id tibi judicium est, ea mens; si quid tamen olim
Scripseris, in Maevi descendat judicis aures,
Et patris, & nostras.

Jam quod aliis faciendum suasit, id ipsemet fecit: nam ad Tibullum scribens epistolâ quartâ, libro primo sic orditur,

Albi nostrorum sermonum candide judex.

A doctoribus & prudentioribus nos emendari non recusabimus & quod vel ingenio, vel judicio nostro deest, id ab aliis mutari non erubescemus.

De diligentia emendationis & recognitionis.
CAP. XV.

IN crebra & solerti emendatione permultum est situ, cujus negligentiam in Poëtis Romanis reprehendit Horatius.

Nec virtute foret, clarisve potentius armis
Quàm linguâ Latium, si non offenderet unum
Quémque Poëtarum limae labor, & mora.

Mox in persona Pisonum ad eam nos hortatur.

——— *Vos ô*
Pompilius sanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Perfectum decies non castigavit ad unguem.

Et Sat. 10. lib. 1.

Saepè stylum vertas, iterum quae digna legi sunt
Scripturus.

P. Virgil. certè ex industria emendandi summâ sibi laudẽ comparavit, qui teste Donato, cùm Georgicôn libros componeret, quot die mane plurimos versus meditatus dictabat, eósque per totũ diem retractando ad pauciss imos redigebat: non absurdè carmen ursæ moræ dicens parere, & lambendo demũ effingere: Constituit praeterea in Graeciâ & Asiâ proficisci, totóque triennio Æneidẽ limare ac perpolire; sed mors bonũ consiliũ disturbavit. Quocirca testamento jussit eã cõburi: maluit siquidẽ prorsus non extare apud posteros, quàm inemendatã extare. Testis hujus carmen Octavii Augusti, quod ob elegantiam ascribere libuit.

Ergóne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas? ergo ibit in ignes,
Magnáque doctiliqui morietur Musa Maronis?
Ah scelus indignum! Solvetur litera dives?
Et poterunt spectare oculi! nec parcit honori
Flamma suo? dignúmque operis servare decorem?
Noster Apollo veta: Musae prohibete Latinae, &c. in appendice Virgil.

Optimũ emendandi genus asserit esse Fabius, si scripta in aliquod tempus reponantur, ut ad ea post intervallũ, velut nova atque a

ea redeamus: nè alioquin nobis tanquam recens editi fœtus blandiantur. Unde Horatius,

——— *Nonúmque premátur in annum;*
Membranis intus positis delere licebit,
Quod non ediderís; nescit vox missa reverti.

Ubi ad exemplum Cinnæ videtur respexisse, qui Poema quod Smyrnam inscripserat, totis novem annis perpoliverat, de quo Catullus.

Smyrna mei Cinnæ nonam post denique messem
Quàm cœpta est, nonámque edita post hyemem.

Hæc cò dicuntur, ut sciamus non esse festinandum.

DE EPOPOEIA.

Quid potissimum velit hoc nomen: item de versu Hexametro, & Heroico, & quid sit Epopœia.

CAP. XVI.

Ἔπος valet verbum seu locutio, ποιεῖν facere seu fingere, & ἐποποιία, quæcunque sive solutâ, sive ligatâ oratione expressa fictio. Ità erunt Epici, tum qui dialogos componunt, tum Poëtæ quilibet. Sed cùm Epos propriè magisque poeticam locutionem, propter ejus nobilitatẽ (versum scilicet) quam alium significet (ut ποιεῖν quoque κατ' ἐξοχὴν vatibus tribuitur) rursum ob gravitatẽ, stabilitatẽ, amplitudinẽ, excellentiã, & Hxametrũ carmen transfertur, dicturque hæc Poëtis ἐποποιία, & hujus compositores Epici. Majestate itẽ, sive ut est apud Demetriũ, Διὰ μεγέθος, & ποίημα τὸ ἡρῷον, ob magnitudinem, & quia heroum personis conveniat (quia nimirum eo actiones heronm commodissimè, & optimè imitamur) Heroicum appellatur. Hexametrum quidem semper appellare licebit, Heroicũ non semper: nempe si eo virorũ fortiũ, & inclytorũ facinora non memorabuntur. *Epopœia est poesis carmine Hexametro illustres illustrium actiones per narrationem imitans.* Oportet ipsam imitari actionem: alioqui poesis minimè vocabitur. Quod autem insignes & memorabiles actiones imitatur, hoc ipso à Comœdia distat, in quâ sunt exprimuntúrque actiones humiles personarum civilium. Narratio eam à Comœdia & Tragœdia separat: si quidem utrobique aguntur res (quamobrem etiam dramata vocantur) non autem exponuntur. Carmine Hexametro à reliquis generibus Poëseos distinguitur: Dramaticis enim fabulis Iambus, quẽ Horatius alternis sermonibus aptum esse dicit, aptior visus est, quàm Hexametrum.

Observanda in Epopœia.

CAP. XVII.

SUmet Epicus argumentũ ab Historicis: qui si variaverint, sequetur quem voluerit. Veruntamen à fama & memoria publica non discedit. In quo Virgilius, qui Didonem fœminã castissimam, ut ex Justino & aliis liquet, amore Æneæ hospitis furentem finxit, quæ aliquot antè seculis nata fuit, quàm ille Italiam peteret, in reprehentionem incurrit. Cæterùm quamvis historiam mutuetur Epicus, multa nihilominus suo jure fingit, variisque rationibus historiæ faciem in poematis speciem, vultúmque commutat. Quin etiã allegoria res invertit: & cùm ab Historico res individuas sumpse-

rit, ad universale, ut in scholis loquuntur, transit. Illas Homeri magnanimi ac bellicosi, Odyssea prudentis, civilis, ac togati hominis imago est. Æneas optimi & religiosissimi Principis. Jam hoc quoque necessariò monendū est, ut fabula, id est, actionū conformatio & dispositio una sit sive simplex, non multiformis. Licèt enim in Epopœia plures actiones insint, tamen ex omnibus, velut è pluribus membris unum corpus, una fabula componatur, necesse est, nè fortè monstrum Horatianum nascatur. Præterea dilatanda & amplificanda est Epopœia pluribus digressionibus, quarū varietate leporē, ornatum venustatémque magnam generat.

De Principio Epopœiæ.

CAP. XVIII.

QUanquam Heroicum poema ornatissimum ac politissimum esse debeat; qnod tamen ad ingressum & principium ejus attinet rectè vult Horatius, illud non esse par ac simile reliquo contextui sed aliquanto siccius, demissius, simplicius: à quo omnis ingenii & doctrinæ ostentatio, omnis granditas, nimius & exquisitus abest ornatus.

Tres partes numerantur Epopœiæ, seu poematis Heroici: Propositio, Invocatio, Narratio.

De Propositione.

CAP. XIX.

POëtæ studio habent auditores lectoréque suos dociles reddere & attentos: quod consequimur, ut præcipiunt Rhetores, si summā causæ breviter exponamus: & si proponamus quibusnā de rebus dicturi simus. Quamvis autem Orator aliquando docilem facere auditorē non laboret, cùm res aut nota jam, aut humilis, aut parva est, tamen qui magna nondū cognita explicaturus est, ut Poëta, nunquam non proponit. Quoniam verò ipsa Fabula, simplex & una, quantumvis ex pluribus actionibus cohærentibus cōposita esse debet: Propositio res plures ac diversas recipere non poterit. Homerus & Virgilius cùm proponunt, longiore quâdam circuitione utuntur: nec ille Ulyssem, nec hic Æneam nominat. Sic autem de illis loquuntur, ut facili negotio eos ipsos esse intelligatur. Quæ res cùm magnopere delectet, non mediocrem quoque attentionem conciliat. Fugienda in hujusmodi circuitione omnis obscuritas: nè ibi tenebras ingeramus, ubi lucē præbere debuimus. Admonent nonnulli, Propositionem ut simplicem, ità brevem esse oportere. Non enim auditor ibi detinendus est verbis: qui ubi rerū exitū & scopū didicit, ad Narrationem festinat. Neque tamen ea verba decidenda sunt, quæ si subtrahantur, rem obscuraverint.

De Invocatione.

CAP. XX.

RE jam propositâ, divinā opē implorare consueverunt: Græci invocationem propositioni conjungunt. Latini plerique omnes seorsim utrūque faciunt. Quo tempore Imperatores quasi divisum cū Jove tenebant imperium, ut ait in Epigrammate Virgilius, Poëtæ ipsos ut numina invocabant: ut itē illustres aliquando viros.

ros. Quomodo porrò Oratori datur potestas in ipso oratiouis cur-
su, quoties locus requirit, denuò captare benevolentiã, & attenti-
onẽ renovare: ità fas, & jus est Poëtæ, vel ob aliquam rei diffi-
cultatẽ exortã, vel ob gravitatẽ & magnitudinẽ, vel novitatem, in-
vocationẽ iterare. Virgil. lib. 6. loca nulli visa, & inaudita apud
priores descripturus, invocationem hanc præmittit.

Dii quibus imperium est animarum, umbræque silentes,
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia latè,
Sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
Pandere res altâ terrâ & caligine mersas.

Non solùm initiis operum suorum Musas iuvocant, inquit Fabius,
sed provecti quoque longiùs, cùm ad aliquem graviorẽ venerint lo-
cum, repetunt vota, & velut novâ precatione utuntur. Nobis au-
tem Christianis (præsertim cum argumenta sacra, & divina susci-
pimus) pulchrum est à Deo Opt. Max. ab ejus Filio Jesu Christo, à
Sacrosancto Spiritu, auxilium poscere: favor cujus immensus ac
benevolentia si nostra studia comitabitur, nihil verendum erit ne
illa parum fœliciter procedant.

DE NARRATIONE.

Quæ sit narrationis collocatio, unde videlicet exordienda sit Epico narratio.

CAP. XXI

PRopositionẽ Invocatio, Invocationẽ excipit Narratio. Sed an-
tè hanc aliquando Historicorũ more causas quasdã, quamvis
ritè & à prima origine enumeramus, quæ simul ad ipsã expositio-
nẽ quasi viã muniant, eámque illustrent. Sic Virg. cur tantis in Æ-
neã odiis baccharetur Juno, causas priùs quinq; recensuit, quàm ad
narrationem aggrederetur. Virgilii & Homeri exemplo vel à po-
stremis, vel à mediis ducendũ Narrationis principiũ, secus quàm
Historici solent, qui à primis initiis & causis narrationẽ ordiuntur,
& rerũ tantummodo ordinem & seriẽ temporũ intuentur. Virgi-
lius enim noster opus non quidẽ ab aversione urbis Trojæ, verùm à
navigatione è Sicilia Italiã versus inchoavit. Turbulentissimâ au-
tẽ tempestate jactatus, & ad Africæ littora tandẽ appulsus Æneas,
ibique à Didone Carthaginensiã regina hospitio perhumaniter ac
benignè exceptus, ipsam Trojæ vastationẽ, itinera omnia à
Troje littoribus in Siciliam usque terrâ marique confecta duobus
libris, secundo inquã, & tertio cõmemorat. Quamobrẽ si ad rerũ
gestarũ ordinẽ, tempusque respicimus, liber secundus erit primus,
tertius secundus, primus tertius: quia priùs utique capi, & solo
aquari Trojã oportuit, quàm Æneas diversa exilia, & desertas ter-
ras quæreret. Homerus in Odyssea post deletũ funditus Iliũ, Ulys-
sem in Insula Ogygia, apud Calypsonẽ Atlantis filiã constituit:
Deinde per gravissima pericula, ad Alcinoũ Phæacũ regẽ in Cor-
cyrã Insulã deducit: Ibi (licut Æneas Carthagine apud Didonẽ
inter epulas) suos errores, pugnas, & casus antegressos l. 9. & re-
liquis tribus usque ad 13. exponit. Hanc ordiendi rationem illis
scribus præcepisse Horatiã eruditi contendunt.

Ordinis hæc virtus erit, & Venus, aut ego fallor,
Ut jam nunc dicat, jam nunc debentia dici;
Pleraque differat, & præsens in tempus omittat.

Volunt (jam nunc debentia dici) esse media, vel postrema e (pleráque) esse antecedentia, quæ omitti debent præsens in tempus, hoc est, in ipso ingressu narrationis, vel in aliud tempus, quod commodius illis narrandis videbitur. Ovidius contrà, Historicos imitatus, Metamorphoseon libros à primis causis exorditur in hunc modum.

In nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora; Dii cœptis (nam vos mutâstis & illas)
Adspirate meis, primáque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Ante mare & terras, & quod tegit omnia cœlum,
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixêre Chaos, rudis, indigestáque moles,
Nec quicquam nisi pondus iners, congestáque eodem
Non bene junctarum discordia semina rerum.
Nullus adhuc mundo præbebat lumina Titan:
Nec nova crescendo reparabat cornua Phœbe,
Nec circumfuso pendebat in aëre tellus
Ponderibus librata suis: nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite, &c.

Leges aliquot pro Hexametri elegantia.

CAP. XXII.

ELegantissimi censentur Hexametri, qui numeris sive pedibus ipsarum rerum, actionúmque celeritati, tarditati, difficultati, gravitati, amplitudini argumentorum, ac personarum respondent, & rem ipsam oculis quodammodo aspectandam subjiciunt. Tales exempli causa, sunt hi celeres quidem Æneidos 5.

Inde ubi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes,
Haud mora, prosiliêre suis, ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.

Tibullus.

Quisquis amore tenetur, eat tutúsque sacerque.

Idem.

Námque ager ut per plana citus sola verbere turbo.

Virgil. 3. Georgicorum pedes adhibuit tardos & [illegible] loquens de Cyclopibus fulmina Jovi fabricantibus præterea 1. & 12. Æneid.

Illi inter sese multâ vi brachia jactant,
Luctantes ventos, tempestatésque sonoras.
Olli sedato respondet corde Latinus.

In his versibus regnat Spondæus, & unicus Dactylus adhibetur, qui prætermitti non potuit.

DE VERSU SPONDIACO.

[illegible] vocant, in quo loco Quinto, quæ Dactyli propri[illegible] [illegible]atur Spondæus: quod variis de causis fieri consue[illegible] [illegible]phasim, propter auctoritatē, dignitatē, majesta[illegible]

tem, item propter effectûs magnitudinẽ exprimendã: nec non ad rem inopinatã, & magnã significandã: quæ ex appositis exemplis facilè cognosci poterunt, 1,2,3. Æneid. Eclogâ quartâ.

Tum ille Æneas quem Dardanio Anchisæ
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit,
Cum socijs, natóque, penatibus, & magnis Diis,
Chara Deûm soboles, magnum Jovis incrementum.

Catallus de Nupt.

Æquoreæ monstrum Nereides admiratæ.

Propertius.

Sunt apud infernos tot millia formosarum.

Inculcant illud Præceptores carminũ, ut si quintâ regione Spondæum collocare, ob antedictas causas velimus, quarto loco ponatur Dactylus, alioqui versum insuaviorẽ futurũ; quales sunt isti, 7. Æneid. 3. Georg.

Aut leves ocreas lento ducunt argento,
Saxa per & scopulos, & depressus convalles.

3. Non aspernandum præterea, imo insigne Hexametri carminis ornamentũ creditur, quoties sententia suspenditur, nec nisi post quartũ, quintũ, sextũ, septimũ, octavũ quandoque versum complet. Exempla sub manu sunt 3. *Æneid.*

Ille ego qui quondam gracili modulatus avenâ
Carmen, & egressus sylvis, vicina coegi,
Ut quamvis avido parerent arva colono:
Gratum opus agricolis: At nunc horrentia Martis
Arma virúmque cano Trojæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus, Lavinâque venit
Littora: multùm ille & terris jactatus, & alto,
Vi superûm, sævæ memorem Junonis ob iram.
Multa quoque & bello passus, dum conderet urbem,
Inferrétque Deos Latio, genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.

Item 3. Æneid. habes septem versus, quasi quandã catenã efficientes, cùm unus ab altero, sequens ab antecedente, & ille ab hoc pendeat; ob quã causam, præter alias, hoc carminis genus εἱρμὸς appellatum putatur.

Postquam res Asiæ, Priamique evertere gentem
Immeritam visum superis, ceciditque superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troja,
Diversa exilia, & diversas quærere terras
Auguriis agimur Divûm, classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ,
Incerti quò fata ferant, ubi sistere detur.

4. Non caret res venustate, cùm unico versu sententia tota perficitur, 1,2,3. Æneid.

Durate, & vosmet rebus servate secundis.
Heu nihil invitis fas quenquam fidere Divis,
Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

5. Illud etiam haud indecorum, quoties Dactyli & Spondæi alternatim ponuntur, 2, 4. Æneid.

Ostiae

Gentis honos.

6. Admonent insuper festivum atque elegans videri carmen, quod initium capit à Spondæo, qui partem orationis non absolvat, seu qui non est integra vox, cui deinde adhæreant duo Dactyli, 1. 12. Æneid.

Desertósque videre locos, littúsque relictum
Defecisse videt, sua nunc promissa reposci.

7. Item si planè nullus pes cõplectatur integrum vocabulum. 2, 3, 13. Æneid.

Justitiáque dedit gentes frænare superbas.
Infandum Regina jubes renovare dolorem.
Infœlix Priamus furtim mandarat alendum.

Ovidius.

Vulgus amicitias utilitate probat.
Si qua venit serò magna ruina venit.

Tibullus.

Intonsi crines longâ cervice fluebant.

8. Afferunt non mediocrem delectationem etiam illæ, 10. 2. 1. Æneid.

——— *sequitur pulcherrimus Astur,*
Astur equo fidens, ———
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustrà,
Lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra, Jovémque
Concilias, tu das epulis accumbere divûm.

Clauditur eleganter Dissyllabâ & Trissyllabâ dictione: duriùs & minùs concinnè Tetrasyllabâ, Pentasyllabâ, duabus, dissyllabis, Monosyllabâ; nisi altera præcedat Monosyllaba, vel sit nomen alicujus rei magnæ.

Versus cum rerum Naturâ, Numero verbis, & Sono congruere oportere.

CAP. XXIII.

Optimi versus judicantur, qui legitimos pedes habent, & vocibus conduntur Latinis, Usitatis, ac propriis, quique rei subjectæ seu læta, seu tristis, seu blanda, seu atrox, seu tarda, seu celeris, seu gravis, seu levis illa fuerit, temperamento Numerorum, Verbis ipsis, atque sono penitus quadrant, eámq; imitantur. De quo pulchrè Horatius in Arte:

——— *Tristia mœstum*
Vultum verba decent, iratum plena minarum,
Ludentem lasciva, severum seria dictu.

Numerus est hoc loco suavis quædam versus modulatio, ex apta pedum tum collocatione, tum varietate proveniens: & hinc versus numerosus, qui longis brevibúsque syllabis jucundè progreditur, & aptè cadit: quo fit, ut aures blandâ quâdam voluptate capiat ac demulceat.

Quid illo versu Maronis numerosius, sonantius, verbis aptius, & Æneid.

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.

Et 1. Georg. pereleganter grandinis salientis crepitus exprimitur.

Tum

Tum multa in tectis crepitans salit horrida grando:

Numerus alius celerior, alius tardior, alius ex utroque mistus & constatus est. Celeriats quidem ex iis nascitur pedibus, quorum ut omnes, aut plures, aut priores syllabæ breves sunt, ut ex Trochæis (sic enim cum Cicerone Tribrachym appello à cursu) ex Dactylis, ex Anapæstis, ex Iambis. Tarditas ex his, quorum aut omnes, aut plures, aut priores longæ: Ut ex Molossis, Creticis, Choreis. Mistum numerum procreant pedes utriusque generis conjuncti. In primo Æneid. postquam Juno Æolum ventos, & tempestatem poposcit, depingitur illorum eruptio velocissima, signo à Rege dato, idque numeris rapidissimis.

Hæc ubi dicta, cavũ conversâ cuspide montem
Impulit in latus: ast venti velut agmine facto
Quâ data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
Incubuêre mari, totumque à sedibus imis
Unà Eurúsque Notúsque ruunt, creberque procellis
Africus. ——— ———

Dehinc duobus verbis fluctuum vastitas, ventorúmque, in iisdem concitandis, & convolvendis quasi nixus, & molimen divinitùs eximitur.

——— *Et vastos volvunt ad littora fluctus.*

In 2. aggrediuntur Trojani turrim cœlo eductam demoliri. Pergendamus quâ mirificâ celeritate verborum celerem prolapsum Maro demonstrarit.

——— *Convellemus aliis*
Sedibus, impulimúsque; ea lapsa repente ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaûm super agmina latè
Incidit.

Quid incitatius, quid volubilius fieri potetat? Iratorum sermo est præceps, & frequentiùs interruptus propter impetûs vehementiam, quæ hoc ipso quòd nimiùm urget, linguam remoratur. Sic igitur Dido ad suos Carthaginenses in 4. Æneid. jam altum tenente Æneâ, quem ut apud se maneret, nullis precibus misera mulier emollire quiverat.

Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

Similis trepidorum est otatio. Caicus in 9. cùm Rutulorum exercitum, Turno ductore adventantem tumulo prospicit.

Quis globus, O cives, caligine volvitur atrâ?
Ferte citi ferrum, date tela, ascendite muros,
Hostis adest.

Sic cùm nocte ruere pariter ille videtur 2.

Vertitur interea cœlũ, & ruit Oceano nox.

Et ille una cum bove in 5.

Sternitur, exanimísque tremens procumbit humi bos.

Remigantium nautarúmque labores, tardioribus numeris æmulatus est in 3.

Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt,

Et Ibidem.

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Ille versus de Polyphemo est sane horrendus in 3.

Monstrum

Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Mezentium vide quomodo conſiſtere faciat hoc carmine.

Hoſtem magnanimum opperiens, & mole ſuâ ſtat.

Porrò in 12. de Latino ſene, qui furentem audaciâ & iracundiâ Turnum juvenem placare conatur,

Olli ſedato reſpondet corde Latinus.

Sonus quoque non oſcitanter eſt quærendus, & pro rerum occaſione variandus, ut ſit in magnis & grandibus grandis: in tenuibus exilis: in hilaribus lætus: in triſtibus mœſtus: in atrocibus aſper: in quietis ſedatus. Et quia ſonus ex verbis gignitur, conquirenda verba, ac in promptu habenda ſunt verba conſonantiora, ſciendumque non minus verborũ delectũ eſſe originẽ præſtabilis & feſtivi poëmatis, quàm eloquentiæ. Verùm ex Rhetorum præceptis verborũ diſcrimina cognoſcentur; ſatis eſto monuiſſe. Egregiè ſonantes verſus legimus Geor. 1. inter prognoſtica videlicet tempeſtatis.

Continuò ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere, & arvidus alto
Montibus audiri fragor: aut reſonantia longè
Littora miſceri, & nemorum increbeſcere murmur.

Eſt & hic locus inſignis ex 1. Æneid.

Illi indignantes magno cum murmure montis,
Circum plauſtra fremunt.

Conſonantes, l, r, vocales, a, o, u. ſonum creant in illo.

Ut pelagi rupes magno veniente fragore,
Quæ ſeſe multis circum latrantibus undis
Mole tenet, ſcopuli nequicquam & ſpumea circum
Saxa fremunt, laterique illiſa reſunditur alga.

Imò initiũ Æneidos exemplũ illuſtre ſuppeditat ſoni reſpondentis rebus: in quo verba ipſa, Horrentia, Martis, Virũ, horrido ipſo ſono aſpera bella indicant, rerúmque dicendarum & gravitatem, & magnitudinẽ; ut ſuperiores, *Ille ego, &c.* lenitatem, & tenuitatẽ vitæ paſtoritiæ. Niſus in 9. cariſſimũ ſibi Euryalum hoſtium corona cinctũ, & in medio verſantẽ turbine lethi, ut ait Catullus, aſpiciens, inquit,

Me, me, adſum qui feci, in me convertite ferrum.

Mollis eſt verſiculus propter vocalem (*E*) ſoni tenuioris. Denique nè longus ſim, poteſt in his tribus multũ natura, unúmque cum altero ferè implicitum eſt, ſeſeque mutuò efficiunt: & cùm unum quæritur, invenitur omnia. Teneamus igitur hoc, rerum diverſitati, verſuum diſſimilitudinem quaſi alio alibique vultu reſpondere oportere.

De cavendis quibuſdam vitiis.

CAP. XXIV.

VItioſum & ridiculum eſt cùm in fine & exitu carminis iteratur eædem ſyllabæ, quæ priùs dimidiatum Verſum abſolvebant: Leoninos vocant. Exempla ſunt obvia. Ovidio quidem nobili Poëtæ Leonini per imprudentiam exciderunt, In Orat. Ulyſſis.

Si Trojæ fatis aliquid reſtare putatis.

Et in Epiſtola Hermiones ad Oreſtem,

Vir precor uxori, frater ſuccurre ſorori.

Et 3. Faſt.

Quærebant flavos per nemus omne favos.

Apud Horatium inventus eſt qui terminaretur verbo ſyllabarum ſex, Sat. 3. lib. 2.

Quiſquis luxuriâ triſtiſve ſuperſtitione.

Deformitatem parit cùm ad finem continenter tres Diſſyllabæ ponuntur: quâ culpâ non vacat Tibullus, Eleg. 6. l. 1.

Semper ut inducat, blandos offers mihi vultus.

Imò hic verſus habet quatuor diſſyllaba continenter. Vitanda eſt item ejuſdem litteræ vel ſyllabæ crebra iteratio. Notum Ennii carmen,

O Tite, tute Tati tibi tanta tyranne tulſti.

Et aliud Ciceronis.

O fortunatam natam me Conſule Romam.

Monoſyllabæ dictiones multæ ſi unum in locum cumulentur, deformat verſum: ut,

Non ex his eſt qui ſe ſanos vivere curant.

Cavendum nè ſtatim ab Eliſione exordiamur, tum nihil temerè in fine Quinte pedis elidendum. Breviter, à duris multiſque colliſionibus, & Eliſionibus omnino abſtinendum eſt, nec plures duabus in eundem verſum recipiendæ ſunt, niſi gratiam afferre videantur.

DE COMOEDIA.

Definitio Comœdiæ, & Tragico-Comœdiæ.

CAP. XXV.

COmœdia eſt poëſis dramatica, quæ ob docendum vitæ conſuetudinem, civiles & privatas actiones, non ſine leporibus & facetiis imitatur. Ab Epopœïa, & Tragœdia, quæ publicas res, & Heroum acta complectuntur, Comœdiâ ſeparant actiones civiles & privatæ. Præterea Epopœïa non eſt dramatica: & Tragœdia ſales atque jocos neſcit, qui riſus pariunt: cùm illa ad terrorem potiùs incutiendum, & commiſerationē excitandā conferatur, quæ quidē dolorē & mœſtitiā habent. Comœdiam Cicero ſcripſit tam reliquit eſſe imitationē vitæ, ſpeculū conſuetudinis, imaginē veritatis. Quæ verba non tam ad Comœdiæ notionē evolvendā, quàm ad eam commendandā pertinent. *Tragico-Comœdia eſt compoſitum quiddam ex Comœdia & Tragœdia: quando nimirū contra legem Comicā illuſtriores, auguſtioréſque perſonæ admittuntur.* Hoc verum eſſe in Amphit. apud Plautum Mercurius ſignificat, in qua Comœdiæ partes dantur Iovi.

Faciam ut commiſta ſit Tragico comœdia:
Nam me perpetuò facere ut ſit Comœdia,
Reges quò veniant, & dii, non par arbitror.
Quid agitur? quoniam hic ſervus quoq; partes habet.
Faciam proinde, ut dixit, Tragicocomœdiam.

Finis Tragicocomœdiæ ſemper erit lætus.

Comœdiæ Etymon, origo, ætates, genera.

CAP. XXVI.

COmœdia dicitur κατὰ τὴν κωμῶν, hoc est, à vicis: vel κατὰ τὸ κῶμος, hoc est comessationum & lasciviæ Deo: hinc κωμῳδὸς, Comœdus, & κωμοδιποιὸς, sive κωμοδοποιὸς, Poëta Comicus, Comœdiarum scriptor, & factor; fiunt enim à ποιῶ facio. A rusticanis ad urbanos hoc modo profluxit Comœdia. Cùm Apollinis Nomio, seu pastorali ob frugum proventum facere agrestes, primùm quidem circũ ipsam arã, tum circum vicos, pagósque chorum cum cantibus lætabundi ducebant, seseq; mutuis convitiis, aliósq; similiter, à quibus essent læsi, onerabant. Postmodùm noctu civitatem ingressi, plateas obambulantes, eodem modo cives ditiores ac potentiores accipiebant, à quibus aliquid iniqui pertulissent, nominatim eos exagitantes, eorúmque mala facinora, & quas accepissent injurias memorantes. Animadversum est, hoc ad homines à maleficiis propter infamiæ metum deterrendos proficere: inde potestas facta idem interdiu impunè committendi, & cõpositis ad eam rem carminibus, si qui præstarent ingenio. Crevit paulatim negotium, nactique summã occasionẽ Poëtæ comœdias scriptitârunt, in quibus haud dissimulanter, & nominatim improborum civium mores, vitamque omni genere dictorum, contumeliarúmq; quàm liberrimè proscinderent. Sed ætas comœdiæ haud una fuit. Alia enim nominata est vetus, quam sub Susarione indigestã, rudem, inconcinnam Cratinus partibus & actibus distinxit, ac disposuit: Aristophanes eidem quasi manum extremam addidit. Horat. hunc, item Eupolin, & Cratinum veteris comœdiæ tanquam præcipuos auctores profert, simúlq; solemne in carpendis hominum vitiis narrat, & ejus deinde locum Satyram tenuisse confirmat. Nec tantùm reprehensione dignos, sed indignos, & insontes, ut Periclem, Socratem, Aristidem, æquè vellicabant. Versus Horatiani sunthi è Sat. 4. lib. 1.

Eupolis, atque Cratinus, Aristophanésque Poëta,
Atque alii, quorum comœdia prisca virorum est,
Si quis erat dignus describi quòd malus, aut fur,
Quòd mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant.

Hæc maledicentia, in qua potissimùm chorus regnabat, cohibita & compressa dicitur, cùm attritis populi opibus, Resp. Athenienstriginta tyrannorum jugo cervices coacta est supponere. Latâ enim lege integrum erat affectis per scenam injuriâ afficientes vocare in judicium. Hac ratione Poëtas in officio potentiorum metus continuit, sublatúsq; est chorus, cujus suprà dicebamus fuisse munus, ut in quoscunq; libere reprehensionũ velut spicula contorqueret, Horat.

Successit vetus his Comœdia non sine multa
Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi: lex est accepta chorusq;
Turpiter obticuit sublato jure nocendi.

Quamobrẽ comœdia, in qua nullũ apertè & cum nomine tas erat lædere, quæq; in eo quandã verecundiã & modestiam adhibe-

tribebat, nuncupata est media: sed non ante quàm nova inducta est appellatio. Ergo comœdia, quæ neutrius faciem ostenderet, veteri similior fuit, jus quoddã reprehendendi retinens, quando chori loco parabases, quibus scripta, & dicta Poëtarum nullo maleficii crimine, aut pœnæ suspitione cavillabatur, non omittebat, civiúmq; peccata tectiùs coarguebat, donec ipsa quoq; in suspicionem odiorum, & simultatum veniens, potestatem reprehentionis omnẽ amisit. Post id Alex. Philip. imperante argumentis ac personis planè confictis, & facetiis ad delectandum interpositis vitam cõmunem ac mores imitari cœperunt. Prisca illa frequenter vera tractabat argumenta: hæc nunquam. Illa ansam opprobrandi & insectandi unicuilibet arripiebat: hæc citra amarulentiam jucunda, rarò quosdã criminationũ aculeos, nulla cum contumelia immiscebat, eratq; popularis, ac de medio sumpto sermoni similior, Iambicis, Trochaicis contenta versibus: cùm in antiqua pluribus carminũ formis uterentur. Menandrũ aiunt novæ Comœdiæ principem habitum.

De partibus Comœdiæ κατὰ τὸ ποῖον, seu qualitatis.

CAP. XXVII.

SUnt quædam quibus ipsa comœdia qualis sit: alia quibus velut extenditur. Illas partes qualitatis, istas quantitatis non sine exemplo vocare possumus. Prioris generis sunt omnino sex: Fabula, Mores, Sententia, Dictio, Apparatus, Melopœïa. Ac sine prioribus quatuor nè scribi quidẽ potest comœdia. Etenim prius necesse est rem excogitare, quàm nuncupamus Fabulam: Cùm autem Fabula imitetur, convenit eam utique moratam esse, accuratéq; diversorum hominum mores exprimere. Additur porrò sententia, quoniam animi sensus sententiámq; per verba ostendere oportet. Et quia sententia constat verbis, additur dictio. Fabula Comœdiæ, id est, imitatio, fictióve comica, vacat rebus admirabilibus ac prodigiosis, quales frequenter in Epopœïa referuntur, & nonnunquã in Tragœdia ostenduntur: neque enim illustres, graves, lugubres, terribiles, uno verbo Tragicas complectitur: verùm civiles ac privatas tantùm. Mores ratione personarum sese admodum dissimiliter habent: siquidem qui laudantur in aliis, & iis maximè conveniunt, in aliis laudari non solent: & queis minimè conveniunt, interdum vituperari etiam: Sicuti cernimus in artibus fieri. Nam plebeius perite canit tibiis, placet, laudem affert: at hoc ipsum artificium in Rege displicet, ac reprehenditur. Mulierem decet bene nere, bene texere: virum dedecet; non enim sunt hæc opera virilia, Ità cum sit in servo virtus, & prædicetur, non furari: viro nobili, aut alioqui honesto laudem nullã parit. Itaque alii mores aliis dant in alios, & sui quemque maximè commendant: ut diligenter videndum sit quos mores cui affingamus. Quod ut possit Poëta, audiendus est illi Hor.

Ætatis cujusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor naturis dandus, & annis.

Mores Pueritiæ.

Reddere quæ voces jam scit puer, & pede certo

Signat

Signat humum, gestit paribus colludere, & irã
Colligit, ac ponit temerè, & mutatur in horas.

Mores juventutis.

Imberbis juvenis tandem custode remoto,
Gaudet equis, canibúsq; & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Utilium tardus provisor, prodigus æris,
Sublimis, cupidúsque, & amata relinquere pernix.

Mores virorum.

Conversis studiis, ætas animúsque virilis
Quærit opes & amicitias: inservit honori:
Cõmisisse cavet quod mox mutare laboret:

Mores senum.

Multa senẽ circũveniunt incommoda: vel quòd
Quærit & inventis miser abstinet, ac timet uti:
Vel quòd res omnes timidè, gelidéq; ministrat:
Dilator, spe longus, iners, avidúsque futuri,
Difficilis, querulus, laudator tẽporis acti
Se puero; censor, castigatórque minorum.

Sententiæ laus & virtus est, animi sensum aptè exprimere. Quod verò comicus sermo summissus est, sententias quoq; non elatas ac grandes postulat. Nullæ hic quæstionum discussiones, aut probationes exquisitiores. Dictio Comica nec ad Tragicã sublimitatẽ assurgit, nec ad humilitatẽ Mimicã descendit: sed temperamentũ quoddam servat. Facilis, aperta, suavis, pura, elegans, simplici & mediocri cum ornatu. Apparatus complectitur Scenicum habitum personarum.

De partibus Comœdiæ καὶ τὸ πόσον, seu quantitatis.

CAP. XXVIII.

QUinque partes Comœdiæ numerantur, quibus magnitudo absolvitur, Prologus, seu Prologum, Protasis, Epitasis, Catastasis, Catastrophe. *Prologus est oratio quæ ante fabulam legitima habetur ad spectatores.* Ejus quatuor sunt species: Nam vel Poëta commendatur, vel obtrectatorũ malevolorũmq; criminibus respondetur: aut etiã crimina regeruntur: vel argumentũ fabulæ enarratur: vel hæc omnia simul præstantur. *Protasis est prima pars fabulæ in qua summa rei proponitur & narratur, non tamen finis ostenditur,* nempe ut ex inopinato exitu crescat fabulæ jucunditas.

Protasis actu primo, interdum secundo quoque comprehenditur. *Epitasis definitur earũ rerũ quæ continentur in Protasi incrementum. Seu altera pars legitima fabulæ, in qua turbæ aut excitantur, aut intenduntur. Catastasis est vigor ac status fabulæ, in qua major cernitur rerum perturbatio.* Epitasis & Catastasis secundo & tertio, aliquando etiam quarto actu concluduntur. Quintum catastasis raro attingit. *Catastrephe ultima pars quâ fabula clauditur, in qua res in melius dirigantur: seu ubi fit negotii in tranquillitatẽ non expectatã conversio.* Hæc partem actus quarti, nonnunquam totum quartum, quintum semper occupat.

De Actibus, Scenis, & Autoribus, seu Personis.

CAP. XXIX.

Actus est pars fabulæ continens diversas actiones pro diversitate partium. Non plures autem, nec pauciores quàm Quinque actus fieri in Tragœdia, sive in Comœdia esse convenit, Horatius etiam docuit.

Neve minor Quinto, nec sit productior actu
Fabula quæ posci vult, & spectata reponi.

Primus quidē materiam, seu argumentū fabulæ comprehendit: Alter res in actum deducit, Tertius impedimenta & turbationes affert: Quartus viam demonstrat quâ res implicitæ solvantur: Postremus res implicitas artificiosè dissolvit. Actus in Scenas dividitur, quem perrarò totum una Scena absolvit, nisi aliquando in Tragœdia. *Est autem Scena pars Actûs, in qua duæ pluréſve personæ colloquuntur.*

Initium capit nonnunquā ab omniū ingressu in Scenam, nonnunquam ab unius tantùm, qui deinde alium invenit è Scena superiore. Finitur abitu interdū omniū, aliquando unius tantùm: Ut si tres fuerint, duo reliqui scenam sequentem constituant. Est cùm unus solus ad futurā scenā relinquitur. Scenarum numerum quidā censent majorem denario esse non oportere: nec Actores plùs quatordecim: Nomen invenit ex eo, quòd alia atque alia facies subinde appareret ex ædiculis, quæ olim cùm ramis & frondibus conficerentur, ità sunt ab umbris & tabernaculis appellatæ. Actores, qui & Histriones, & Scenici, & Ludiones, & Ludii, & Comœdi, Græcis à simulanda per imitationē veritate dicuntur ὑποκριταί. Personæ in comœdiis distinguuntur conditione, professione, officio, ætate, sexu. Protatica, sive prostatica, quæ primo actu introducitur, neque amplius unquā cōparet: qualis Socia in Andria. quod quidem in Plauto nusquam factum cernas. Aliæ non prodeunt, verùm intus loquuntur, aut clamant quippiam. Aliæ neutrum faciunt, ut est servulus Storax in Adelphis. Nam ibi Mitio exiens, non exeuntem appellat, & ille tacet. Aliæ apparent in Proscenio, mutæ tamen, seu nihil loquentes, *ue sunt satellites in Mitite, & Famuli in Andria.*

DE TRAGOEDIA.

Notatio & definitio Tragœdiæ: item quî fiat ut delectet.

CAP. XXX.

TRagœdiā nominatā παρὰ τὸ τράγος, ut sit quasi τράγου ᾠδή, inter plures constat. Causa nominis incertior. Potest enim videri datā hanc ei appellationē inde, quòd agricolæ prisci (qui ortus est Tragœdiæ) cùm Baccho pro annuis frugibus sacrificarent, ardente jam victimâ, hirco scilicet (quæ huic Deo propria erat, quoniā vineas læderet) loca precū quippiā cantarent & quò illo benevolentiore uterentur, magisque propitio, res ejusdē gestas, ac triumphos, devictāsque gentes, & debellatos Reges, eorūmque calamitates, ac postmodū non suppeditante materiâ aliorū præterea Regū infortunia ærumnásque concinerent, victoriq; in hujusmodi cantilenis hircū in præmiū darent. Ex quo illud Horatii, *Carmine qui Tragico vilem certavit ob hircum.* Itē quòd fortassè uter hirci musto

ple-

plenus donabatur. Nonnullis placet vocatâ à principio non τραγῳδίαν, sed τραχαδίαν, quasi τραχεῖαν ᾠδήν, ab asperitate cantus videlicet: insuavis enim cantus, cujus materia res tristes, asperæ, atroces, ac miserabiles. Deinde usum loquentium, ut alia multa, corruptum hoc nomen, & pro τραχῳδία τραγῳδία, cœptum dici, & inde natam opinionem de hirco, qui huic generi fabulæ nomen attulerit. Definitur hoc modo: *Tragœdia est Poësis, virorũ illustrium per agentes personas exprimens calamitates, ut misericordiâ & terrore animos ab iis perturbationibus liberet, à quibus hujusmodi facinora Tragica proficiscuntur.* Atque hic quidem finis est Tragœdiæ. Quod autem diximus esse virorum illustrium, in eo à Comœdia uti per agentes personas ab Epopœïa secluditur.

Tragœdiæ & Comœdiæ discrimina.

CAP. XXXI.

QUinque rebus potissimùm Tragœdia & Comœdia differunt, Materiâ, Personis, Dictione, Affectibus, Exitu. In Tragœdia Actiones sunt grandiores. Quid enim aliud legis ibi, quàm audis, nisi luctus, exilia, cædes atque ut paucis comprehendam, valdè horribilia, & ad memoriam sequentium seculorum admodum insignia? Quas quidem res interdum ex se comminiscitur ut Comœdia semper: sæpius ab aliis mutuatur, ut Comœdia nunquam. Comœdia res humiles, plebeïas, ac civiles habet. Atque illa quidẽ magnatum fugiendam, hæc civilem, privatorúmque vitam expetendam exprimit. Quinetiam dum miserias & stultitias amantium imitatur, honestatem turpitudini præferendam monet. Quod ad Personas attinet, Comicæ sunt ignobiles, obscuræ, civiles tantum, Chremes pater familias, Pamphilus adolescens, Davus servus, Phronesium meretrix, Ergasilus parasitus. Tragicæ illustres viri, illustres fœminæ, Principes, Reges, Imperatores. Ille pagis, & oppidis; istæ, ex amplissimis urbibus, & regionibus accersitæ; Quod erat tertium. Dictio Comica verbis constat tritis, usitatis, quotidianis, figurâ infirmâ. In Tragœdia oratio conficitur verbis electis, sublimibus, sonantibus, plenis, à communi consuetudine abhorrentibus. Omne genus scripti gravitate tragœdia vincit. Hinc Tragicè loqui. Comœdiæ sermo est attenuatus. Interdum tamen & vocem Comœdia tollit, ut est apud Horatium.

Iratúsque Chremes tumido delitigat ore,
Et Tragicus plerúmque dolet sermone pedestri.

Sequuntur affectus, qui in Comœdia sedatiores sunt, ἤθη vocant Græci; in Tragœdia vehementiores, qui πάθη appellantur. Quod postremo loco posueramus; Exitus Comœdiæ lætior est, cum ejus initium plerúmque sit paulò turbulentius ac tristius. Tragœdiæ mœstus, ac funestus plerúmque. Hoc perpetuò verum non est: Nam in Comœdia nonnunquam infelicem exitum invenias, quamvis non sine festivitate, & in Tragœdia felicem. Restant adhuc notanda duo. Utraque in agendo, non in narrando versatur, habétque eundem imitandi modum, & eodem spatio temporis finitur, totidémque & iisdem partibus constat. Studiosis eloquentiæ plus multò prodest Tragœdia quàm Comœdia: quanquam hæc quoque

oque non modicè prodeſt. Hauriunt inde verborum delectum, lendorem, gravitatē maximam, ſententiarum pondera, amplificanū rationes, affectuum varietatem, & magnitudinem, omnis nique generis præclara, & ad docendum, delectandum, promoendum ſummè idonea ornamenta.

De Appellationibus Fabularū ſeu Dramatum.

CAP. XXXII.

Abulis, ſeu Dramatis, ſive illa Comœdiæ ſive Tragœdiæ fuerint, nomina imponuntur vel à Loco, vel à Re, vel à Perſona narum partium: ſic enim non malè nominabimus, quæ eſt præcipua inter omnes. Nomine rei plura complector, nempe caſum, eventum, fortunam, conditionem, & ſimilia. Aliquando cùm ſint ures Fabulæ de eodem, ad differentiā ſignificandam confinguntur erſonæ, & Res, ſeu Locus, & fiunt inſcriptiones miſtæ: ut, Hercules Furens Senecæ: quoniam alia eſt Tragœdia ejuſdem, Hercules œteus.

De Bucolica Poëſi.

CAP. XXXIII.

Ucolica Poëſis perſonas humiles illas quidē ut Comœdia, verūtamen ruſticas & agreſtes, non urbanas, quæ ſunt paulò egantiores, cōminiſcitur, & eſt umbra quædā, ſeu quoddā ſimulacrum ruſticanæ Comœdiæ: quando nimirum in duobus illis Poëtarum modis verſatur: quorum alter *μιμητικὸς* dicitur, alter *μικτὸς*, de quibus egimus: Prioris generis exemplum eſto Eclog. 1. *Tityre tu patulæ*. Poſterioris Eclog. 8. *Paſtorū Muſā*. Atq; iſtis imitandi modis ei cum reliquis Poëſeos generibus Epopœia, Comœdia, Tragœdia ſocietas eſt. Argumenta & Perſonas ſumit ab agris, ſylvis, paſtores, vinitores, aratores, olitores, accipitque nomen potiſſimum à paſtoribus, & iis quidē nobilioribus, Bubulcis videlicet. Tractantur Bucolicis vota, gratulationes, laudationes, protectationes, cohortationes, pollicitationes, conqueſtiones. Audia, pompæ, cantus, hilaritates, joci. Verum omnia agrum olere debent. Ideo regnat in Bucolicis Hexameter, & præterea illum genus carminis, propterea quòd narrationibus videtur accommodatiſſimus, & cantilenis ruſticis idoneus, nec ineptus actioni, quòd nè adſit granditas, neve longiore ambitu circumducatur. Laudatur autem ſi Primus & Quartus pes integrâ voce terminetur, præſertim Dactylicâ.

Tityre paſcentes à flumine rejice capellas,

Quod diligenter cuſtodivit Theocritus. Definitur Bucolica Poëſis, *ruſticarū actionū imitatio*. Fabula erit una & ſimplex, non tamen digreſſionē non admittet. Nec neceſſe erit ſemper eſſe Allegoricā. Nomina rebus aptā fingemus: aut jam ficta à bonis autoribus mutuabimur. Oratio vacabit ſplendore & ornamentis, gravitate, ſententiarum acumine, iiſq; omnibus quæ rerum humilitati adverſantur. Erit autem pura ac demiſſa: in quo Theocritus anteſtat Virgilio. Partes conſtituunt duas, Principium & Narrationem. Interdum aliquid loco Epilogi adjungitur.

Bucolico-

Bucolicorum Etymon, Origo, Partes, & Pastorum genera.

CAP. XXXIV.

Dicta sunt Bucolia ἀπὸ τῆς βουκόλων, id est, à custodia boum seu Bubulcis: βοῦς enim bos est, νόλον pabulum. Non quòd de bobus & bubulcis in his tantùm agatur, verùm κατ' ἐξοχὴν, hoc est, per excellentiã, quòd præcipua animalia apud rusticos sint boves, & præcipui pastores bubulci. Pastorũ alii dicti sunt βουκόλοι, id est, bubulci à bobus, alii αἰπόλοι, id est, caprarii à capris, alii, ποιμένες, id est, opiliones ab ovibus, quasi oviliones, quos Virgilius ultimâ Eçlogâ Upiliones vocat: Alii Opiliones, quasi ovipiliones, à pellendis ovibus dici volunt. His alii addunt συβώτας, id est, subulcos. Quorũ Bucolici Poëtæ ferè non meminerunt, nisi quòd quidam. 10. Eclogâ Bucolicorũ Vrigilii, *Tardi venere subulci*, legunt, ubi alii *bubulci* malunt, & rectiùs: nam subulcorum neque Virgilius neque Theocritus menimit. ¶Hinc poëmata βουκολικὰ, αἰπολικὰ, ποιμενικὰ, nominata sunt, quæ tamen non semper unius sunt generis. Quod ad originẽ attinet, referunt Daphnim cui nomen natalia dedere, in Laureto enim editus legitur, à Nympha cũ in Sicilia vaccas, quæ Sorores Solis erant, pasceret, perditissimè adamatã: quæ ei cæcitatis prædixit calamitatẽ, si amorẽ suum alterius pollueret consuetudine. Aliquanto post tempore filia Regis, eum, quòd omnium pulcherrimus esset, cùm deperiret, neque alio cõmento potiundi spes foret, vino obrutum corripit. Hinc Bucolicæ cantiones primùm cantari cœptæ sunt, quibus hoc oculorum Daphnidis incõmodum materiã dedit. Aiunt à Stesichoro Poëta Himeræo ejusmodi argumentum tractatum primùm. Utebantur autẽ musico instrumento, quam Græci à sibilo σύριγγα, Latini ab hiatu Fistulã nominant. Singulares primùm tubuli, mox bini conærentes lino aut cerâ. Postremo ad septenos usque magnitudine omnes inter se impares, sed proportiõne certâ ad alæ figurã: In summo quâ inflabantur æquales, inæquales qua exit spiritus. Descripsit & materiã, & modum & numerum Virgil. illo versu.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula ——

Bucolica dividuntur à Virgilio in Eclogas, à Theocrito in Idyllia. Visum est quibusdã in Bucolicis carmine esse Eclogas, & Idyllia, quod in comœdia sunt Scenæ. Constat enim actum fuisse olim atque exhibitum in Scena hoc quoque poëmatis genus. Quamobrem & Comicorũ more præposita putantur singulis Eclogis sua nomina. Dicitur Ecloga ab ἐκλέγειν, id est, à deligendo personas, res & sententias ex aliis, quæ lectis quoque verbis exponantur. Sunt qui pronunciationẽ vel narrationẽ qualemcunque, rerum negotia exponentẽ hac voce seu inscriptione significare velint. Idque probare nituntur ex Ausonio, qui Eclogas scripserit, & nominaverit etiam non Bucolicas, de vita humana, & cruciatu Cupidinis. Errant qui volunt Eclogã dictã ἀπὸ τῆς αἰγὸς λόγου, quòd sint de capris, seu caprearum sermones, & repugnat huic rationi scriptura, foret enim scribendum Ægloga, non Ecloga.

DE ELEGIACA POESI.

Usus, Notatio, Inventor Elegiæ.

CAP. XXXV.

Pentameter solitarius non reperitur; quanquam Virgilius uni Hexametro quatuor continuos subjecit.

Hos ego versiculos feci, tulit alter honores.
Sic vos non vobis nidificatis aves.
Sic vos non vobis vellera fertis oves.
Sic vos non vobis mellificatis apes.
Sic vos non vobis fertis aratra boves.

Ausonius itē in sententiis septem sapientum, Thaletis Milesii dicta Pentametris inclusit, quos ob elegantiā & utilitatē ad mores formandos, adolescentibus ediscendos propono.

Turpe quid ausurus, te sine teste time.
Vita perit, mortis gloria non moritur.
Quod facturus eris, dicere distuleris.
Crux est si metuas, vincere quod nequeas.
Nil nimiū, satis hoc, ut sit & hoc nimiū.
Cùm verè objurgas, sic inimice juvas.
Cùm falsò laudas, sic & amice noces.

Pentameter Hexametro subditus genus quoddā gignit, quod Elegiacū vocatur. Tibullus.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,
Et pavidas mentes falsa timere jubent.

Elegiaco primùm res tristes & luctuosæ mandabantur. Terentianus.

Hos elegos dixêre solet quòd clausula talis
Tristibus, ut tradunt, aptior esse modis.

Hoc ipsum nomen declarat: dictum est enim ἀπὸ τοῦ ἔλεον λέγειν, vel ab ἐ λέγειν, quod idem est ac αἰ, αἰ, λέγειν, & utraque interjectio usitata est omnibus Tragicis. Funebribus lamentationibus potissimùm inventā Elegiacam insinuat Ovidius in mortem Tibulli.

Flebilis indignos Elegia solve capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Progressu temporis res secundæ, optatæ, & quidquid animus fert, Elegis scribi cœptum est: ut querelæ, expostulationes, preces, amores, vota, laudes, gratulationes, admonitiones, convitia. Horat. ad Pisones.

Versibus impariter junctis querimonia primùm,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.

Epicedia quoque, Epigrammata, & Epistolæ hac formâ carminum conficiuntur. Jovianus Pontanus ad hymnos Elegiā convertit. Præcipiunt nonnulli in Elegiaco observandum esse, ut uno disticho sententia finiatur. Ovidius.

Gentibus est aliis tellus data limite certo,
Romanum spatium est urbis & orbis idem.
Jam seges est ubi Troja fuit, resecandáque falce
Luxuriat Phyrgio sanguine pinguis humus.

Est tamen ubi sententia suspenditur, ut vel disticho sequenti, vel etiam tertio absolvatur. Ovidius in querela Nucis.

At

At poſtquã platanis ſterilẽ præbentibus umbrã
Uberior quãvis arbore venit honor:
Nos quoq; fructiferæ ſi nux modo ponor in illis,
Cæpimus in patulas luxuriare comas.

Idem.

Sive malum potui tamen hoc vitare cavendo:
Seu ratio fatũ vincere nulla poteſt:
Tu tamen O nobis uſu junctiſſime longo,
Pars deſiderii maxima penè mei:
Sis memor, & ſi quas fecit tibi gratia vires,
Illas pro nobis experiare, rogo.

Sed illud maximè cavendum eſt, nè poſt duos verſus ità pendeat ſententia, ut verbum in tertium uſque verſam reſervetur.

Virtutes, & Artificiũ Elegiarũ.

CAP. XXXVI.

ORatio Elegiaca terſa ſit oportet, lenis, ingenua, perſpicua, morata, tenera, affectibus referta, Pathetica, & ſententiis exquiſitis minimè obfuſcata atque impedita. Mirificè eam ornant frequentes cõmiſerationes, conqueſtiones, exclamationes, apoſtrophæ, proſopopœïæ, ſeu fictæ perſonæ, excurſus, & παρεκβάσεις ſeu breves & cum re aptè cohærentes digreſſiones: non modicũ eidẽ decus accedit per alluſiones ad Apophthegmata. Ornatur etiã inductionibus & exemplis: exemplis, inquam, non modo à ſimili, verum etiam à diſſimili, & contrariõ. Interdum ad cõparationem adhibentur. Interjiciuntur item ſententiæ, tum breves, tum acutæ, quibus id quod eſt propoſitum confirmatur. Magnum imprimis Elegiæ decus eſt, antiquitatis aliqua ſignificatio. Quò breviùs, paucioribúſque verbis antiquitates hujuſmodi, ſive ad fabulã, ſive ad hiſtoriam, ſive ad aliquem priſcum ritum, morémve pertineant, efferuntur, eò venuſtius carmen redditur: Synalephæ ſi uſquam alibi, hîc vitandæ ſunt: frequentes item Eclipſes: multum quippe fluentes illas hujus carminis delicias remorantur, atque imminuunt quodãmodo, & ſunt tanquam vortices ac ſcopuli quidam, ut in hoc Hexametro videre eſt.

Aut abeuntis adhuc ſupremũ animæ halitum in auras.

Preterea & Tibullus, ut Muretus animadvertit, elegantiã quandam judicavit eſſe in ejuſdem ſyllabæ continuatione, lib. 1. Eleg. 1.

Me mea paupertas vitæ traducat inerti.
Ipſe ſeram teneras maturo tempore vites
Ruſticus, & facili grandia poma manu.

Eleg. 3.

——— *Nam poſſe mederi*
Multa docet templis picta tabella tuis.

Eleg. 4.

Nudus & æſtivi tempora ſicca canis.

Fit porrò ſuavior, ſi Monoſyllabum præcedat:

Me mea paupertas ———

Idem Poëta Penthamimerim crebrò negligit in Hexametro, & ex tarditate quandam jucunditatem aucupatur. Subjungemus ſi liquet

...ot testimonia. Lib. 1. Eleg. 2, 3.

Neu strepitu terrete pedum, neu quærite nomen:
Illic est cuicunq; rapax mors venit amanti.
Tisiphonéq; impexa feros pro crinibus angues.

Et Propertius id sæpe facit. Lib. 1. Eleg. 2.

Aspice quos submittet humus formosa colores.

Eleg.

Quid tibi vis, insane, meos sentire furores?

Lib. 2. Eclog. 8.

Sed vobis facile est verba & componere fraudes.

Ovidius interdum Cæsuræ subdit incliticam, & non injucundum ...men efficit. Jucundius autem quando idem fit post Enneemi...rim, ut in versu hoc qui sequitur.

3. Fastorum.

Sole tamen vinóq; calent, annósq; precantur.

OBSERVATIONES ALIQUOT DE Pentametro.

1. Prius Hemistichium absolvitur syllabâ longâ, quæ dictionem ...at. Nam Cæsura Penthemimeris hic necessaria est, & vitiosum ...hoc carmen à Diomede positum.

Hæc quoq; nostræ sententia mentis erat.

2. Elisio & Collisio in omni Cæsura Penthemimeri sunt durius...ut in hoc versu Catulliano.

Troja virum, & virtutum omnium acerba cinis,

Item.

Non desistere amare, omnia si facias.

3. Neutrum Hemistichium aptè desinit in dictionem Monosylla...Catullus.

O dii reddite mi hoc pro pietate mea.

Idem.

Aut facere, hæc à te dictáq; factáq; sunt.

Hinc duæ sunt exceptiones.

Cùm eam altera Monosyllaba antecedit. Ovid.

Præmia si studio consequar ista, sat est.

Aut cum in dimensione coalescit cum dictione precedente, id...per collisionem: ut,

Nomina mutarunt, hìc Deus, illa Dea est.
Et solùm constans in levitate sua est.

Addunt nonnulli cùm Monosyllabam vocem antecedit Dissyl...Martialis.

Sunt hæc trita quidem Zoile, sed mea sunt.

Ovidius.

Omnis, at in magnos, culpa Deos, scelus est.

DE FINE VERSUS PENTAMERI.

Pentameter versus clauditur dictione Dissyllabâ elegantissimè: ...pertius.

Non datur ad Musas currere lata via.

...ariùs, sed non vitiosè, Tetrasyllabâ, Pentasyllabâ, Hexasyl-

Tetrasyllabâ. Mart.

Dantur opes nullis nunc nisi divitibus.

Pentasyllabâ. Ovid.

Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Hexasyllabâ. Propert.

Protinus ingentes sunt inimicitiæ.

Trisyllabâ duriuscule, nisi impetus quidam, aut affectus, vel sententia exprimatur. Propert.

Et caput impositis pressit amor pedibus.

Tubullus.

Hæsura in nostro tela gerit latere.

Vel si præcedat Monosyllaba. Propert.

Absueram vestris conscius in lachrymis.

Martialis.

Aut docuit lusus hos Thetis, aut didicit.

Vel in Epigrammatis, ubi sensûs argutia magis spectatur.

Martialis.

Deliciæ populi qui fuerant Domini.

De Lyrica Poësi.
CAP. XXXVII.

CUm olim uno genere formáque decurreret Lyricum, ob majorem voluptatē, dissimilibus numeris, & vario pedū discrimine ità temperatum est postea, ut innumerabiles Lyricorum carminum species extent. Cōmendatur, & ab aliis partibus Poëseos quasi secernitur suavitate. Nam ut in carmine Heroico dominatur eminet gravitas, in Bucolico simplicitas, in Elegiaco teneritas mollities, in Iambico & Satyrico acrimonia, & acerbitas, in Comœdia joci, in Tragœdia πάθος, in Epigrammatis acumen: in hoc carminis genere Poëta se totum ad deliniendas hominū mentes varietate, & brevitate versiculorum, ac totius cantilenæ exquisitâ vocum elegantiâ, nitore, sono, concinnitudine numerorum descriptione rerum suâpte naturâ maximè delectabilium fingere accōmodare cosuevit.

De nominibus Lyricorum versuum.
CAP. XXXVIII.

QUod hæc carmina cum cantu, & ad Lyram pronunciari solerent, à canendo ᾠδαὶ (& forma diminutionis ᾠδάρια, parvæ odæ seu odulæ) ut Latine carmen eádem ratione, κατ' ἐξὴν, ab instrumento musico, Lyricū, & vates Lyrici cognominati sunt. Dicuntur præterea Græcis appellationibus, μέλη, μελη, ἄσματα, quarum eadem est potestas quæ primi illius; cantus enim iis signatur. A Melos fit Melicum, quod pro Lirico usurpatur. Lyricum à laudatione atque votis appellatur hymnus. Pindari odas inscriptas videmus εἴδη, quasi Poëmata rerum imagines quædam, ut vox Latinè sonat, Formæ, Species, εἰδύλλια, Formulæ: fortassis Formulæ Poëmatis seu parva

ata: qualia de Græcis fecit Theocritus Syracusanus, de Latinis Ausonius.

De partibus Odarum.
CAP. XXXIX.

CArmen Lyricum, quod Scholiastæ Pindari tradiderunt, antiquitùs tantùm erat Monostrophon, posteriùs tribus partibus fingere cœpit: Strophe, Antistrophe, & Epodo. Laudes quippe eorum Dearùmque carminibus comprehensas, aram circumiens chorus decantabat. Primũ ambitũ, quo sinistrorsum ingrediebantur, στροφὴν, *conversionem*: alterum quem dextrorsum redeuntes peragebant, ἀντιστροφὴν, *reversionem*: ipsa cantica Oden, & Antoden vocabant: quæ quidem ab illis itionibus, & reditionibus etiam Strophæ & Antistrophæ. Tandem in medio, & velut in conspectu eorum quiescentes, quod reliquum erat cantûs persolvebant: ἐπὶ τῇ ἀπάδῃ τῇ στροφῇ & ἀντιστροφῇ, quod accineretur cæteris partibus, sive διὰ τὸ μετὰ τὴν στροφὴν ἄδεσθαι, quod post Strophen canebatur, ἐπῳδὸς dicebatur. Strophæ & Antistrophæ totidem, eisdem versibus, pari ferè numero syllabarum cõponebantur: Epodos alios, vel plures, vel pauciores, quàm illæ, recipiebat. Si quando Oda plures Strophas, & Epodos haberet, in sequentibus canentium ratio custodiebatur. Et hic quidem mos Græcis fuit. Quod vero præscriptum est Odis Horatianis: Ode dicolos, tricolos, distrophos, tetrastrophos, &c. declarat ex duobus, tribus, aut quatuor diversis generibus conflatas esse: & aliquando sit secundum, interdũ post tertiũ, aut quartũ carmen Reversionẽ facit ad primum genus.

A compositione carmen dicitur

Monocôlon, Latinè uniforme seu unimembre, quod constat ex uno genere carminis: ut, cùm omnia Hexametra, Iambica, vel Asclepiadea sunt.

Dicôlon, quando duo carminũ genera miscentur: ut, Hexameter cum Pentametro: Glyconium cum Asclepiadeo.

Tricôlon, cùm tria miscentur genera. Sic Tetracôlon cum quatuor.

A reversione carmen dicitur

Distrophon, cùm post secundum versum, ad prius genus revertitur: ut in Elegiacis.

Tristrophon, cùm post tertium fit ad primum reditus:

Tetrastrophon, ubi post Quartũ versum fit reditus ad primũ. Exempla sunt apud Horatiũ, qui ultra hunc numerũ non excedit.

Pentastrophon, cùm post Quintum versum fit regressio ad primum. Exempla apud Prudentium in Romano & Eulalia reperiuntur.

A numero syllabarum dicitur

Adonium carmen Pentasyllabum, Glyconicum Heptasyllabum, Galeacium Hendecasyllabum, quod nomen etiam Sapphico conficit.

Ab Inventore carmen dicitur

Adonium, Sapphicum, Glyconicum, Phalæcium, Aſclepiadeu Pherecratium, Pindaricum, Ariſtophanicum, Almanicum, Alc cum, Hipponacticum, Archilochium.

A numero verſuum carmen dicitur

Diſtichon, Tetraſtichon, Hexaſtichon, Ogdoaſtichon, Decaſ chon, Dodecaſtichon, &c.

A materia carmen dicitur

Heroicum, Elegiacum, Satyricum, Comicum, Tragicum, Bucolic Georgicum, Epitaphium, Epicedium, Epinicium, Epithalamiu Genethliacum, &c.

A pede crebriore carmen dicitur

Dactylicum, Iambicum, Trochaicum, Anapæſticum, Choriam cum, Ionicum, Pæonicum, Antiſpaſticum.

A depoſitione carmen dicitur

Catalectum, Acatalectum, Brachicatalectum, Hypercatalectu de quibus in Proſodia.

A menſura carmen dicitur

Monometrum, Dimetrum, Trimetrum, Tetrametrum, Pentam trum, Hexametrum.

Eteoſtichon carmen dicitur quod annorum numerum con net.

Hemeroſtichon, quod dierum numerum habet.

Acroſtichis, cujus initiales verſuum literæ ordine collecta e tum ſenſum præbent. In Ariſtochide ſervatoris noſtri eulogi incluſit Sibylla, quam legerat Cicero, menimitque tam celeb carminis in libris de Divinatione. Idem nonnunquam in medio fine verſuum fit.

DE HYMNO.

Definitio Hymni.

CAP. XL.

HYmnus, propriè ſi loquamur, *nihil eſt aliud quàm* ὑ εἰς θεὸν, *Dei laus per carmen*, ſive, *canitus in Deum*, ſicut Scho ſtes Sophoclis definivit. In qua quidem Poëſi vates Chriſtia cupidè, & cùm lætitia verſari debet · eſt enim tum propter re jectam, tum propter quandam divinam delectationem nobiliſſi

De Hymnis in Deum Opt. Max.

CAP. XLI.

DEum eſſe unum in eſſentia, trinum in perſonis, omnes qu mus Chriſtianâ diſciplinâ imbuti credimus. Licebit P Poëtis Deum modò ut unum canere, eique bonorum omnium mâ perfectionem & copiâ tribuere, modò ſingulas Perſonas ſe celebrare, & religiosè ac timidè proprietates earum, quibus gui ſolent, explicare.

visum hic perelegantem M. Antonii Mureti Hymnum apponere-
s. Trinitatem.

O nullis hominum pervia sensibus,
Natura penitu sola capax tui,
Cujus condita sunt omnia numine,
Æterna & monas & trias.
Noto æquæve Pater, Natéq; par Patri,
Et manans ad utroq; inclyte Spiritus,
Circumfusa tuo nubila lumine
Nostro discute pectore.
Da mens per speculum cernere te queat
Nostra, & posthabitis repetat omnibus,
E jussisq; tuis pendeat, & tibi
Soli deduta serviat.
Tu clemens miseris da veniam Pater:
Tu fili miseris sterne viam ad Patrem:
Tu sanctum miseris Pneuma vagantibus
Præfer conspicuam facem.
Simplex ætherei numinis Unitas,
Quæ distincta eadem est, veráq; Trinitas,
Æternis vigeat semper honoribus,
Et terrâ simul & polo.

Metra, & longitudo Hymnorum.

CAP. XLII.

HOmerus, & illo natu major Orpheus, & Callimachus carmine Hexametro hymnos permultos in Deos, Deásque longis ribus condiderunt, qui ad Citharam canebantur. Hos fœliter imitati sunt eodem carminis genere recentiores nonnulli. Vi- præterea, sicut ante eum Jovianus Pontanus, Elegiacum car- n adhibuit, cùm in Christum è cruce pendentẽ Hymnũ faceret. Hymnis Ecclesiasticis fermè Lyrica tantùm metra frequentan- , & ex horum generibus, ut plurimùm Iambica Dimetra atalecta, itémque Sapphica. Hymni qui Hexametris versibus nt, ut plurimùm sant longissimi. Aliorum generum plerum- e contracti sunt, & non ita multorum carminum. Quanquam relius Prudentius penè semper conficiat longissimos. Certa nsura constitui non potest. Ex una Strophe (sic quippe li- t appellare qualiumcunque versuum quaternionem) non fit ricum, nec Hymnus. Ex duabus apud Horatium legimus Sap- ica l. 1. Ode. 30.

O Venus Regina Cnidi, Paphiq;,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glyceræ decoram
Transfer in ædem.
Fervidus tecum puer, & solutis
Gratiæ Zonis, properéntq; Nymphæ,

Et parùm comis ſine te Juventas,
Mercuriúſque.

Et ejuſdem libri Ode ultimâ.

Perſicos odi puer apparatus:
Diſplicent nexæ philyrâ coronæ.
Mitte ſectari roſa quo locorum
Sera moretur.
Simplici myrto nihil allabores
Sedulus curo: neq; te miniſtrum
Dedecet myrtus, neq; me ſub arctâ
Vite bibentem.

Et lib. 3. Ode. 22.

Montium cuſtos nemorúmq; virgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter vocata audis, adimiſq; leto
Diva triformis:
Imminens villæ tua pinus eſto:
Quam per exactos ego lætus annos,
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

De Iambico Carmine.

CAP. XLIII.

IAmbicum carmen ἢ παρὰ τὸ ἰαμβίζειν, id eſt, conviciari, proi jacere, nominatum eſſe contendit Ariſtoteles. Iambica Poëtis p tiſſimùm exercetur in objurgationibus, reprehenſionibus, virtu rationibus, deteſtationibus, quorum omnium materia ſunt vi ſcelera, flagitia, mali mores denique: item quæcunque non dece aut aliena ſunt virtutis, gravitatis, honeſtatis. Uſurpant etiã I bicũ, etiamſi id minùs propriè, in laudatione, in gratulationi Catullus & Flaccus. Ille Phaſelum ſuam prædicat, & peninſul Sirmionem. Hic vitam ruſticam.

Beatus ille qui procul negotiis
(Ut priſca gens mortalium,)
Paterna rura bobus exercet ſuis,
Solutus omni fœnore;
Nec excitatur claſſico miles truci,
Nec horret iratum mare;
Forúmq; vitat, & ſuperba civium
Potentiorum limina.

Nomine Iambi ſeu Iamborũ eruditis cùm pes tum verſus ſæpe mero appellatur. Hac eâdẽ voce intelligitur & illud genus Sen quod ultimũ pedẽ Spondæũ poſtulat, loco Iambi, quẽ tamen Sp dæũ præcedat Iambus. Quod idcirco fieri oportet, ut verſus n tarditate non langueſcat. Quanquã Græci quibus eſt nihil nec & Severinus Boëtius l. de conſolat. philoſophiæ Spondæũ qu ſede collocare non verentur.

Quiſquis profundâ mente veſtigat verum,
In ſe revolvat intimi lumen viſus.

Hujuſmodi verſus Scazontes, ſeu Choliambi, quaſi dicas claudicantes ſeu claudi, aut mutilati Iambi vocantur: (priores enim qui Iambo finiuntur, Recti dicuntur) quibus perſæpè utitur Martialis. Etenim cùm verſus Iambicus ad maledicendum reperiatur aptiſſimus, tum in hoc uno negotio ſupra cæteros iſti Scazontes excellunt: de utroq; Ovid. 1. de remed.

Liber in adverſos hoſtes ſtringatur Iambus,
Seu celer, extremam ſeu trahat ille pedem.

De Iambicis, & Trochaicis Comicis, ſeu mixtis.
CAP. XLIV.

POëtæ Comici ut quotidianũ ſermonẽ imitarentur, & populi plauſum captarent, orationémque proſæ ſimillimã redderent, ſuis omnibus in utroq; carminis genere præter Iambũ & Trochæũ, ſuos proprios, uſurpant promiſcuè improprios pedes quatuor, Tribrachim, Spondæũ, Anapæſtũ, Dactylũ, exceptâ ultimâ regione, quã in Iambicis Iambus, in Trochaicis Trochæus ſemper occupat. Exemplum Iambici Trimetri Acatalecti habes Sen. 1. Act. 1. Andriæ.

Quod plerig; omnes faciunt adoleſcentuli.

Et quæ ſequuntur. Trochaici verò Tetrametri Catalecti Scen. 4. Act. 1. ejuſdẽ Com.

Audivi Archillis jamdudum: Lesbiã adduci jubes, &c.

Sed hæc Comicorũ & Tragicorũ veterũ licentia eſt, quã Græci Tragici, & Latinus Seneca, non putârunt ſibi concedendã. Comici at populo ſimiliores fierent, nec ab ejus ſermone multũ recederent, pro perſonarũ & tẽporis ratione & reſpectu, miſcent Iambicis Trochaicos, Octonariis Senarios, Catalectis Acatalectos.

De Satyrica Poëſi, Nomen & Origo.
CAP. XLV.

Satyra Poëma eſt urbanũ, jocoſũ, ſalſũ, ad vẽprehendendos mores corruptos, & accuſandã vitæ improbitatẽ comparatũ. Satyræ appellatio undenã facta ſit, necdum pro certo affirmari poteſt. A lanceis genere inditã eſſe quibuſdã placet: Illo nempe quo ſactis Cerealibus primitiæ inferebantur fructuum diſſimilium. Sic in Satyris, inquiunt, variæ ac diveriæ res tractari ſolent, quibus illa velut expletur & ſatiatur. Hinc itaque à ſatietate Satyram, quaſi Saturam, appellare viſum eſt. A ſaliendo quoque dictam, crediderunt aliqui ob argumentorum varietatem. Per quam ſit, ut more Satyri animantis illius, ſine modo atque ordine huc illuc ferri, rapi, & volitare videatur. Quid ſi ab ipſiſmet Satyris? Quando in hoc Poëmate videmus, Diis illis petulcis, laſcivis, dicacibus dicta proferri? Primus Satyrographus fuit Lucilius, major avunculus Pompei magni; hic in civium vitiis liberrimè, ac ſaliſſimè

accuſandis, primò Iambis uſus eſt: Deinde Senarios in Hexa
tros mutavit, quia hic verſus narrationi congruebat magis. P
Lucillium numerantur Terentius Varro, Horatius, Perſius, Juv
nalis.

Argumenta, Finis, Utilitas Satyræ.

CAP. XLVI.

QUemadmodum priſcæ illius Comœdiæ, ité Iamborũ, & quoru
dam Epigrammatum, ità Satyræ quoque materia dici p
teſt turpitudo, vel riſu digna, vel odio. Quocirca ſi qu
ridiculum, aut odioſum non eſt, habet autem luctũ, terrorẽ, cõ
ſerationẽ, ut res Tragœdiarum, in Satyram minimè cadit. In
det & exagitat Satyra inertes, paraſitos, deformes, loquaces, ingr
tos, libidinoſos, potatores, avaros, fœneratores, ſicarios, fures,
ulteros, &c. Rectè fecerit, qui morbos animi Satyræ ſubjecer
quod in his non ſecus occupatus eſt, quàm Medicorum ars in dol
ribus, vulneribus, & ægrotationibus corporum. Proponit utr
que tibi ſanitatẽ, ſed iſta oratione, illa potionibus & herbis. Med
cinas ambæ ægrotis faciunt amaras, inſuaves, & ingratas, ſecant,
runt, non parcunt. Satyrâ utimur ad homines abſterrendos à vit
is, & ad virtutẽ objurgatione, irriſionéque impellendos. Ex qu
pater, quanta ſit ejus utilitas: Corriguntur nimirum perverſi, d
reliqui aculeos Poëtarum iſtorũ metuentes, à nequitia & ſcele
longius refugiunt. Et quoniam amore virtutis abſtinere ſe à prav
actionibus nolunt, formidine hujus pœnæ, & infamiæ quod nolun
id facere compelluntur. Veruntamen joci, & ſales Satyrici, ca
rere obſcœnitate rerum, verborúmque debent, & crimina libidinẽ
que ità reprehendi, ut nè dum animos reorum purgare volumus, a
lios interim ſinceros & innocentes collutulemus, & ad morum tur
pitudinem quaſi invitemus. Diligentior hac in re Perſius, & ſeveri
quàm Horatius & Juvenalis.

Artificium Satyræ.

CAP. XLVII.

DOcuimus Satyram quandam eſſe Medicinam: quapropter
ea ob amaritudinem ab ægroto ſtatim reſpuatur, imitandi eru
Medici nobis, de quibus ità Lucretius.

Nam velut pueris abſinthia tetra medentes
Cùm dare conantur, priùs oras pocula circum
Contingunt melli dulci flavóq; liquore,
Ut puerorum ætas improvida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Abſinthi laticem, deceptáq; non capiatur,
Sed potius tali tactu recreata valeſcat.

Eodem prorſus modò illinendæ ſunt quibuſdam ſuavitatibus o
jurgationes Satyricæ, ut æquiore animo accipiantur; jocis ne

facetiis, quibus quodammodo animi ad hanc alioqui amaram po-
nem exhauriendam præparantur, & inducuntur. Sed oræ pocu-
nimirum urbanitate istâ condiuntur, & tum demum sentitur me-
camenti amarities, cùm est in ipsa viscera demissum. Et quamvis
virtutē cohortari, à vitiis autem avocare magnâ contentione de-
at Satyra, non ideo tamen eam de ipsis disputare convenit: quod
nus Philosophiæ relinquendum est, quæ & magistra virtutum, &
iorum sola explicatrix habetur. Versutum, sagax, callidum, di-
rtum, acutum ingenium hîc requiritur, & à leporibus minimè ab-
rrens, atque alienum. Partes certas nullas habet: aliquando
inuatione, sæpiùs abrupto & incitato principio utitur. Et licèt
rupta principia sint, ad totius tamen corporis cōpositionē per-
ere debent: semperq; loco Exordii aliquid esse necesse, quod
ea quæ sequuntur facilē cōparat benevolúmque auditorē. Ho-
ius principio Satyræ primæ id proponit, quod ubi longâ exem-
orum enumeratione probavit, aptè concludit. Satyram integram
Poëseos studiosorum gratiam libuit adscribere.

Quî fit, Mæcenas, ut nemo quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu sors objecerit, illâ
Contentus vivat, laudet diversa sequentes?
O fortunati mercatores, gravis annis
Miles ait, multò jam fractus membra labore.
Contrà mercator, navim jactantibus Austris,
Mili ia est potior. Quid enim? Concurritur horæ
Momento, aut cita mors venit, aut victoria læta.
Agricolam laudet juris, legúmq; peritus,
Sub galli cantum Consulter ubi ostia pulsat.
Ille datis vadibus, qui rure extractus in urbem est,
Solos fœlices viventes clamat in urbe.
Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem
Delassare valent Fabium; nè te morer, audi
Quò rem deducam: Si quis Deus, en ego, dicat,
Jam faciam quod vultis: eris tu, qui modò miles,
Mercator: tu consultus modò rusticus: hinc vos,
Vos hinc, mutatis discedite partibus; eia
Quid statis? Nolunt, Atqui licet esse beatis.
Quid causæ est meritò quin illis Jupiter ambas
Iratus buccas inflet? neq; se fore posthac
Tam facilem dicat, votis ut præbeat aurem?
Præterea, nè sic ut qui jocularia ridens
Percurram (quanquam ridentem dicere verū
Quid vetat?) ut pueris olim dant crustula blandi
Doctores, elementa velint ut discera prima:
Sed tamen amoto quæramus seria ludo.
Ille gravem duro terram qui vertit aratro,
Perfidus hic caupo, miles, nautæq; per omne
Audaces mare qui currunt, hac mente laborem
Sese ferre, senes ut in otia tuta recedant,
Aiunt: quū sibi sint congesta cibaria, sicut
Parvula, nam exemplo est magni formica laboris,

Ore trahit quodcunq; poteſt, atq; addit acervo
Quem ſtruit, haud ignara, ac non incauta futuri.
Quæ ſimul inverſum contriſtat Aquarius annum,
Non uſquã prorepit, & illis utitur antè
Quæſitis potiens: quum te neq; fervidus æſtus
Dimoveat lucro, neq; hyems, ignis, mare, ferrum;
Nil obſtet tibi, dum nè ſit te ditior alter.
Quid juvat immenſũ te argenti pondus & auri
Furtim defoſſa timidum deponere terrâ?
Quod ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem.
At ni id ſit, quid habet pulchri conſtructus acervus?
Millia frumenti tua triverit area centum,
Non tuus hoc capiet venter plus quàm meus; ut ſi
Reticulum panis venales inter onuſto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias quàm
Qui nil portarit. Vel dic, quid referat intra
Naturæ fines viventi, jugera centum an
Mille aret? At ſuave eſt ex magno tollere acervo.
Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
Ut tibi ſi ſit opus liquidâ non amplius urnâ,
Vel cyatho, & dicas, magno de flumine mallem,
Quàm ex hoc fonticulo tantundem ſumere; eo ſit,
Plenior ut ſi quos delectat copia juſto,
Cum ripâ ſimul avulſos ferat Auſidus acer.
At qui tantulo eget, quanto eſt opus, is neq; limo
Turbatam haurit aquam, neq; vitam amittit in undis.
At bona pars hominũ decepta cupidine falſa,
Nil ſatis eſt, inquit, quia tanti quantũ habeas ſis.
Quid facias illi? Jubeas miſerũ eſſe libenter,
Quatenus id facit, ut quidam memoratur Athenis
Sordidus ac dives, populi contemnere voces
Sic ſolitus: Populus me ſibilat, ac mihi plaudo
Ipſe domi ſimul ac nummos contemplor in arca.
Tantalus à labris ſitiens fugientia captat
Flumina. Quid rides? Mutato nomine de te
Fabula narratur: congeſtis undiq; ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis.
Neſcis quid valeat nummus, quem præbeat uſum.
Panis ematur, olus, vini ſextarius, adde
Quæis humana ſibi doleat natura negatis.
An vigilare metu exanimem, noctéſq; diéſq;
Formidare malos fures, incendia, ſervos,
Ne te compilent fugientes: hoc juvat? horũ
Semper ego optãrim pauperrimus eſſe bonorũ.
At ſi condiderit tentãtũ frigore corpus,
Aut alius caſus lecto te adfixerit, erit qui
Adſideat, fomenta paret, medicũ roget, ut te
Reſtituat, ac reddat natis, carisq; propinquis.

Non uxor ſalvum te vult, non filius; omnes
Vicini odérunt, nati, pueri, atq; puellæ.
Miraris, quum tu argento poſt omnia ponas,
Si nemo præſtat quem non mereáris amorem?
At ſi cognatos, nullo natura labore
Quos tibi dat, retinere velis, ſervaréq; amicos,
Infœlix operã perdas, ut ſi quis aſellũ
In campũ doceat parentem currere frænis.
Deniq; ſit finis quærendi, cúmq; habeas plus,
Pauperiem metuas minùs, & finire laborem
Incipias, parto quod avebas: nec facias quod
Ovidius quidam (non longa eſt fabula) dives,
Ut metiretur nummos: ità ſordidus, ut ſe
Non unquam ſervo meliùs veſtiret, aduſq;
Supremũ tempus; ne ſe penuria victûs
Opprimeret, mutuebat; ac hunc liberta ſecuri
Diviſit medium fortiſſima Tyndaridarũ.
Quid mĩ igitur ſuades ut vivã Mævius; aut ſic
Ut Nomentanus? pergis pugnantia ſecũ
Frontibus adverſis componere. Non ego avarũ
Quũ veto te fieri, vappam jubeo, ac nebulonem.
Eſt inter Tanaim quiddam ſocerúmq; Viſelli.
Eſt modus in rebus, ſunt certi deniq; fines,
Quos ultra, citráq; nequit conſiſtere rectũ.
Illic unde abii redeo: nemón' ut avarus
Se probet, ac potiùs laudet diverſa ſequentes:
Quódq; aliena capella gerat diſtentius uber,
Tabeſcat: neq; ſe majori pauperiorũ
Turbæ comparet? hunc atq; hunc ſuperare laborer,
Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat:
Ut quum carceribus miſſos rapit ungula currus,
Inſtat equis auriga ſuos vincentibus, illum
Præteritũ temnens extremos inter euntem.
Inde fit, ut rarò, qui ſe vixiſſe beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, uti conviva ſatur, reperire queamus.
Jam ſatis eſt; nè me Criſpini ſcrinia Lippi
Compiláſſe putes, verbũ non amplius addam.

Notatio & uſus Epigrammatis.
CAP. XLVIII.

EPigramma παρὰ τὸ ἐπιγράφειν, ſuperſcribere, ſeu inſcribere, principio erat tantùm ἐπιγραφὴ, ſuperſcriptio ſeu inſcriptio, quidem μετρῳ, ſeu numeris libera: pro elogiis inſcripta, aut ſcripta ſtatuis, trophæis, imaginibus, clypeis, navibus, ſepulchris, monuments, delubris, ædificiis, magnificis demum operibus. Poſteà quidquid de re tum animata, tum inanimata, eleganter, acutè, urbane, breviter ἐμμέτρως, ſeu verſu dictum eſſet, ſeu laudationem, ſeu

ſeu vituperationem, ſeu triſte, ſeu lætum, ſeu aliud quippiam contineret, Epigrammatis ambitu ac terminis includebatur, nullo ad inſcriptionem reſpectu.

Definitio Epigrammatis, ejúſq; diviſiones.

CAP. XLIX.

EPigrăma, ut eſt proprium Poëtarum, *eſt quoddă breve poema cum ſimplici cujuſpiă rei, vel perſonæ, vel facti indicatione, aut ex propoſitis aliquid deducens.* Hæc definitio ex diviſione conficitur, quemadmodum Cicero in Topicis definire docet, & duo ſumma Epigrammatis genera ſpectatâ eorúm formâ, comprehendit. Simplex nimirum & compoſitum. [Simplex eſt in quo res aliqua, perſona, ſeu factum exprimitur, nulláque ineſt comparatio:] quemadmodum in his duobus exemplis. Æn. 3. Æneas dedicans clypeum Abantis, rem carmine ſignat: nempe hoc,

Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Plura de ſe Virgilius illo diſticho, quod ſibimet moriens fecit.

Mantua me genuit: Calabri rapuere: tenet hunc
Parthenope: cecini paſcua, rura, duces.

Indicat patriă, locũ mortis, ſepulturæ, genera ſcriptorum ſuorum; in quibus duobus exemplis nihil niſi indicatio, nulla compoſitio. [Compoſitum quod ex propoſitis quiddam, idque aut Majus aut Minus, aut Æquale, aut diverſũ, aut contrariũ deducit.] In omnibus his collationes ſive relationes perſpicis, quibus & tollitur ſimplicitas, & gignitur cõparatio, ſive cõpoſitio. Exemplũ ubi Majus aliquid ex propoſitis deducitur, hoc ſit Mart. l. 1. de Carpophoro.

Sæcula Carpophorum, Cæſar, ſi priſca tuliſſent,
Jam nullũ monſtris orbe fuiſſet opus.
Non Marathon taurũ, Nemee frondoſa leonem,
Arcas Mænalium non timuiſſet aprum.
Hæc armata manus Hydræ mors una fuiſſet,
Hinc percuſſa foret tota Chimæra ſemel.
Ignipedes poſſet ſine Colchide vincere tauros,
Solvere & Heſionem ſolus, & Andromeden.
Herculeæ laudis numeretur gloria, plus eſt
Bis denas pariter perdomuiſſe feras.

Et lib. 11. Laudatur Nerva Trajanus.

Tanta tibi eſt recti reverentia, Cæſar, & æqui,
Quanta Numæ fuerat, ſed Numa pauper erat.
Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores,
Et cùm tot Cæſos viceris, eſſe Numam, &c.

Quando Minus.

De C. Julio Cæſare.

Spectat Alexandri picta ut certamina Cæſar,
Ait ego nondum aliquid geſſi, ait illachrymans.
Quod ſi & Alexander ſpectâſſet Cæſaris acta,
Dixiſſet, Perſas vincere pigritia eſt.

Quæ

Quando par aut ſimile.

Catullus ad Quintum.

Quinti, ſi tibi vis oculos debere Catullum,
Aut aliud ſi quid carius eſt oculis:
Eripere huic noli multò quod carius illi
Eſt oculis, ſi quid carius eſt oculis.

Martialis l. 1. de Leone Cæſaris, in cujus ore ludebant lepores illæſi.

Æthereas aquilæ puerum portantes per auras,
Illæſum timidis unguibus hæſit onus:
Nunc ſua Cæſareos exorat præda leones,
Tutus & ingenti ludit in ore lepus.
Quæ majora putes miracula? ſummus utrique
Auctor adeſt: hæc ſunt Cæſaris, illa Jovis.

Quando diſpar, ſeu diverſum, Martialis de leone & lepore, l. 1.

Ritibus his tauros non eripuêre magiſtri,
Per quos præda fugax itque, reditque lepus.
Quodque magis mirum, velociter exit ab hoſte,
Cùm nil à tanta mobilitate refert.
Tutior in ſola non eſt cùm currit arena,
Nec caveâ tantâ conditur ille fide;
Si vitare canum morſus, lepus improbe, quæris,
Ad quæ confugias, ora leonis habes.

Quando contrarium ſeu repugnans. Catullus.

Odi & amo; quare id faciam, fortaſſe requiris,
Neſcio, ſed fieri ſentio, & excrucior.

Martialis ad Dindymum. lib. 5.

Inſequeris? fugio; fugis? inſequor: hæc mihi mens eſt,
Velle tuum nolo, Dindyme, nolle volo.

In habentem varios mores, l. 14.

Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem,
Non poſſum tecum vivere, nec ſine te.

Sunt qui tres tanquam claſſes Epigrāmatum conſtituêre. Unam eorum, quibus ad rerum inſcriptiones utimur, unde nomen ipſum eſt natum, quæque prima origo Epigrāmatis fuit. Alteram quibus laudes alicuius, aut vitia explicamus, ſive, quibus laudamus, aut vituperamus: Tertiā, quibus fortuitum quippiā, vel novum, vel admirabile, quod acciderit, aregutè exponimus, vel ipſi aliquid excogitamus, & cōminiſcimur. Fortuiti, & rari ſeu inopinati eventūs eſt illud Carpyllidæ in eum, qui piſcaturus, reti caput naufragio mortui attraxit: quod cùm manu ſcalpendo ſepulchrū parans terræ mandaret, improviſo theſaurum invenit. Concluſio eſt, Juſtos viros pietatis mercedem haud amittere.

Capturo piſces hamatâ in littore ſetâ,
Naufraga fortè hominis calva prehenſa fuit.
Qui caput avulſum membris miſeratus, inermi
Prolubigens fecit vilia buſta manu:
Pondus ubi infoſſi terræ grave repperit auri:
Gratia ſic juſtis nulla boniſque perit.

Et

Et illud Germanici Cæsaris ex Græco.

Thrax puer astricto glacie dum ludit in Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumq; imæ partes rapido trahuntur ab amne,
Abscidit heu tenerũ lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urnâ,
Hoc peperi flammis, cætera, dixit, aquis.

Admirabile seu magnum sit hoc, de matre Lacæna: quanquam etiam fortuita sæpè magna sunt, & contrà item magna fortuita.

Marullus.

Mater Lacæna conspicata filium,
Relictâ inermen parmulâ,
Progressa contrà trajicit ferro latus,
Super necatum his increpans:
Abi hinc, morere, non digna me proles, abi,
Mentire patriam, & genus.

DIVISIIO EPIGRAMMATUM SECUNDUM *tria anteposita Poëmatis genera.*

POtest Epigramma revocari partim ad Trogœdiã, partim ad Comœdiã, partim deniq; ad Epopœïam. Quare cùm hæc tria genera Poëseos materiâ discrepent, Epigrammatis itẽ materia non erit una, sibique similis: ideo nec ipsa Epigrammata. Ex Epopœïa sumit Epigramma laudationes imprimis excellentium virorum, urbium, fluviorum, fortuum, locorum fontium, monumentorum, &c. Fabulosa quoq; haud aliunde sumuntur. Hinc igitur fit, ut Epigrammate loquatur mirâ cum venustate Deus, aut Nympha, Satyrus, &c. quin aliquando, amnis, fons, arbor, statua, urbs, tumulus, locus, animal, cum aliis aut cum ipsomet Poëta. Tragœdiæ propriè est rerum gravium illustriumq; tractatio, quæ multum doloris, & commiserationis, multum pariant admirationis. Dolorem efficiunt Atrocia, commiserationem eadem ipsa, si aut immerenti eveniant, aut accidant inter consanguineos, inter parentes & liberos, inter fratres & sorores: Fortuita commovent admirationem: Sunt autem admirabiliora, quando præter opinionẽ aliud ex alio dependet, ut in vita Oedipi, de quo habemus Tragœdiã Senecæ. Hæc omnia aptissima sunt conficiendis Epigrammatis. Ad Tragœdiam quoque rejiciantur, quæ in mortem interitúmque alicuius scribuntur: est enim per se res Tragica mors. In Comœdia prisca Poëtæ homines impunè nominatim accusabant, irridebant, contemnebant. Quæ materies, probrosa & ridicula scilicet, convenit etiam Epigrammatis, quorũ auctores aliena peccata patefaciunt, insectantur, atque rident. Nec nominibus abstinent, quod reprehendit præfatione l. 2. Mart. quãvis ea sæpius cõmutent, aut proveris ficta supponant: rẽ enim ipsã intelligi ab omnibus nihil vetat, pudori autẽ & famæ hominũ consulendũ est, si consuli adhuc potest. Vetus quoque Comœdia lascivis vocibus & sententiis abundabat, quæ consuetudo in Epigrãmata irrepsit, quorum plurima, potissimum Martialis, videmus esse plena turpitudinis & nequitiæ. Ab

Epi-

Epigrāmatis ejuſmodi temperare nos oportet. Ex Comœdia item antiqua, joci, & ſales ad Epigrāmata profluxerunt. Illis quæ habent ſeē, metum, ſuſpitionē, amorem, deſiderium, diſſimulationem, ſubitā lætitiam, inſperatum, incōmodum, miſericordiam, fortunæ cōmutationem, & alia hujus generis, Novam Comœdiam præbuiſſe materiam fit credibile.

DIVISIO EPIGRAMMATIS SECUNDUM *tria genera cauſarum.*

VT civilis eloquentia in tripartita cauſarum varietate exercetur: ſic Epigrāma non incōmodè ad totidem, eadémq; genera fermè redigi poteſt. Itaque ad Judicium revocabuntur omnia, quibus aliorum vitia, ſcelera, & mala facinora accuſamus, quibus expoſtulamus, exprobramus, minamur, inſimulamus, invehimur, &c. Ad Deliberationē, quibus ſuademus, diſſuademus, hortamur, dehortamur, petimus, deprecamur, invitamus, conſolamur. Ad exornationem pertinebunt, quibus laudamus, vituperamus, ſive homines, ſive res alias quaſcunque, idque ſive in ipſo homine, ſive extra hominem. Itē quibus cōmendamus, gratulamur, gratias agimus, aliquid dedicamus, & jocoſa, quorum materia eſt turpitudo ſine dolore, quæ potiùs riſum excitet, quàm indignationem.

Exempla Judicialium.

ASinium Catullus de furto poſtulat. Nām ſecundum cœnam, quando convivæ urbanitati indulgere, & poculis capaciorib⁹ poſcere conſueverunt, ipſe mappas illorum, ſive ſudaria ſurripiebat, ut & apud Martialem Hermoneges. Et cùm hoc valde facetum, & nimis lepidum putaret, eundem leporem in Catullum exercuerat.

Maruccine Aſini, manu ſiniſtrâ
Non belle uteris in joco, atq; vino:
Tollis lintea negligentiorum.
Hoc falſum eſſe putas? fugit te inepte,
Quamvis ſordida res, & invenuſta eſt.
Non credis mihi? crede Pollioni
Fratri, qui tua furta vel talento
Mutari velit: eſt enim leporum
Deſertus pater, ac facetiarum.
Quare aut hendecaſyllabos trecentos
Expecta, aut mihi linteum remitte:
Quod me non movet æſtimatione,
Verum eſt μνημόσυνον mei ſodalis,
Nam ſudaria Setaba ex Iberis
Miſerunt mihi muncri Tullus
Et Varanius. Hæc amem neceſſe eſt,
Ut Varaniolum meum & Tullum.

Martialis de Hermogene fure ad Ponticum lib. 12.

Hermogenes tantus mapparum Pontice, fur eſt,
Quantum nummorum vix tuto, Maſſa, fuit.

Tu

Tu licet obſerves dextram tentáſq; ſiniſtram,
Inveniet mappam quâ ratione trahat.
Cervinus gelidum ſorbet ſic halitus anguem,
Caſuras altè ſic rapit iris aquas.
Nuper cùm Myrino peteretur miſſio læſo,
Subduxit mappas quatuor Hermogenes.
Cretatam Prætor cùm vellet mittere mappam,
Prætori mappam ſurripit Hermogenes.
Abſtulerat mappam nemo, dum furta timentur,
Mantile è menſa ſurripit Hermogenes.
Hoc quoq; ſi dicerit: mediòs diſtringere lectos,
Menſarúmq; pedes non timet Hermogenes.
Quamvis non modico caleant ſpectacula ſole,
Vela reducuntur, cùm venit Hermogenes.
Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ,
Ad parùm quoties paruit Hermogenes.
Linigeri fugiunt calvi, ſiſtratáq; turba,
Inter adorantes cùm ſtetit Hermogenes.
Ad cœnã Hermogenes mappã non attulit unquã,
A cœna ſemper rettulit Hermogenes.

Simile fecit Martialis in Luſcum furem lib. 8.

Aſpicis hunc uno contentũ lumine, cujus
Lippa ſub attrita fronte lacuna patet?
Nè contemne caput, nihil eſt ſuracius illo,
Non fuit Autolici tam piceata manus:
Hunc tu convivam cautus vitare memento:
Tunc furit atq; oculo Luſcus utroq; videt.
Focula ſollicitii perdunt, ligulaſq; miniſtri,
Et latet in tepido plurima mappa ſinu.
Laſſa nec à cubito ſubducere pallia neſcit,
Et tectus lenis ſæpè dualus abit.
Nec dormitantem vernam fraudare lucerna
Erubuit fallax, ardeat illa licet.
Si nihil invaſit, puerũ tamen arte doloſâ
Circuit, & ſolcas ſurripit ipſe ſuas.
O mihi poſt nullos, Jule, memorande ſodales,
Si quid longa fides, canáq; jura valent.
Bis jam penè tibi conſul trigeſimus inſtat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.
Non bene diſtuleris, videas, quæ poſſe negari,
Et ſolùm hoc ducas, quod fuit, eſſe tuũ:
Expectant curæ, catenatiq; labores;
Gaudia non remanent, ſed fugitiva volant.
Hæc utráq; manu, complexáq; aſſere toto;
Sæpe fluent imo ſic quoq; lapſa ſinu.
Non eſt, crede mihi, ſapientis dicere, Vivam:
Sera nimis vita eſt craſtina: vive hodie.

CONSOLATORIUM HOC EST LEODEGARII à Quercu, Tomo. 1. florum Epigrammatum ex variis Poëtis.

Quid noctes miſer ejulans, dieſq;

Nil convitia profutura fundis?
Irato Lachesin laceffis ore,
Quòd natam illa tibi abstulit quadrimã,
Argutam, docilẽ, venustulámq;,
Et quam præsidiũ subinde firmũ
Sperabas senio tuo futuram.
An hoc lædere? an hoc vocas nocere,
Pro terris Mariæ dedisse cœlũ?
Quin gaude potiùs, Beralde, cùm quam
Mortalem genuisse credidisti,
Hanc factam videas repentè divam.

EXEMPLA EXORNATIONIS CATULLUS in Ciceronem.

Disertissime Romuli nepotũ
Quot sunt, quótq; fuêre, Marce Tulli,
Quótq; post aliis erunt in annis,
Gratias tibi maximas Catullus
Agit pessimus omniũ Poëta:
Tanto pessimus omniũ Poëta,
Quanto tu optimus omniũ patronus:

Martialis in Decianum lib. 1.

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides famaq; novit avos:
Si quis Cecropiæ madidus Latiæq; Minervæ
Artibus, & verâ simplicitate bonus:
Si quis erit recti custos, imitator honesti,
Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit magnæ subnixus robore mentis,
Dispeream, si non hic Decianus erit.

Concinnum, & longè festivissimum est hoc ejusdem Martial. de Catella Publii lib. 1.

Issa est passere nequior Catulli,
Issa est purior osculo columbæ,
Issa est blandior omnibus puellis,
Issa est carior Indicis lapillis.
Issa est deliciæ Catella Publi.
Hanc tu, si queritur, loqui putabis,
Sentit tristitiámq; gaudiúmq;
Collo nixa cubat, capitq; somnos,
Ut suspiria nulla sentiantur,
Et desiderio coacta ventris,
Guttâ pallia non fefellit ullâ:
Sed blando pede suscitat, toróq;
Deponi rogat & monet levari.
Castæ tantus inest pudor Catellæ.
Ignorat Venerem, nec invenimus
Dignum tam tenerâ virũ puellâ
Hanc nè lux rapiat suprema totam,
Pictâ Publius exprimit tabellâ,
In qua tam similem videbis Issam,

Ut

Ut ſit tam ſimilis ſibi nec ipſa.
Iſſam deniq; pone cum tabella,
Aut utrámq; putabis eſſe veram,
Aut utramque putabis eſſe pictam.

Nullum datur Epigrãma, quòd non aliquâ parte tot, quot atuli-mus diviſionum cõprehenderet. Nec abſurdum exiſtimes velim unum atq; idem tam hujus, quàm illius generis efficere ſpeciem id quippe fit ratione diverſâ.

DE EPIGRAMMATE IN QVO PARIA PARIBVS, & contraria contrariis referuntur.

CIcero in Orat. Perfect. cùm de numero oratorio diſputat, ſcri-bit eſſe quoddã genus verborum, in quibus ipſis concinnita-intit, & quæ ſuâpte naturâ numeroſa ſit, etiamſi nihil eſt factum de induſtria. Cæterùm genus illud eſſe triplex. Aut enim caſus i exitu ſimiles, ut pro Cælio: *Neu modò nihil ignoſcendum, ſed e tiam acriter reſiſtendum.* Aut paria paribus reddi: ut in Sextian *Qui authoritate, qui fide, qui conſtantiâ, qui magnitudine animi, cr ſiliis, audaciã reſtiterunt, ii principes, ii graves, ii auctores, ii duces h jus dignitatis, atq; imperii ſuper habiti ſunt.* Aut opponi contraria quæ exornatio, Græce ἀντίθετον, Latinè contentio, & contrà po ſitum. Fit autem diverſis modis. Nam & ſingula ſingulis oppo nuntur; ut, *Vicit pudorẽ libido, timorẽ audacia, rationẽ amentia* Bina binis: ut, *Non noſtri ingenii, veſtri auxilii.* Pluribus plura: pr Milone: *Eſt enim, judices, hæc non ſcripta ſed nata lex: quam n didicimus, accepimus, legimus, verùm ex natura ipſa arripuimus, hau mus, expreſſimus.* Omiſſo primo genere hujus concinnitatis, quæ hi nullum locum habet, niſi in Ethicis, videamus quàm pulchrè ſecun dum & tertium in Epigrãmata conveniant. Quæ proinde concinn fieri & dici certiſſimum eſt. Paria paribus referuntur in his quæ Appendice Virgiliana leguntur de morte trium.

Sus, juvenis, ſerpens, caſum venêre ſub unum,
Sus jacet ex ictu, pede ſerpens, ille veneno.
Anguis, aper, juvenis, pereunt, vi, vulnere, morſu,
Hic fremit, ille gemit, ſibilat hic moriens.
Sus, ſerpens, juvenis, pariter periere viciſſim:
Dente perit juvenis, ſerpens pede, porcus ab ictu.

Ejuſdem clauſis eſt hoc in Virgil.

Paſtor, arator, eques, pavi, colui, ſuperavi,
Capras, rus, hoſtes, fronde, ligone, manu.

Fœlici conatu hoc imitatus eſt Matthæus Toſcanus in ſuis Poe matis, loquens de Petro Bembo.

Hiſtericus, vates, rhetor, celebrat, canit, implet,
Geſta, ignes, aures, ore, lyrâ, eloquio.

Exemplum ubi ſingula ſingulis opponuntur. Toſc. tom. I. i Chriſtum crucifixum.

Pro ſervis Deminus moritur, pro ſontibus inſons,
Pro ægroto medicus, pro grege paſtor obit.
Pro populo rex mactatur, pro milite ductor,

In

Próq; opere ipſe opifex, próq; homine ipſe Deus.
Quid ſervus, quid ſons, ægrotus, grex, populúſq;
Quid miles, quid opus, quidve homo ſolvet? amet.

Concluſio hujus pulcherrimi, & religioſiſſimi Epigrāmatis habet repetitionē, ἀναζευγμα, συναγωγισμὸν, ſubjectionem.

De Epigrāmate Dialogico.
CAP. L.

DIalogum conficere, tum propter alia, tum propter decorum perſonarū loquentium eſt laborioſum: propterea quod niſi prudentiſſimus & experientiſſimus, videre non poteſt, quando, quantum, quibus verbis, quomodo unumquemque loqui, & quibus moribus præditum eſſe oporteat. In omnibus & ſingulis ſeparatim τὸ πρέπον cernitur.

EXEMPLA EPIGRAMMATIS Dialogici.

Auſonii dialogus in ſimulacrum Occaſionis & Pœnitentiæ.

Cujus opus? Phidiæ, qui ſignum Pallados, ejus,
Quiq; Jovē fecit, tertia palma ego ſum;
Sum Dea, quæ rara, & paucis, Occaſio, nota.
Quid rotulæ inſiſtis? ſtare loco nequeo.
Quid talaria habes? volucris ſū: Mercurius quæ
Fortunare ſolet, tardo ego, cùm volui.
Crine tegis faciem. Cognoſci nolo: ſed heus tu,
Occipiti calvo es. Ne tenear fugiens.
Quæ tibi juncta comes? dicat tibi. Dic rogo quæ ſis?
Sum Dea cui nomen nec Cicero ipſe dedit.
Sum Dea quæ facti, non factiq; exigo pœnas:
Nempe ut pœniteat, ſic Metanœa vocor.
Tu modo dic, quid agat tecum: Si quando volavi,
Hæc manet: hanc retinent, quos ego præterii:
Tu quoq; dum regitas, duro percunctando moraris,
Elapſū dices me tibi de manibus.

Dialogus in Juſtitiam.

Quæ Dea? Juſtitia. Quid torvo lumine? flecti
Neſcia ſum & lachrymis & pretio & precibus.
Quod genus? à Superis Ex quo genitore? Modo. Ex qua
Matre? Fide. Nutrix quæ tua? Pauperies.
Quis Deus infantē fovit? Prudentia. Quonam
Freta duce agnoſcis crimina? Judicio.
Cur gladiū tua dextra gerit? cur læva bilancē?
Ponderat hæc cauſas, percutit illa reos.
Quid rari aſſiſtunt? Quod copia rara bonorum eſt.
Quæ comes aſſidua eſt? candida ſimplicitas.
Auriū aperta tibi cur altera, & altera clauſa eſt?
Hæc ſurda injuſtis, panditur illa bonis.

Pauſere

Paupere cur semper cultu? justissimus esse
Qui cupit, exiguas semper habebit opes.

De Echone.
CAP. LI.

PErjucundum, argutũ, & lepidũ est Epigramma, attentúmq; retinet lectorem, cùm in fine aut medio versûs ejusmodi vocula ponitur, quæ vel toti verbo præcedenti, vel ejus similis caudæ, aut eadẽ sententiam illustrat, aut diversum aliquid, & nonnunquam contrariũ, ut prorsus inexpectatũ, aut par, aut majus, aut minus denique complectitur. Hæc echo dicitur. Multæ interrogationes in Ecbicis usurpantur, quamvis etiam sine interrogatione suã venustatem retineant. Nec opus est, omnes & singulos versiculos Echonem suã habere: sed tum illa respondebit cùm sensus absolvitur, & sententia finitur, sive in medio, sive in extremo versûs utrobique simul fiat. Non oportet autem diu differre istam repercussionem vocis, quia deformitatẽ generat dilatio, sicut frequentia ornamentum. Præterea non adeò semper numerosi esse possunt Echici, possuntq; evadere Leonini sine ullo vitio: quia ingenium, & lepos qui est in rebus, quàm concinnitas, quæ est in verbis, aut aliquippiam, majus hìc spectatur. Meliùs etiam Echo fit in dissyllabis, quàm in trisyllabis, aut Monosyllabis: Quoniam ad naturam rei illi imitatione quam istâ propriùs accedimus.

Literæ Aventinus primæ privetur honore:
Servabit reliquũ quid sibi Cacus? Acus.

Colloquium Bethlehemitæ Pastoris & Echus, cui Poëta sua verba interponit.

Hæc Bethlehemitæ Pastoris verba referre
Audita est Echo, quæ juga montis habet.
Quis natus? dixit, NATUS: patrisne Judæi?
Illa, DEI. Verúsne est homo? dixit HOMO.
Atq; hic idem nonne Deus remanet? MANET. Estne
Ut Pater omnipotens? rettulit illa POTENS.
Hunc quid de cœlis duxit? LIS DUXIT. At istam
Dic utrum vincet? VINCET, & ipsa refert.
Litis erat radix longæva? EVA. an mala? MALA.
Anne gula hoc potuit? ille refert, POTUIT.
An puer hic fiet magnus? quæ reddidit, AGNUS.
Ipse ait hoc: AIT HOC: cur ita clamat? AMAT.
Is majus nostro nunquid dare possit amori?
Reddidit illa nihil, quàm gemebunda, MORI.
Hoc faciet? FACIET: moriens? ORIENS: Deus ille?
Hæc, ILLE. Est forsan causa tua? AUSA TUA.
Diligere hunc ergo par est, super omnia Christum?
ISTUM. Nonne Deum? Dixit EUM, & tacuit.

Viatoris & Echûs.

V. *Quæ solos nemorũ colis recessus,*

Convall[illegible]

Convallésq; cavas jcc ſa imago,
Nunquid ſuaviculis dicata Muſis,
Modis omnibus expetenda vita eſt?
E. *ITA EST.* V. *Si comitetur alma virtus,*
Illis an pretiũ ſatis ſit ullũ?
E. *NULLUM.* V. *Sed quid obeſt eis frequenter?*
E. *VENTER.* V. *O utinam greges inertũ*
Ad corvos abeant? E. *EANT.* V. *Ironi*
Doctorũ faveamus ac proborum.
E. *HORUM.* V. *Iſti imperium regant, & orbem;*
Ac vos improbi & artium imperiti,
Humanæ ſcabies pudórq; gentis
Plorate, aſſiduéq; dicite hen. E. *HEU.*

ECHO DE PACE.

Dic mihi quæ gelidis habitas convallibus ECHO,
Cur populus pacem ſic modo clamat? AMAT.
Ad divũ pacẽ precibus concurritur? ITUR.
Ut damnum fugiat triſte colonus? ONUS.
Ruſticus ergo iterum campos reparabit? ARABIT.
Et tutò curret remige navita? ITA.
Omniáq; evenient in mundo proſpera? SPERA.
Largáq; nec rerum copia deerit? ERIT.
Si retuliſti Echo mihi vera, valeto, VALETO.
Donec noſtra iterum verba novabis. ABIS.

Licet interdum mutare literam aut ſyllabã in initio, aut medio verbi: nam Finis in Echone ſemper ſimilis requiritur. Itẽ addere aut tollere aſpirationẽ, ut ſi pro Sacer, dicas Lacer; pro Senex, Remex, pro Mœſtus, Feſtus; pro Abeat, Habeat. Quamobrẽ male reprehenderentur hæ Imagines. Albertúſne jacet? tacet. Quæ ruſa obitûs? Pus. In ſimili ſono vocalium extremarum poſita eſt Echo: illæ enim ſolæ ſonant, & Echo ſonus eſt, non in ſimilitudine conſonantium quoque, quæ tantùm conſonant, non ſui naturam, ſubſtantiámq; mutant.

De Emblemate.
CAP. LII.

EMblema dicitur παρὰ τὸ ἐμβάλλεσθαι, quod valet immittere, inijcere, interponere, inſerere. Vocantur autem Emblemata lapilli colorati, & minutè ſecti, gemmæ, claviculi, parvæ ex auro, argentove rerum diverſarum effigies & ſimilia, quæ pavimento, parieti, ſcuticulis, veſtibus, poculis, pileis, clypeis, gladiis, in morẽ torulorũ, pro ornamento affiguntur, inciduntur, inſculpuntur. Sciendum porrò, talia opera in pariete Vermiculata, in pavimento Teſſellata, in lignis Segmentata dici. Hoc autem loco carmina, ſeu Epigrammata ipſa hujuſmodi ἀγάλματα, ſymbola, ſimulacra, & imagines rerum aliquid ſignificantes interpretantia, Emblemata vocamus κατ' ὑμωνυμίαν, ut nobis *nihil aliud ſit Emblema, quàm Epigramma, quod Emblema cõplectitur.* Jam verò Emblema tria continet; Epigraphen, veluti rei totius animã, Picturã, & Poëſin, artes germanas,

nas, quæ se ita explicent, ut altera alteri sit interpres. Et Pictura quidem, tanquam corpus. Poëtis tanquam animus est: fitq; ut Emblema non possit non esse gratum, in quo & aures dulci carminum numero delectantur, animi pascuntur, & oculi picturâ recreantur. Tria maximè statuenda Emblematũ genera. Nam quæ rerũ naturas & causas aperiunt, Physica sunt. Quæ rẽ olim gestã, aut quasi gestã, ut fabulã includunt, Historica, seu Mythologica. Demum quæ ad mores pertinent, quæ innumera sunt, in Ethicis habentur.

Duæ primariæ virtutis Epigrãmatis, Argutia, & Brevitas.

CAP. LIII.

DUo præcipuè lumina flagitat Epigrãma, quibus ornatur, cõmendatúrq; mirificè; ea sunt brevitas, & argutia: quarũ posterior jure optimo anima, vita, & tanquã spiritus ejus, nervi, succus, sanguis vocari potest: quâ destitutum, velut ægrum languet, friget, & quasi intermoritur. Quòd si vel sola affuerit, ut alia desiderentur, probabitur tamen. Generatur autem acumen istud cùm aliis modis, tum hoc frequenter, si Conclusio aut non expectata, (quod Græci dicunt παρὰ προσδοκίαν) aut expectationi planè contraria sequitur. Catullus Furis paupertatẽ urgens, sicut ante ursserat, ait villulam, quæ ei, ut verisimile est, unica remanserat, non eò incõmodã esse, quod ad hujus aut illius venti flatum opponeretur: sed (quod vento omni deterius) quòd oppositæ essent pignori pro tanta pecunia, ut nihil jam sit, cur eã Furius suã dicere debeat. Ludit autẽ in ambiguitate vocabuli, oppositæ, Hoc modo.

Furi, villula vestra non ad Austri
Flatus oppositæ est, nec ad Favoni,
Nec sævi Boreæ aut Apeliotæ:
Verùm ad millia quindecim ducenta,
O ventum horribilẽ atq; pestilentẽ!

Facetum illud Martialis, de Selio Cœnipeta ad Rufum.

Quòd fronte Selium nubilâ vides Rufe,
Quòd ambulator porticum terit serus,
Lugubre quiddã quòd tacet piger vultus,
Quòd penè terrã tangit indecens nasus,
Et dextra pectus pulsat, & comã vellit:
Non ille amici fata luget, aut fratris,
Uterq; natus vivit, & precor vivat:
Salva est & uxor sarcinæq; serviq;.
Nihil colonus, villicúsq; decoxit,
Mœroris igitur causa quæ? domi cœnat.

Lib. 3. Interrogat Musã cõplusculis versibus, quid agat Canius Rufus. Enumerat plurima, quæ agere ille potest. Musa ad extremum respondet, illum nihil agere aliud quàm ridere.

Dic musa quid agat Canius meus Rufus:

Virum

Utrúmne chartis tradit ille victuris
Legenda temporũ acta Claudianorũ?
An quæ Neroni falsus adstruit scriptor?
An æmulatur improbi joces Phœdri?
Lascivus elegis, an severus heroïs?
An in cothurnis horridus Sophocleis?
An otiosus in schola Poëtarum,
Lepore tinctos Attico sales narrat?
Hinc si recessit, porticũ terit templi,
An spatia carpit lentus Argonautarum?
An delicatæ sole rursus Europæ
Inter tepentes post meridiem buxos
Sedet, ambulative liber acribus curis?
Stertitve, thermis an lavatur Agrippæ?
An impudici balneo Tigillini?
An rure Tulli fruitur, atq; Lucani?
An Pollionis dulce currit ad Quartũ?
An æstuantes jam profectus ad Baias,
Piger Lucrino naviculatur in stagno?
Vis scire quid agat Canius tuus? Ridet.

Et unicum carmen, sive Monostichon, Epigrãma est: ut apud Martialem in Cinnam, lib. 8.

Pauper videri Cinna vult, & est pauper.

Et plurima Distticha, quibus aliqua sententia perfecta explicatur, Epigrãma dicuntur. Veruntamen illud fugiendum, nè currente rota pro urceo exeat amphora: nè inquam, fiat Elegia, aut promissum carmen. Et quoniã vox ipsa Inscriptionẽ Latinis sonat, Inscriptiones autẽ paucis plerumque verbis finiuntur, credamus id optimum fore quod brevissimum.

De suavitate, & aliis Epigram. ornamentis.
CAP. LIV.

INter quosdã eruditos de carminum suavitate contentionẽ subortã commemorat A. Gellius, l. 19. cap. 9. Cùm ibi Græcos nonnulli extollerent, & Latinos tam fluentes carminum delicias fecisse negarent, Antonius Julianus Rhetor florentis facundiæ & rerum literarúmque veterum peritus docuit, Latinos nihil Græcis concedere, & extemplò quatuor Epigrãmata ex memoria recitavit, Valerii Æditui, Porcii Licinii, Q. Catuli, quibus sentit Gellius, nundius, venustius, limatius, pressius, Græcum Latinúmve nihil quidquam reperitur. Fatendum est tamen vel invito, sæpius licere Græcis, quàm nobis esse ducibus. Principio, quæ res sua naturâ vim aliquam ad sensus demulcendos, oblectandásque mentes obtinent, ex iis suavitas in oratione existit. Tales exempli causâ sunt amœnitas hortorum, species arborum virentium, flores, leni murmure labentes rivuli, stellæ, lux, cantus musici, citharæ, tibiarum chori & tripudia, amplexus, oscula, honesta, inquam, & legitima. Reddunt jucundam orationẽ Epigrammatis Allocutiones illæ, quibus

bus Poëtæ ſeipſos cõpellant. Catullus ad ſemet de adventu veris.

Jam ver egelidos refert tepores,
Jam cœli furor æquinoctialis,
Jucundis Zephyri ſilẽſcit auris:
Linquantur Phrygii, Catulle, campi,
Niceæq; ager uber æſtuoſæ,
Ad claras Aſiæ volemus urbes.
Jam mens prætrepidans avet vagari;
Jam læti ſtudio pedes vigeſcunt.
O dulces comitũ valete cœtus,
Longè quos ſimul à domo profectos,
Diverſæ variæ viæ reportant.

Idem ad ſeipſum.

Miſer Catulle, deſinas ineptire,
Et quod vides periſſe perditũ ducas.
Fulſêre quondã candidi tibi ſoles.

Martial. lib. 10. ad ſeipſum.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
Jucundiſſime Martialis, hæc ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis:
Lis nunquam, tega rara, mens quieta:
Vires ingenuæ, ſalubre corpus:
Prudens ſimplicitas, pares amici:
Convictus facilis, ſine arte menſa:
Nox non ebria, ſed ſoluta curis:
Non triſtis torus, attamen pudicus:
Somnus qui faciat breves tenebras;
Quod ſis eſſe velis, nihilq; malis:
Summum nec metuas diem, nec optes.

Dulcis eſt Apoſtrophe, ſive ad Divũ aliquem, ſive ad hominem, idque aut in Medio, aut in Extremo: In extremo, ut Epigram. Catulli.

O dulces comitum valete cœtus, &c.

In medio, ut illo, quod ſcripſit in Annales Voluſii.

Nunc, O cæruleo creata ponto,
Quæ ſanctum Idalium Uriosq; apertos,
Quæq; Ancona, Cnidumq; arundinoſã
Colis, quæq; Amathunta, quæq; Colchos,
Quæq; Dyrrachium, Hadriæ tabernam,
Acceptum face redditúmq; votum,
Si non illepidum, neq; invenuſtum eſt.
At vos interea venite in ignem,
Pleni ruris, & infacetiarum,
Annales Voluſi, cacata charta.

Suavitatis gratiâ, ſermo & ſenſus affingitur brutis animantibus, ſylvis, fontibus, montibus, inſulis, aliiſque rebus animo vacantibus, quas etiam blandè affari conceſſum eſt. Lucullus cum avaro murem loquentẽ facit, & negantẽ ſeſe cibum apud illum ſed hoſpitium tantùm quærere.

Mures

Murē Asclepiades ut apud se vidit avarus,
Mus, quid in æde facis, dixit, amice, meâ?
Mus blandè arridens, tolle, inquit, amice, timorē,
Hic ego non victū quæro, sed hospitiū.

Pervenustū judicatur Epigrāma, in quo est aliquid eruditionis
n vulgaris, seu in quo aliquid antiqui moris, ac ritûs attingi-
r, ut in illo Catulli ad puerū suū, in quo duas consuetudines
erit: Unā poscendi majoribus & meracioribus poculis vetusti-
s vini, in quo amarus quidam sapor sentitur: quæ consuetudo
Græcis præcedente convivio tenebatur, & ab illis orta fuerat:
terā creandi in conviviis talorum jactu unū aliquē, qui præscri-
et, quantū quisque, & quomodo tēperatum biberet. Græcī
ποσιάρχον & βασιλέα, Horatius bibendi arbitrū, Varro Modi-
atorē, Cicer. de senect. Magistrum, Macrob. Regē Mensæ; rē &
estatē ipsam Magisteriū. Horatius regnū vini, Græci ἀρχιαποσίαν
pellant,

Minister vetuli puer Falerni,
Infer mî calices amariores,
Ut lex posthumiæ jubet magistræ
Ebriosa acino ebriosioris.
At vos quò lubet, hinc abite lymphæ
Vini pernicies. & ad severos
Migrate, hic merus est Thyonianus.

Primum versum Catullus sæpè postremo loco iterat, ut ad seip-
, de Struma & Vatinio.

Quid est Catulle, quòd moraris emori?
Sella in curuli Struma Nonius sedet:
Per consulatum pejerat Vatinius.
Quid est Catulle, quod moraris emori?

Libenter etiam Catullus, ac sæpè claudit exclamatione, &, ut in
u passeris.

Lugete, O Veneres, Cupidinésq;
Et quantū est hominū venustiorū.
Passer mortuus est meæ puellæ:
Quē plus illa oculis suis amabat:
Nam mellitus erat, suámq; nôrat
Ipsam tam bene quàm puella matrē:
Nec sese à gremio illius movebat:
Sed circumsiliens modò huc, modò illuc,
Ad solā dominā usq; pippiebat,
Qui nunc it per iter tenebricosum,
Illuc, unde negant redire quemquam:
At vobis malè sic malæ tenebræ
Orci, quæ omnia bella devoratis:
Tam bellum mihi passerem abstulistis,
O factū malè, O misselle passer.
Tuâ nunc operâ meæ puellæ
Flendo turgiduli rubent ocelli.

Gaudet etiam ab eadē particula, O, exordiri.

O Colonia, quem cupis ponte ludere longo.
O qui flosculus es Juventiorū.
O farum optime balneariorum.
O funde noster, seu Sabine, seu Tiber.
O rem ridiculam, Cato, & Jocosam.

Ut omnes versus ab eadem voce inchoati, sic in eandē aut eas pulchrè possunt desinere, aut omnes aut alterni, figurâ quæ Co versio dicitur. Pulchrùm sanè & illud, in quo magnus ani motus, magnáve & vehemens affectio cernitur, exprimitúrq; ne pè aut mœror, aut dolor, aut pietas, aut amor, aut commiser tio.

Quale est illud Ausonii in Didonem.

Infœlix Dido nulli bene nupta marito,
Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.

Superest Energia, Cicero Evidentiā nominat, quæ rē subjicit s oculos, & ejus formā quasi pingit: Ea partim sita est in verbis, p tim in rebus. Exemplū esse poterit Martialis in Mutiā Scævolā l. Providendū tamen, nè cùm hanc virtutē consectamur, inani so verborū turgescat oratio.

Dum peteret Regē decepta satellite dextra,
Injecit sacris se peritura focis.
Sed tam sæva piis miracula non tulit hostis,
Et rapidā flammis jussit abire virum.
Urere quem potuit contempto Mutius igne,
Hanc sinistram mavum Persena non potuit.
Major ab ereptæ fama est & gloria dextræ,
Si non extrāsset, jecerat illa minus.

DE SCITA CONCLUSIONE EPIGRAMMATIS.

ETsi totū Epigramma cōpositū, festivū, artificio quodā, & exp tione distinctū, & ingeniosum esse debet; tamen ipse tem ejus præcipuo quodā artificio illuminatus sit oportet, tali qs p sus qui vel acumine vel pondere, vel lepore, vel novitate, vel quādā illecebra legentiū mentes, sensúsque cōmoveat. Adju hic plurimum exclamationes, Interrogationes Rhetoricæ, Epi nemata, amaræ Concessiones, quæ à quibusdam dicuntur Ir cum formis ibi subjectis, inexpectatò, & sententiosè dicta, strophæ, & similes festivitates, quas subjecta exempla partem quam docebunt. Mart. de Gellia lib. I.

Amissū non flet cùm sola est Gellia patrem:
Si quis adest, jussæ prosiliunt lachrymæ:
Non luget quisquis laudari, Gellia, quærit:
Ille dolet vere, qui sine teste dolet.

Ausonii quoddam est de uxore Zelotypa, veneno argentum vum miscente, ut citiùs virum tolleret: quæ tamen hominem garunt potiùs.

Toxica Zelotypo dedit uxor mœcha marito :
Nec satis ad mortē credidit esse datum.
Miscuit argenti lethalia pondera vivi,
Cogeret ut celerē vis geminata necē.
Dividat hæc si quis, faciunt discreta venenum :
Antidotū sumet qui sociata bibet.
Ergo inter sese dum noxia pocula certant,
Cessit lethalis noxa salutiferæ :
Protinus & vacuos alvi petiêre recessus,
Lubrica dejectis quà viâ nota cibis.
Quàm pia cura Deum ! prodest crudelior uxor,
Et cùm fata volunt, bina venena juvant.

De Epithalamio.
CAP. LV.

EPithalamium, carmen est quo nuptiæ celebrantur, à Thalamo dictum. Est autē θάλαμος cubiculum nuptiale primo suo nificatu, παρὰ τὸ θάλειν ἅμα, quod est simul genialem vitam ere. Hoc Poëmatis genus, à Græcis etiam γαμήλιον appellatur, c est, nuptiale, γάμον enim nuptias dicunt. Ejus carminis argu- ntum consistit è sponsi sponsæque desideriis. Verùm illius aper- dices studia, curas, celebritates cantionum, ludorū, armorum : ginis gratiâ facta omnia. Hujus autē animum tectis judiciis, nditis suspitionibus innues potiùs quàm profiteberis. Expugna- m castissimum pectus pietate erga juvenē tabescentē. cujus vir- tes cōmemorando excitabis excusationē. Aliquando finges à nere aut Cupidine vi coactā quæ pridē eorum regnum contem- i habuisset. Secundo loco explicabuntur laudes utriusque ; atria, genere, animi studiis, corporis præstantiâ. Tertius bene inabitur. Quarti totius illecebræ, lusus & oscula sunt, alter- rum aut utrumque blandè appellando ; modestiùs virginē, haud destissimè tamen objiciendo quædā : puta prælii futuri metum, toriam, è lachrymis risum, è spe lætitiam certā. Quintus locus olē pollicetur, vota facit, vaticinatur. Postremo pars exhorta- nē continet ad somnum quidē aliis, illis verò vigiliā. Thalamus interea laudatur, aut sine laude pingitur, aut nuptæ vestis, aut ρὸς, id est, velum tori maritalis cujus obtentu sacra illa pu- tiùs peraguntur. Quod si in ipsa adhortatione laudare velis tias, tum exemplis ages ab historiis, tum naturalium rerum ncipia poteris aspergere. Alloquemur etiam per Epiphonema- Hymenæum : quem tanquam nuptiarum Deum per intercalares us invocant aliquando : nonnunquam in ipso statim carminis tu.

Epithalamium in Nuptias Christi & Ecclesiæ, Autore Jacobo Pontano.

JAm nunc puniceos aurora induta colores,
Per supera invehitur roseo placidissima curru,

Quam Thetidis vada ſalſa relinquens ore nitenti,
Et rutilo ſequitur radiorũ fulgure Titan.
Æquora ſtrata ſilent, abierunt nubila, venti
Murmura compreſſêre, & ſpirant leniter aurę:
Ac tota inſolitũ mundi natura renidet.
Nos pariter, quicunq; humanâ ſtirpe creati,
Lætitiis incedamus ſimul omnibus omnes,
Evinctiq; caput nitidũ bene olentibus herbis,
Ad cytharã in numerũ quatiamus ter pede terrã, &c.

De Genethliaco ſeu Natalitio.
CAP. LVI.

GEnethliaci duo ſunt primaria capita: alterum à majoribus, alterum à ſpe ipſius infantis. Multæ utriúſq; περιεργίαι. Nec enim ſtemmata aut res geſtæ ſine locis, in quibus amœniſſima Poëticos diverticula ſæpe reperiuntur, neque res ſine comparatione virtutum præteritarum cum futuris. Etiam ab oraculis, & auguriis, & ſomniis parentum. Loci cõmunes: dies, tempus, tempor partes. Licet Aurorã, Solem, Noctẽ, aſtra alloqui. Omnino ve Genium celebrabis: quippe naſcentibus nobis ſuus cuique datur Unde dies Natalitius idẽ qui Genialis. Plurima in ore Lucina Parcæ.

GENETHLIACUM FRANCISCO D. Octaviani Fuggeri filio, auctore Jacobo Pontano.

Quos ego vagitus, quas hic exaudio voces?
Quẽ puerũ intuor? aut quæ cunabula cerno?
Quis cubat hic infans? quem lactat ſedula nutrix?
An tuus, Octavi, generoſo è ſanguine ſanguis,
Quem ſociata tibi fœlici fidere quondã
Edidit optato conjux lectiſſima partu?
Fortunati ambo, quibus hæc indulta voluptas,
Cõplecti teneros, dulciſſima pignora, natos,
Caráq; blandidulis interſerere oſcula dictis, &c.

De Panegyrico & aliis quibuſdam.
CAP. LVII.

PAnegyricum, eſt carmen laudatorium, quod dici conſuevit multitudinem congregatam.

Euchariſtichon gratiarum actiones continet.

Pædeuterion dicitur, quo præceptoribus noſtris gratias, i tutionis nomine, agimus.

Enchomiaſticon, & Epæneticon recenſent laudes.

Apobaterion, eſt carmen quo diſcedentes alicunde utuntur.

Epibater

Epibaterion, eſt carmen quo reditus longâ poſt peregrinatione, aut diuturno poſtliminio in patriam celebratur.

Symbuleuticon, in deliberatione conſiſtit: ut ſi bellum ſuſcipiendum ſit, dubitetúrque an faciendum ſit.

Protrepticon, eſt adhortativum, ſub quo ſtatuentur hæc tria:

Paræneticon, ſeu Parangelmaticon, quod præcepta continet ſapientiæ.

Nutheticon, quod cujuſcunque modi cõplectitur præceptio res.

Paramytheticon, quo aliquẽ conſolamur, hoc eſt, ad animi cõpoſitionẽ, & tranquillitatẽ hortamur.

Proſeucticon dicitur, quo petimus aliquid fieri aut eſſe.

Apeucticon eſt, quo aliquid non fieri, aut non eſſe petimus.

Soteria recepto duce aut exercitu incolumi ſacrificabant: ſicut amico, aut patre, aut filio, aut marito reſtitutâ ſanitate.

Eroticon, eſt amatorium, & animum propenſum declarans.

Propempticon, poëma eſt quo proſequimur abeuntes, vel votis, vel omnibus bonis. Sumemus autem argumentum à tempore, loco, officio, comitatu.

Apopempticon, peregrinationem cujuſpiã tractat.

Hodœporicon, id eſt, itinerarium, iter deſcribit.

Amœbeum, per vices reſpondens alternis pari numero, & ſimilibus verſibus. Reciprocum ſeu alternum dici poteſt.

Ionicum ſeu Cinædicum, Sotadicum, Feſcenninum, ſunt poëmata impudica, mollia, nefandæque turpitudinis.

Diræ, carmen quo aliis ſiniſtra imprecamur, diráſque ultrices in noſtrum caput evocamus. Hujus votum omne in malis, monſtris, morbis, ſupliciis, exiliis, interitu.

Mimus, eſt poëma quodvis genus actionis imitans ità ut ridiculum faciat. Cicero tamen Ethologos cùm vocat à moribus, quos exprimerent, ridiculi rationem non admiſcuit: Sunto igitur duo genera, Morale, & Ridiculum. Mimicæ perſonæ dicuntur Planipedes, ideam cauſam quòd cothurno Tragici, ſocco autem Comœdi pedes tegebant, ipſæ autem nudis pedibus agebant.

Palinodia, carmen quo probra prius congeſta encomiis commutamus, & quaſi retractamus. Argumentum totum in laude progeſtis probris verſatur. Ejus ferunt Steſichorum inventorẽ: quòd cùm Helenam verſibus lacerâſſet, captus idcirco oculis, revocavit ſententiam, editis contrario carmine laudibus: quapropter priorum uſum ei aiunt reſtitutum. Negat in eo poëmate verum eſſe, quod & ipſe, & alii ſcripſerint, Helenam cum Paride Trojam non navigâſſe.

Dithyrambus, in Liberi patris honorem fieri ſolebat, quippe bis natus, bis exivit è naturæ principiis, tanquam binas fores tranſierit, δὶς θύρας ἀμείβων.

DE EPITAPHIO, SEU Funebri Poëti.

Quid sit ἐπιτάφιος λόγος, Epitaphium, Epicedium, Nænia.

CAP. LVIII.

ORatio quæ initiò ad tumulos eorum quos laudabant, pronunciabatur, ἐπιτάφιος λόγος, nomen adepta est. Constabat hæc Epitaphica oratio aliquando versibus: Poëtæ enim in defuncti laudibus prædicandis concertabant, [Epitaphium est metricum quoddã Epigrãma, quod videlicet inscribi posset defunctorũ sepulchro sive tumulo, illorũ plerúmq; nomen, ætatẽ, merita, statũ, dignitates, laudes tum animi, tum corporis, mortis genus, aliáqs hujusmodi graviter, & sæpius cum quadã cõmiseratione, ac interdum ingentis doloris significatione breviter indicans:] Plato brevitatem amavit in Epitaphio, & sepulchra fieri sumptuosa vetuit. Apud Virgilium in Daphnide cùm Mopsous ità dixisset,

Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,
Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis:
Et tumulum facite, & tumulo superaddite carmen.

Mox sequitur Epitaphium duobus versibus cõprehensum.

Daphnis ego in sylvis, &c.

Epitaphia ad exornationem maximè referuntur. Epicedium, Græcè ἐπικήδειον à κηδεύω, ut Eustathius deducit, recitabatur, dum justa mortuo solvebantur, seu ante humationẽ cadaveris: quæ dicas, ad exequias, in ipso funere, dum curatur funus. Exemplum extat Eclog. 5. ubi Mopsus Daphnidi canit Epicedium.

Daphnis ego in sylvis hinc usq; ad sydera notus,
Formosi pecoris custos formosior ipse.

Et Æneidos 9. ubi mater Euryalum à Rutilis vitâ spoliatum plorat.

Hinc ego te, Euryale, aspicio? tunc illa senectæ
Sera meæ requies, potuisti linquere solam
Crudelis? nec te sub tanta pericula missum,
Affari extremum miseræ data copia matri, &c.

Et quicẽ Epicedium non repetebatur: Epitaphia sive metris constarent, sive soluta essent, in annos singulos ad extincti monumentum iterabantur. Consuetudo tamen, quæ ut aliarum rerum, ita verborum domina est, Epicedii nomen ad carmen funebre quodcunque indicandum transtulit. Nænia carmen erat quod ad rogum, seu in funere concinebatur ad tibiam, in quo exprimebantur quæ ad mortui laudem declarandam, luctúmque astantibus commovendum faciebant. Hujusmodi cantionem sibi Dido Reginã Carthaginis apud Maronem constructâ jam pyrâ in gladium incubans effundit.

Dulces exuviæ, dum fata Deúsq; sinebant,
Accipite hanc animã, méq; his exolvite curis.

Vi-

Vixi, & quem dederat cursum natura peregi:
Et nunc magna mei sub terras ibit imago.
Urbē præclarā statui, mea mœnia vidi.
Ulta virum pœnas inimico à fratre recepi:
Fœlix, heu nimium fœlix, si littora tantùm
Nunquā Dardaniæ tetigissent nostra carinæ:
Dixit, & os impressa toro, moriemur inultæ?
Sed moriamur, ait; sic, sic juvat ire sub umbras.
Hauriat hunc oculis ignē crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat omnia mortis.

Materia funebrium.

CAP. LIX.

Quanquam Epitaphio cæterisque Poëmatum funebriū generibus lugubria fermè explicantur, non sunt tamen omnia unius ejusdémque rationis: sicuti nec ipsæ personæ, de quibus scribuntur. Alia quippe est persona Cæsarum, Regū, Principum, alia mediocriter nobilium, alia sapientum, alia stultorum, alia magistratuum, alia privatorum. Rursum alia puerorum, alia adolescentum, alia mulierum nuptarum, innuptarū, alia opificū. Reliqua discrimina, nè longus sim, præteribo. Generatim autem hæc & similia Epitaphio, seu genere aliquo funebrium Poëmatum persequemur. Significabimus nostrum aliorúmque dolorē ex obitu hominis acceptum. Invehemur in mortem, quæ nos tam constantibus amicis, tam jucundis sodalibus, tam caris fratribus, tam dilectis sororibus, dulcissimis parentibus; consanguineis, affinibus: nostrā patriā tam bonis civibus, Remp. tam sapiente gubernatore, regnum tam bono Principe spoliârit. Detestabimur ipsā causā, quæ interitum invexit, bellum, pestilentiā, famē, morbum, tempestatē, subitos & improvisos casus, qui hic enarrari non possunt, quippe innumerabiles: & nunquā homini satis provisum est, quid vesper serus apportet. Fas itē deflere miserā humanæ vitæ conditionē, quæ nunquam longè abest à termino. Hic verò incredibilē optimarum sententiarum ubertatē utriúsque linguæ scriptores suppeditabunt. Hortamur quoque ad luctum, non homines solùm, sed res inanimas, & eas ipsas sicuti bestias quoq;, squalere, afflictari, lugere dicemus, Ut Virg. Eclog. 5.

Non ulli pastos illis egêre diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina nulla, neq; amnē
Libavit quadrupes, nec graminis attigit herbā.

Cōparamus nos cum iis qui ob patrum, filiorum, conjugum, necessariorum interitum in luctu & mœrore non vulgari jacuerunt, nostrúmque mœrorem, & incōmoda exaggeramus. Est quando consolamur propinquos, & familiares defunctorum, dicentes, cum illis bene actum, & multis malis ereptos, pro excellentibus eorum moribus ævum securum agere in cœlis: quin apud superstites quoque celebre nomen, & illustrē famā adeptos. Ità Mart. lib. 6. Priscum de patre Salonino in Hispania mortuo consolans, famâ

& gloriâ virtutis eum vivere affirmat. Sicut itē pro noſtræ religionis myſterio ſæpius reſurrectionis corporum meminiſſe potemus, & illius vitæ beatiſſimæ, quàm nobis divinæ literæ pollicentur. Quod ad laudes attinet, efferemus eos, modicè tamen: in Epitaphio inquam: nam in Epicediis, Næniis, &c. licebit eſſe longiores, & cum pondere, animi atque corporis ornamenta, egregia facinora, auctoritatem, genus, & alia demum, quæ deinceps omnia diſtincte diſtributéque exponentur, commendare.

De Epitaphio Imperatorum, Regum, Principum, Nobilium, & illuſtrium.

CAP. LX.

GEnus hoc, quoniam id ipſarum perſonarum auctoritas, amplitudo, majeſtas, & nobilitatis reverentia poſtulat, tum Verborum, tum Sententiarum luminibus debet eſſe graviſſimum lectorúmque animis multam admirationem parere: ſiquidem ullorum hominum potentia major, vita ſplendidior, fama pervagatior: ita nullorum occaſus vulgatior, addo etiam mirabilior ſuſperatior, & ſæpenumero calamitoſior. Nec vero ſilebitur eorū Fœlicitas in propagandis imperiis; Sapientia, juſtitia in administrandis regnis, provinciis; Clementia in ignoſcendis ſubjectorū peccatis; Comitas in congreſſu; Fortitudo & prudentia militaris; hæc enim ſunt decora principum. Maximè autē proferetur Pietas in benefactis erga homines, in templis conditis erga Deum, in tuenda & propaganda Religione Orthodoxa.

TUMULUS CAROLI V. EX Hippolyto Capilupo.

Europæ domuit tollentes cornua Reges
Carolus, atq; Aſiæ terror & horror erat.
Et pedibus Likyam calcavit victor, & illi
Innumeras victus præbuit Indus opes.
Deinde ſibi frænum injecit. Fratriq; regendū
Imperiū, & Nato cætera regna dedit.
Atque, ait, è nobis & honores tēnere, & unū hoc
Diſcite mortales, pulvis & umbra ſummus.

In nobilitate conſideratur antiquitas familiæ: quò enim quæque vetuſtior, hoc nobilior. Plerúmque opes cum nobilitate conjunctæ ſunt: nobilium quippe ſunt ſylvæ, pagi, arces, oppida. Hinc altera laus naſcitur à divitiis. Illuſtres viros appello, rebus in magiſtratu, ut in ædilitate, Prætura, Conſulatu, geſtis; nobilitate, virtute, auctoritate, meritis claros, & honoratos, toti civitati notiſſimos. Inſpicienda hîc ea, quibus glorioſum in Rep. nomen concilietur, quæ ſtrictim attingenda. Libandi item loci cōmunes, & ſiquid in morte novum, admirabile, triſte acciderit: ſi qua virtus eximia, & egregiè Chriſtiana in homine eluxerit, qualis in primis eſt beneficentia in egentes: ſi à multis nepotibus & neptibus

ut

ille Metellus Romanus, in ſepulchrum illatus ſit: ſi ut Maxi-
mus, & L. Paulus filios claros habuerit: ſi vel in negotio ſine pe-
culo, vel in otio cum dignitate vixerit.

De Epitaphio Ducum atq; Militum.
CAP. LXI.

DUæ ſunt artes bellicæ, Prudentia, & Fortitudo, de quibus
Cic. in offic. earum utraq; Duci ſeu Imperatori eſt neceſſaria,
plus tamen Prudentia: militem potius cõmendat Fortitudo,
ad alienum arbitrium gubernatur, & Ducis imperium ſeu pru-
denter ille, ſeu ſtolidè imperaverit, capeſſere neceſſe habet. Itaq;
nunquam magnoperè cõmendatus eſt miles à prudentia, ſed à for-
titudine. Prudentiâ quidem Imperatorem cum Ulyſſe, Neſtore,
Fabio Maximo: Fortitudine cum Achille, Ajace, Scipione,
Hannibale, Epaminonda, Leonida conferemus. Ipſum aut æ-
qualem aut majorem ſtatuemus. Enumerabimus erecta trophæa
adverſus hæreticos, & Turcas potiſſimùm, conciſos ac funditus de-
lectos exercitus, captas, defenſas, obſidione liberatas urbes, & illa
præ in ſummo Imperatore ineſſe oportere ſcripſit M. T. Scientiam
rei Militaris, Virtutem, Auctoritatẽ, Fœlicitatem. De his omnibus
diverſè ſi volemus, aut de uno aliquo ſpeciatim agemus. Di-
cimus quàm generosè occubuerit: præclaræ enim mortes Impe-
ratoriæ. Affabimur Remp. patriam, regna, provincias, ditiones,
urbes. Earum vicem deplorabimus: quantæ calamitates, præſtan-
tiſſimo Imperatore occiſo, ante fores ſint, oſtendemus. Fletum ci-
vium, propinquorum, omnis generis hominum, crudelitatem hoſtis in
fortuum exponemus. Ipſum etiam ſua decora prædicantem & in-
dignitatem necis, ſi per inſidias aut proditionem oblata ſit, conque-
rentem introducemus. Nec deſunt generoſi bellatores, quibuſcum
Miles rectiſſimè conferatur. Habemus nempe Coclites, Horatios,
Curiatios, Scævolas, Torquatos, Eurialos, Niſos, Patroclos, & alios
ad Virgilium & Homerum. Laudatur in Milite obedientia er-
ga Ducem, vigilia, tolerantia æſtûs, frigoris, itinerum, famis, ſitis,
contemptio voluptatum. & ſuper omnia caritas patriæ, pro qua
cum caput devoverit. Memorantur ejuſdem Victoriæ: efferun-
tur cicatrices: maximè, ſi omnes adverſæ, nulla averſa fuerit.
Non omittitur, ſi nunquam fugam dederit: ſi eum ſicut exemplum
cæteri ſpectârint: ſi ab Imperatore aut congiarium frequenter,
aut coronam obtinuerit civicam, muralem, caſtrenſem, navalẽ. Fas
eſt etiam deteſtare bellum, quod parentes dulciſſimis liberis, Rempub.
optimis civibus, provincias & regna hominibus orbare, ſurſum ac
deorſum miſcere, & confundere omnia ſoleat.

TUMULUS HECTORIS.

Defenſor patriæ, juvenum fortiſſimus Hector,
Qui murus miſeris civibus alter erat,
Occubuit telo violenti victus Achillis;
Occubuêre ſimul ſpesq; ſalusq; Phrygum.

Hunc ferus Æacides circũ ſua mœnia traxit,
Quæ juvenis manibus texerat ante ſuis.
Heu quantos Priamo lux attulit illa dolores!
Quos fletus Hecubæ, quos dedit Andromachæ!
Sed raptũ Pater infœlix auróq; repenſum
Condidit, & mœrens hac tumulavit humo.

De Epitaphio Eruditorũ ac ſapientum.
CAP. LXII.

VArii ſunt ordines doctorum, & ſua cujuſq; propria laus, Theologorum, Philoſophorum, Juriſconſultorũ, Medicorum, Mathematicorum, Aſtrologorũ, Oratorũ, Poëtarũ, Grammaticorum. In Poëtarũ tumulis mentio Muſarũ, Phœbi, Lyræ, Citharæ, plectri, fontium, fluminum, montium Muſis dedicatorum, camporum item Eliſiorum: quæ omnia cùm mera figmenta ſint, alia innumerabilia in ſtudio Poëtico, nota omnibus, & credibilia nemini, propter quendam leporem tamen, & ſuavitatis gratiã videmus à pleriſque non negligi.

In Cottam Veronenſem, Sanazarii lib. 2. Epigrammat.

Sperabas tibi dicta novum Verona Catullum:
Experta es duros bis viduata Deos.
Nulli animum poſthac res erigat, optima quando
Prima rapit celeri Parca inimica manu,
Quæ tamen ut vidit morientis frigida Cottæ
Ora, ſuum faſſa eſt crimen, & erubuit.

Multum in Epitaphiis Eruditorum & Sapientum valebunt comparationes. Ut ſi in Poëtam ſcribas, eum conferas Ovidio, Propertio, Tibullo, Catullo, Virgilio, Homero, Orpheo, ipſi Apollini. Si in Oratorem, Ciceroni, Demoſtheni: nam hi duo cæterorum gloriæ obſcuritatem attulerunt. Si in Mathematicum, Euclidi, Ptolemæo, Archimedi. Si in Medicum, Podalirio, Pæoni, Machaoni, Æſculapio. Si in Philoſophum, Ariſtoteli, Platoni, Zenoni. Si in Theologum, Auguſtino, Thomæ Aquinati. Ad [illegible] deploranda conditio literarum, amiſſis earum interpretibus, & artiſtitibus. Exaggaranda uniuſcujuſq; in ſuo genere eruditio. Prædicanda in Theologo pietas, & cœleſtis ſapientia: in Philoſopho acumen: in Medico diligentia: in Jureconſulto integritas: in Oratore facundia: in Poëtis maximè ſuavitas: in Grammaticis linguarum Græcæ & Latinæ perfecta cognitio, multáque lectio. Si quis libros ediderit, commendandus labor, laudanda ſcriptoris bene merendi de poſteritate voluntas.

Tumulus Medici ex Fracaſtario.

Dum Medicâ Montane dices opę vincere fata,
Et Lacheſi invitâ vivere poſſe diu,

Letheo indignans pressit te Parca sopore,
Et secuit vitæ grandia fila tuæ.
Sic animas & tu, Asclepi, dum subtrahis orco,
Te quoq; sævorum perdidit ira Deûm.

Tumulus Adreæ Vesalii Medici.

Quo non arte prior fuit medendi,
Aut Asclepius, aut senex Machaon,
Aut Magnus Podalirius, medentum
Princeps Vesalius celebriorum:
Dum morbi bonus artifex medetur
Cunctis, jam sibi nec medetur ipse
Summus Pæoniæ magister artis,
Fato mortuus, heu nimis maligno.

De Epitaphio consanguinearum, item Virginum, & Matrum familias.

CAP. LXIII.

QUæcunq; in isto genere fient Epitaphia, abundabunt lachrymis, lamentis, suspiriis. Virginum tumulos aspergimus narcisso, [illegible]cintho, liliis, rosis, violis, atq; istum honorem integritati cor[illegible]is fœminei etiam post [illegible]tum habemus. Non stultè: est enim [illegible]dissimus, & fragrantissimus quidam [illegible] virginitatis, & ad ejus e[illegible]antiam exprimendam nihil aptius: In tumulis matrum familias [illegible]læ detestationes, exclamationes, gemitus &c. arguta autem sen[illegible]tiæ non excluduntur. Ergo nihil aliud præter sobriam quandam [illegible]ationem postulabunt hæc Epitaphia. Laudes earum hæc: Con[illegible]diter & amanter [illegible] annos plurimos cum marito, sine jurgio, [illegible] querela, sine rixa. Conservâsse fidem, & jura thalami castissi[illegible]. Semper fuisse viro moriaeram. In adversis casibus nunquâ eum [illegible]seruisse. Præstitisse Penelopem, Alcestidem. Dedisse formosos, [illegible]ultósque liberos, qui est conjugii finis & fructus. Vidisse nepotes [illegible]os, & natos natorum, & qui nascuntur ab illis. Bene & Christianè [illegible]ducâsse filios. Maribus, diligentia, & sollicitudine servâsse & aux[illegible]e patrimonium. Filiarum vigilanter custodivisse pudicitiam. [illegible]rudenter gubernâsse familiam. Cum ancillulis non fuisse deditam [illegible]tio, sed lanificio, ut Lucretiam. Coluisse etiam summoperè pie[illegible]tem, & silentium. Non luxuriosam in vestibus, nec superbam [illegible]titisse.

Epitaphium nobilis matronæ. Mart. 10.

Marmora parva quidem, sed non cessura, viator,
Mausoli saxis Pyramidúmq; leges
Bis mea Romano spectata est vita Terento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinq; dedit pueros, totidem mihi funo puellas,
Clauserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit, & thalami mihi gloria rara, fuitq;
Una pudicitiæ copula nota meæ.

De

De Epitaphio Patris, Fratris, Filiorum.
CAP. LXIV.

NOn ità tenerè patrum quàm matrum obitus lugemus. Quocirca, quamvis Epitaphiũ patris oporteat eſſe mæſtum, ac lugubre, admittenda eſt tamen gravitas, ejuſq; laudes, ac merita non tacendo, quò non ſolùm nos optimum parentem, ſed etiam Reip. bonum egregiúmq; civem amiſiſſe videatur: ac proinde ſuum illi mœrorem cum noſtro mœrore conjungat, & communibus lachrymis integerrimi viri memoriam proſequatur. Fraterni amoris flammas nõrunt, qui fratres habent, aut habuerunt. Oratio igitur querelarum & dulcium affectuum plena huic generi Epitaphiorum idonea exiſtimatur. Catullus quidem adeò fratrem ſuum ardenter dilexit, ut ex illius obitu dolorem, vix conſolabilẽ ſuſceperit, quem non uno in loco multis iiſdémque ut triſtiſſimis, ità ſuaviſſimis carminibus teſtificatur. Quæ ob eam cauſam inſerta his præceptionibus maximè, ut eam materiam argumentúmque fraternis Epitaphiis, ſeu Næniis, ſeu Epicediis miniſtrent, illorúmque lectionem quilibet ad germani ſui è vita diſceſſum pio luctu proſequendum excitetur. Cùm igitur promiſiſſet Ortalo Catullus, ſe Callimachi elegiam de coma Beronices Latinis verſibus à ſe interpretatam illi miſſurum, id ſe quamvis ingenti mœrore ex interitu fratris præditum, præſtitiſſe confirmat.

Eiſi me aſſiduo confectum cura dolore
Sevocat à doctis, Ortale, virginibus,
Nec potis eſt dulces Muſarum exprom're fœtus
Mens animi, tantis fluctuat ipſa malis:
Namq; mei nuper lethæo gurgite fratris
Pallidulum manans abluit unda pedem;
Troïa Rethæo quem ſubter littore tellus
Ereptum noſtris obterit ex oculis.
Alloquar? audiróne unquam tua verba loquentem?
Nunquam ego te vitâ frater amabilior
Aſpiciam poſthac? at certè ſemper amabo,
Semper mœſta tuâ carmine morte canam.
Qualia ſub denſis ramorum concinit umbris
Daulias abſumpti fata gemens Ityli, &c.

In Filii Epitaphio convenit lugere Patrem, ut qui magnum ſibi latium perdiderit, quia ſpem ſuæ Poſteritatis amiſerit; plorare minùs. Narrare item hæc poterit; liberalem & indulgentem educationem, curas pro eo noctes atque dies agitatas, delectam nuptiis præſtanti corpore puellam, ſperatos nepotes, honores, opes, auctoritatem, gratiam civium, quæ omnia cùm ad nihilum ceciderint, ſibi dolorem & luctum immenſum parere. Locus cõmunis de vanitatem ſpei. Pollicebitur ſe, quia diu ſupereſſe non poſſit ejus funeri, brevi ad eum in beata loca venturum. Si filius obierit parvus, blandum & ludicrum magis ſit Epitaphium: habeat illecebras, lapſus, & oſcula, quibus ſe cum parvulo vivente pater materno

matérve ſæpenumerò oblectaverit. Sanazarius nomine parentum.

Nate patris matriſq; amor & ſuprema voluptas,
Accipe quæ nobis te dare par fuerat.
Buſta eheu triſtéſq; notas damus, invida quando
Mors immaturo funere te rapuit.

Filii grandioris L. Q. tom. 2.

Non lachrymis indigne meis, nec honore ſepulchri
Rapte mihi ante diem dulcis alumne jaces.
Intra bis denos te oſtendit & abſtulit annos
Parca ferox, votis inſidiata meis.
Nec potuit precibus, nec amœni gratia vultûs
Flectere, non ætas, nec pia turba Deam.
Spes hominum ſtolidas? tumulavi mœſtus ephœbũ
Qui me debuerat lætus humâſſe ſenem.

De Epitaphio Infantum, Puerorum, Adoleſcentum.

CAP. LXV.

ERit in hoc Epitaphio primus & frequentiſſimus locus querimoniæ de incerta vitæ longitudine, de inclementia atque invidia dirę mortis, quæ ab utero materno videtur homines inſequi, & alium citiùs, alium tardiùs inſertis unguibus apprehendere. Sunt item loci laudationis à genere, ab indole animi, à pudore, à ſuavitate morum, à forma liberali, ab artibus, ad quas illa ætas incumbit, à charitate dominorũ, patronorũ, fratrũ, parentũ, conſanguineorum erga eos. Ad cõmiſerationẽ juvabunt dolores & lachrymæ matrum ac ſororũ: nec non jucundæ collationes à floſculis nobilioribus, æſtu, vento, imbre, grandine marcidis, proſtratis, evulſis. Pythagoras quatuor ætatis gradus conſtituebat, pueritiam, adoleſcentiam, corroboratam ſeu virilẽ ætatẽ, ſenectutẽ. Primã veri, ſecundã æſtati, tertiã autumno, poſtremã hyemi ſimilẽ autumabat. Vere germina frugéſq; naſcuntur, æſtare creſcunt, autumno ad maturitatem perveniunt, hyeme cocti & vieti, cùm arbores nudantur foliis decidunt & moriuntur. Quamobrẽ haud ineptè pueros & adoleſcentes cum floſculis roſiſq; languentibus ac marceſcentibus cõponimus, ſiquidẽ illorum anni florentes, & ætas florida dicitur. Unde factum, ut in eorundẽ Epitaphiis Poëtæ invitarent, hortarentúrque viatores ad tumulum aſpergendum violis, roſis, & floribus. Sic Virg. 9. Æneid. quo loco cædem adoleſcentis Euryal, & cervicem in humeros collapſam deſcribit.

Purpureus veluti cùm flos ſuccíſus aratro
Langueſcit moriens, laſſóve papavera collo
Demiſêre caput, pluviâ cùm fortè gravantur.

Interdum tamen gratulamur potiùs obitum infirmioris ætatis, quod non à bonis, verum à multis malis, quibus hominum vita referta, diſceſſerint. Luciani in Callimachum quinquennem puerum πολλῶν μὲν πολλὰ ἐπῆλθεν, &c. ſic Latinè ſonat.

Nil me sollicitum post quintam barbara messem
Mors puerum è vivis Callimachum rapuit:
Tu cave ne plores: pauco qui tempore vixi,
Pauca etiã vidi, fastinuiq; mala.

Martialis in Glauciam libertum Melioris, lib. 6.

Libertus Melioris ille nouus,
Totâ qui cecidit delente Româ,
Cari deliciæ brevis patroni,
Sub hoc marmore Glaucias humatus,
Juncto Flaviniæ jacet sepulchro;
Castus moribus, integer pudore,
Velox ingenio, decore felix.
Bis senis nimiùm mensibus pervilis
Vix unum puer applicabit annum.
Ni flos talia, nil flos viator.

In præmaturum Infantis primogeniti obitum.

Primitias frugũ superis quis debita nescit
Dona: quibus nullũ gratius esse potest?
Has cupiunt læti, & lavgo mox funere pensant,
Fatumq; suæ cito mox senit agri.
Sic ego credidivim hunc superos voluisse puellum,
Spes generis tanti quimodò prima fuit,
Tanquã primitias quibus & sua dona rependant,
Florentẽ hanc natis mox cumulẽtq; domum.
At q; quod orbatos posset recreare parentes,
Hoc fausum infausti funeris omen erit.

De Epitaphio amici.

Continebit tumulus amici, piam & lachrymabilem querelam hujus acerbissimi discidii. Aniculæ nos fati atrociate partem corporis mœsti, dimidium animæ, decus & præsidium, nos ipsos. Nullos unquam fratres amâsse inter se ardentiùs: summam fuisse consensionem studiorum, sententiarum, voluntatum. Contemnemus præ amicitia nostra Pyladem & Orestem, Theseum & Perithoum. Denique, dolo ex illius discessu, & præsentiæ desiderium, quantâ maximâ poterimus energiâ, & efficacitate declarabimus. Exemplum nullum melius hoc ipso: Suprà alia de causa positum fuit.

Ablatus mihi Crissus est amici:
Eo quo si pretium dari liceret,
Nostros dividerem libenter annos.
Nunc pars optima mei reliquit
Crissus, præsidium meum, voluptas,
Lectus, deliciæ: nihil sine illo
Lætum mens mea jam putabit esse.
Plus quã dimidium mei recessit.

De

De Jocosis, & salsis Epitaphiis.
CAP. LXVI.

ACulei, risus & facetiæ non videntur incidere in Epitaphiis: at reliquæ virtutes Epigrãmatum omnes. Sunt tamen nonnulla tempora, quibus Poëtæ in sepultos jocantur, libertiásque ludunt. Si fuerint agresti & inhumano ingenio, monstroli scurræ: si alioquo malo & omnibus noto facinore astricti, si scortatores, avari, obtrectatores, maledici, superbi, decoctores, usurarii, tyranni, hæresiarchæ, proditores. In quo genere videndum est, quam Christianismus noster facultatem nobis largiatur: imitandúmque interdũ exemplã Martialis, ut parcamus personis, dicamus de vitiis. Nonnunquã ex nomine mortuorum, pusillã staturã, ingenio, moribus, eventu aliquo ridendi ansã arripiunt.

In Vesbiam iracundam fœminam L. Q. tom. 4.

Tres habuit furias quondã, sed Vesbia manes
Ut petiit, furias quatuor orcus habet.

Doctrinæ Epitaphicæ Appendix.
CAP. LXVII.

QUi dicti sunt modi tres Poëmatum, cadunt omnes in Epitaphia; nam & solus Poëta loquitur, & simul sermonẽ aliis effingit, & ipse tacens, Δραματικῶς loquentes alios facit. Loquitur aut Poëta cum Musa, cum mortuo, cum viatore, cum genio defuncti, cum virtute simpliciter, aut cum ea virtute, quâ mortuus fuit conspicuus, justitiâ, pietate, constantiâ, &c. Musa, seu virtus, & ipse etiã extinctus, & in Græcis sæpè tumuli loquuntur cum viatore. Jucundus est ille modus, cùm ipsum mortuum suos consolantẽ inducimus. Interdũ viator solus, tumulus solus, mortuus solus, sacerdos solus, Musa sola. Ad maternũ tumulũ loquuntur filii, ad filiorum sepulchra mater, ad uxorum mariti, & vicissim ad maritorum uxores. Inveniuntur apud Ovidium in Epistolis Heroidum brevia & elegantia Epitaphia, quibus Heroinas illas suos casus exponentes facit Poëta. Tale est Didonis, quod etiam 3. Fastor. reperitur.

Præluit Æneas & causam mortis, & ensem;
Ipsa suâ Dido concidit usa manu.

Hypermnestræ.

Exul Hypermnestra, pretium pietatis iniquũ,
Quã fratri mortẽ depulit, ipsa tulit.

Solent adhuc Poëtæ illi antiqui levem terrã optare mortuis, & quietem ossibus, quasi in iis resideret sensus aliquis,

Virgil. Eclog. 10.

O mihi tum quàm mollitèr ossa quiescent!

Tibullus.

Et bene discedens dixit, placidéq; quiescas;
Terráq; securè sit super ossa levis.

Illud

Illud item magnæ voluptati est Poëtis mansuetioribus, animantes quasdã Epitaphiis prosequi, in quibus illi sua ingenia experiuntur, suosque mirificos illos lepores ostentant. Luctus passeris apud Catulium: Lugete ô Veneres, &c. Vide suprà, Psittaci Epitaphiũ apud Ovidium.

Colliget ex ipso Dominæ placuisse sepulchro,
Ora fuêre mihi pluráve docta loqui.

Veruntamen canibus & catellis potissimùm hic defertur honos, propter insignem fidelitatem, & amorem erga dominos.

CAP. LXVIII.

AFfectus partim sunt virtutes, partim vitia, iique aut probati lege, aut permissu usu, aut usurpati licentiâ: sunt verò vel cõmunes, vel proprii. Constituuntúrque aut in qualitatibus, aut in ordine sive dispositione. In partibus, vel tanquam in dictionibus, vel tanquam in pedibus. Non enim semper æquales sunt pedibus dictiones. Itáq; in quantitate versabitur res, vel continua, veluti cùm dictiones tractu metimus, vel discreta, veluti cum eas numeramus. In qualitatibus contemplabimur rhythmũ, sive concinnitatẽ. In ordine, cùm disponentur aliter atque aliter vel dictiones, vel pedes. De propriis Iambici, Anapæstici, Trochaici, Hendecasyllabi, Dactilici versus affectionibus copiosè in Prosodia, & paucis suprà dictum est.

Heroicus, Hexameter, Pithyus Victorino, quòd interfecto Pythio dracone cõpositus esse dicatur, Longus, Epicus, ἔπος, ἡρωϊκὸς πρὸς ἑξάμετρος, πύθιος, &c. vide suprà & Prosodiam.

Bellici Latinè, *κατασκευαστικοὶ* Græcè Grammatici dicuntur, qui binos habent dactylos; ac in medio finéque singulos Spondæos. Insurgunt enim cum Dactylis ad pugnã, & pedẽ figunt in Spondæo, ut manũ conserant; deinde duobus Dactylis prœliantur, & quiescunt in victoria cum Spondæo.

Eruerint Danai, quæq; ipse miserrima vidi,
Rursus agam pelago, & ventis dare vela jubebo?

Peroidici seu Commutati, in quibus Dactylus & Spondæus prœdiuntur alternatim.

Troja perundasũ petereatur fluctibus æquor:

Bucolici in quibus pes quartus finitur dictione integra, & pede Dactylo.

Nos patriæ fines & dulcia linquimus arva.
Nunq; erit ille mihi semper Deus: illius aram,

Vel pede Spondæo.

Tityre tu patulæ recubans sub tegmine fagi.

Sapphici qui in prima & ultima regione Spondæum habent, in reliquis vero Dactylum.

Pars in frusta secant, veruliſq; trementia figunt.

Sapphici aliis Dactylos quatuor duobus claudunt Spondæis:

Claudere dactylicos acies geminis spondeis.

Paripides, seu ἰσόχρονοι, παυτόποδες, qui pedes eosdem usque ad finem habent, sunt duplices.

Spon-

Spondaici, qui ex meris Spondæis constant.

Olli respondet Rex Albai longai.

Dactylici, qui ex solis Dactylis.

Sidera pallida diffugiunt face territa luminis.

Perfecti, illibati, integri, Græcis τελεοι sunt quibus nihil deest, neque oratio, neque concinnitas: qui non sunt coacti, numerosi tamen.

Infandũ regina jubes renovare dolorem.

Παμμερης versus dicitur, quo omnes orationis partes continentur.

Hei, si tunc flentem hunc rapuisset in æthera Mavors.
Ad me continuò licet, ah sero verte precantem.
Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est.

In hoc conjunctio solùm, & interjectio desunt.

Παγγράμματος dicitur, qui omnes literas continet.

Duc Zephyre exurgens purũ cũ flatibus æquor.

Fistularis, ab aliquibus Scalaris seu ascendens, cui paulatim increscunt, & ab una ad plures augescunt syllabæ, ut in fistulis cicutarum ac cannarum altitudo. Rhopalius Servio dicitur, παρὰ τὸ ῥόπαλον, συριγγοειδὴς, κλιμακωδὴς, ἀναβαίνων.

Si cupis ornari virtutibus Heliodore.
Spes Deus, æternæ stationis conciliator.

Tibicines nonnulli nominârunt, cùm à quinque syllabis devenitur ad unam.

Vectigalibus armamenta referre jubet Rex.

Tibicinem alii versum illum vocavêre, in quo aliquid infarcitur, quod merri legem hiulcam sustentet.

Aspectans sylvã immensam, & sic fortè profatur.

Forte, est pro tibicine in versu, non autem ipse versus Tibicen est

Nodosos nominant, in quibus verba sequentia syllabis priora superant, & instar nodorum gradatim dupliciter assurgunt.

Sic de te vel gutta meis aspersa medullis.

Æquivoci, quos majores nostri à leonis præstantia Leoninos dixerunt, adeo iisdem probati, ut sine illis quicquid scriberent, ineptum putaretur; sunt qui æquali modo in cæsura, & fine terminantur.

Si Trojæ fatis aliquid restare putabis,
Vir precor uxori, frater succurre sorori.

Echici, Echoici Servio, in quibus sonus ultimæ syllabæ congruit penultimæ.

Exercet mentes fraternas grata malis lis.
Fœmina dira viri nex est, & terribilis lis.
Quæ res, ede, graves sunt in amore? Mora.

Vel in quibus arte elaboratur extremæ vocis repetitio vel tota, vel fracta, ab inexpectato plerúmque responsans, aut materiæ novæ ansam ministrans, semper tamen præcedentis vocis imaginem repræsentans: unde Echo ipsa ab Horatio Imago dicitur, quasi Imago, ut Porphyrioni placuit.

Garrula

Garrula dic Echo quod sit mihi nomen, amœno
Tristia concentu funera solor? OLOR.
Quid precor ignavus tandē nanscisci ur? ITVR.
Hicne ad pauperiē postmodo vadis? ADIT.
Quid mihi propositū est propter quod munia curans
Qualiacunq; nihil non bene conor? HONOR.
Et quid præcipuè fucatos inter amicos
Consuevit mentes consolidare? DARE.
Quid facit ut tutos præstet mihi janua somnos
Post cœnā, subiit vox ubi sera? SERA.
Eva tibi qualis visa est, quæ induxit Adamū,
Ut vetita auderet tangere mala? MALA.
Quàm pulvis quid homo est aliud, quàm solis in æstu
Flosculus, aut potiùs quid nisi fumus? HUMUS.
Pro calamis libisq; pigro quæ digna supellex,
Os rudis insedit cui stribiligo? LIGO.
Cædendúsne piger ferulis virgisq; magistro,
Is licet admoto verbere flèrit? ERIT.
Quid Laurentius est Christi pro nomine passus?
ASSUS. Quæ vox est facta per ora? VORA.
Quis sævis Uriā telis occidier ipsum
Mandavit? DAVID. Siccine fas? SINE FAS.
Ite procul curæ, procul hinc simul ite querelæ:
Quis scit an hæc unquā lux remeabit? ABIT.

In Echicis cauda respondet caudæ, in Leoninis cauda ventri.

Macroculus versus dicitur, qui vocibus paucissimis, nimisq; longis absolvitur; Tardigradum sunt qui vocent.

Innumerabilibus Constantinopolitani
Conturbabantur sollicitudinibus.
Hart inhonorificabilitudinitatibus obstat.

Æquè vitiosus qui ex dictionibus brevissimis constat:

Si miles, nex est trux, pax quid sit sub id, aut quo?
Non ex his est qui sic ut fas vivere curant.

Est in illis excessus, in his defectus.

Mutilus, seu (ut Diomedes) Truncus, qui ab initio literâ vel syllabâ defecta est, aut à brevi incipit ἀκέφαλος, βραχυκέφαλος, κολωβός.

Arboris è trunco serpentis saucia morsu
Subiit ipsa foris transfigens unguibus anguē.
Fluviorum Rex Eridanus

Hiulcus, Laxus, seu (ut Diomedes) exilis, & quasi Elumbis, ut Victorinus, parte mediâ læsus, dicitur ille cujùs medium brevis syllaba contra legem obsidet.

Σφηκώδης, σφηκοείδης, λαγαρὸς, quasi inanis, etiam strigosus posset dici.

Emicat Euryalus, & munere lætus amice.

Delumbis, Victorino, μείουρος Græcè, quasi excaudatus, aut caudâ minutus, cujus finē deformat Iambus, τελειαμβὸς, Victorino.

Mortē contēnunt laudato vulnere Getæ,
Me quā amo virge ferox fugit avia; nulla redamans.

Ad

Ad μέρος, referre possis versus quosvis, quorũ fini syllaba vel pes integer deest. Huc pertinent & illi versus imperfecti, quos vocabulo architectorum, Donatus appellat Tigilla, Servius Tibicines, qui in opere nondum absoluto, alios quasi sustentant. Ut. Cui Liber. Stant circum. Turnus ad hæc, Abluero, &c.

Procephalus, cui versui in capite, hoc est, in principio tẽpus deperat.

Capitibus nutantes platanos, rectáſq; cupreſſos.

Interdum syllaba redundans ad præcedentis finem, quia mutis desit, transfertur, ut apud Horatium ex Adonio auferimus ad integrandum Sapphicum antecedentem.

Groſſhe, non gẽmis, neq; purpurâ Aliud *Venale nec auro.*

Procœlius, προχοιλίας, προγάστωρ, ventricosus, qui in ventre intumescit; hoc est, cujus in medio aliquid exuberat.

Inter ſe coiiſſe viros & decernere ferro.

Delichurus versus est, cujus cauda, hoc est extremum habet aliquid prominens, vel abundans.

Δολίχουρος, μαζοσιτεῖς δοπήρῳ.

Et dulcẽ muſti Vulcano decoquit humorẽ.

Interdum duæ syllabæ, tam in principio, quàm in medio, & fine unã concrescunt.

Eoſdẽ habuit ſecum quibus eſt elata capillos.

Seu lento fuerint alvearia vimine texta.

Atq; hinc bullato ſpoliavit Amazona balthio.

Simplex & Illaboratus, cujus dictio, dimensio, & concinnitas elaboratæ ac solutæ rationi similis.

Ἁπλοῦς, ἀπλεχνώτατος, λογικός.

Regia ſolis erat ſublimibus alta columnis.

Dic mihi Damœtâ cujũ pecus? an Melibœi?

Troja virũm ac virtutũ omniũ acerba cinis.

Teres volubili & cohærente dictione continuus. Κυκλοτερὴς, κυκλικός. Exempla infinita apud Virgilium invenias.

Semper honos nomẽq; tuũ, laudéſq; manebunt.

Confragosus Fabio, Fragosus Diomedi, qui syllabis asperè coeuntibus catenatus est, χαλεπὸς, τραχύς.

Belli ferratos poſtes Saturnia fregit.

Fraternas ſtrages, per ſiriciáq; ſtrata cruore.

Streperus est fragoso aliquantò in sono mollior. Hunc Ravulum à raucitate Latini quoque dixêre: *ravus*. Scaligero, quasi quetulus dicitur.

At tuba terribili ſonitu procul ære canoro

Increpuit.

Enervis, qui & Fluidus, est fragoso contrarius, hic vim suam lenitate & fluxu quodam amittit.

Qui modò Naſonis fueramus quinq; libelli,

Tres ſumus; hoc illi præſtitit auctor opus.

Sonorus dicitur qui Majestatem habet heroicam, ἡχητικός.

Poſtquam res Aſiæ, Priamiq; evertere gentẽ

Immeritã viſum eſt ſuperis, &c.

Sonori proprium est implere aures sine offensa. Vocales, quos

Græci

Græci vocant φωνηεντας, Sonoris proximi sunt: iidem cum illis, nisi sonus esset remissior:

——— Furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centũ vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

Tumidi contrarii sunt sonoris, constántque iisdem & crassioribus vocalibus. In tumiditatis vitium assurguut qui plus nimiò conantur.

Magnanimũ Æaciden, formidatámq; Tenanti
Progeniem, & patrio vetitam succedere cœlo,
Diva refer.

Ubique major quàm par est sonus Vocalis, à, sextàm repetita in primo versu. Tres continuæ voces Tetrasyllabæ, quarum postrema dimidiatum videtur continere versum.

Injugis versus dicitur, cujus pedes nullam vicini syllabam subeundo finiuntur, ἀσύνδετον.

Nobis dulcia carmina, nobis dulcia vina.
Doctus nobilis atro semper varior ovo.

In hujusmodi versu non rarò vitium est dispositionis, dum nimirum Monosyllaba intercedunt. Exempli gratia.

Nos præceptor doctos jussit scribere versus:
Nobis Rex sit talis qualis jam fuit antè.

Cacaphonus est ridiculus, incomptus, insuavis, in quo nullus decor, aut elegantia.

Sanguine fraterno primi nuri maduerunt.
O Tite tute Tati tibi tanta Tyranne tulisti.

Æquidicos nonnulli vocant versus, quorum dictiones omnes ab una incipiunt litera.

Æquidicus aliis dicitur qui singulis propositionibus antithetas subdit dictiones. At hic orationis, non dimensionis est affectus.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Hic ab aliis Contrarius appellatur, quod in eo nominum & verborum oppositio sit.

Politicos appellant, in quibus numerus syllabarum, non quantitas, rhythmus, non metrum consideratur. Horum in Hymnis Ecclesiasticis frequentissimus usus est.

Reciprocus, vel Retrogradus qui à fine orsus, retrogrado ordine fertur: idque aut eodem carminis genere, aut diverso, ἀνακυκλος.

Aurea sublimi tecta nitore micant.

Ex hoc recurrit Iambicus.

Quorundam ingenio factum est, ut relegendo eadem species referretur, idque vel eodem sensu, aut etiam contrario.

Idem sensus.

Præcipiti modò quod decurrit tramite flumen,
Tempore consumptum jam citò deficiet.

Contrarius sensus.

Laus tua, non tua fraus: virtus, non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximiũ.

Fit etiam recursus per eadem elementa.

Signa

Signa te signa temerè me tangis & angis.
Roma tibi subito motibus ibit amor.
Si bene te tua laus taxat sua laude tenebis.
O ut ares animo nomina sera tuo.

Mobilem & Proteum vocitant, cujus dictiones sedem mutare ssunt, sed rarò sine elegantiæ jactura.

Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.
Perfide sperasti divos te fallere Proteu.

Correlativi Grammaticis sunt dicti, in quibus ad verba singula, ius singuli referuntur.

Pastor, Arator, Eques, pavi, colui, superavi,
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.
Tharsus, Medus, Arabs, placat, veneratur, honorat,
Thure, auro, myrrhâ, numina, sceptra, regum.

Concordantes vocant, in quibus voces quædam ità sunt commu- s duobus, ut serviant contrariis.

Et canis in sylvis venatur, & omnia servat.
Et lupus in sylvis nutritur, & omnia vastat.

Serpentinus, ἑρπύζων, ἰσαυτὸς, κύκλος, cum Hermogene vocari oteſt, quod in se recurrat initio consentiente fine.

Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Hoc non tantùm fit in uno verbo, verùm etiam in hemistichio, hoc i, dimidiato versu.

Græa juvenca venit, quæ te, patriósq; penates
Perdat, io prohibe, Græa juvenca venit.
Militat omnis amans, & habet sua castra Cupido,
Attice crede mihi, militat omnis amans.

Intercalaris, qui inter versus inseritur, & post versus aliquot re- stitur. Apud Virgilium.

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Apud Ovidium.

Impia quid dubitas Deianeira mori?

Græcis dicitur ἐμβόλιμον ἔπος, ὅτι μελῳδήμα, ἐπῳδὴ, περίασμα. Theocrit. Scholast.

Interpositus, qui salvo sensu tolli potest, ut sunt omnia epipho- émenta; Græci παρεμβεβλημένον vocant, cujus species est Interca- latis, & Nothus.

Tantæ molis erat Romanã condere gentem.

Nothus versus dicitur, qui temerè insertus, neque elegantiam habet, nec auctoribus eruditis est dignus. Hunc Ausonius Spuri- um appellat, quasi non γνήσιον, id est, genuinum, sive germanum eo versu:

Quinq; notas spuriis versibus apposuit,

Reperitur, qui eodem opere semel atque iterum ponitur, aucto- is ipsius singulari judicio, qualis ille Virgilii.

Vitáq; cum gemitu fugit indignata sub umbras,

De exitu Didonis & Turni.

Et iste Horatii.

Lævo suspensi loculos, tabulámq; lacerto.

Quo

Quo ad Mæcenatem his utitur, primo Sermonum, & Epiſtolarum libro.

Diſtinctas, qui ad id quod propoſitum, ordine reſpondet. Virg.

Iphitus & Pelias mecum: quorum Iphitus ævo
Jam gravior, Pelias ac vulnere tardus Ulyſſi.

Neque in his, neque in cujuſquam aliûs præceptionibus magnus operæ pretium erit, ſine ſcriptione verſari itaque adoleſcens optime, ut ingenii tui vires explores, atque aliquam antiquæ elegantiæ ex præſtantiſſimorum Poëtarum tabulis imaginem depingas.

Omnes ante alios anima venerare Maronem,
Atq; unum ſequere, atq; potes veſtigia ſerva:
Quod ſi fortè tibi minùs hic ſuffecerit unus,
Adde illi natos jub eodem tempore vates.
Parce dehinc puer, atq; alios nè quære doceri.
Nè te diſcendi capiat tam dira cupido.
Tempus erit, tibi mox cùm firma advenerit ætas,
Spectatum ut cunctos impunè accedere detur.

FINIS.

Baldwinus Rowelke

John Mason Liber

ejus

POETARUM ANTIQUORUM

TUM

GRÆCORUM,

TUM

LATINORUM,

Quibus viguerunt

TEMPORA.

Summo labore Eruditiſſ. viri

GERARDI JOHAN. VOSSII

primò collecta, tandem in Epitomen ad uſum Scholarum redacta.

LONDINI,

Typis *T. N.* impenſis *Johan. Rothw-*

1658.

EPISTOLA AD LECTORES.

QUO conſtet, *Adoleſcentes, quibus ex locis iſti ubertatis poeticæ excerpti ſunt flores, undéque major in omnem occaſionem copia poſſit colligi, eo amœnos Muſarum hortos, eorúmque cultores, eorum Principe uſque ad ſeculum ſuperius perpetuo ore (temporis quod fieri potuit habitâ ratione) conſtos vobis exhibeo. Quid dixi? Non ego, ſed magnum erarum lumen* Gerardus Johan. Voſſius; *nam religio eſt ibi alienam invadere meſſem, aut quantulamcunque Doiſſ. viri meritam laudis partem vendicare, qui cum Teren. ttâ in Andria, Actu II. Sc. I.*——

Neutiquam officium liberi eſſe hominis puto,
Cùm is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi.

que enim in muſtaceo laureolam quæro: abunde mecum ſum exiſtimans, ſi mihi vitio non vertatur, Quòd aliorum conſulens utilitati, Opus hoc immenſo labore ab uditiſſ. Voſſio exactum in tam paucas paginas contraxi, fide, ut nullius, quod ſciam, nomen detraxerim; nullius erum, quæ amiſſa non ſunt, obliviſcar; rarò, & non ſi molis libelli neceſſitate permotus, eorum ſcripta, quæ rſus interierunt, excludam.

Valete & fruimini.

II April. die Julian.
MDCLVIII.

DE TEMPORIBUS VETERUM GRÆCORUM POETARUM.

SIbyllæ, ut vocantur, Oracula supposititia sunt eorundem etiam Scriptor non unus, quorum novissimus secundum templi Vestæ incendium vidit, quod contigit sub Commodo imperatore. Homerus omnium Poetarum tum Græcorum tum Latinorum antiquissimus, in magno autorum dissensu, utcunque Olympiadum initio, scilicet Romuli tempore floruisse videtur.

Arctinus Milesius Homeri discipulus, ut à Suida traditur, scripsit Æthiopidam, atque Ἰλίε ἄλωσιν, ideóque Homero æqualis censendus est.

Creophylus Samius Poëta, sive Homeri amicus, aut hospes, aut gener, propterea ab eo accepit Poëma de Captivitate Oechalicæ. Suidas.

Hesiodum Cicero aliique juniorem existimant, non nulli Homero seniorem: Varro, Paterculus, & alii quidam æquales judicant; his ego assentior.

Poëtæ qui sequuntur, aut temporibus Medici imperii aut postea Persici, aut Græcis imperantibus, vel sub veteris Romæ, vel novæ Cæsaribus usque ad hanc ætatem, aut exinde vixerunt. De his omnibus ordine. Eumelus Corinthius qui de apum generatione, atque Europam scripsit, claruit Olymp. III. an. II. Cinæthon Lacedæmonius Poëta qui Τιτανομαχίαν scripsit, floruit Olymp. V. an. II. Alcman Poëta Lyricus vixit Olym-

XXVII. Megaloſtrate poëtria Alcmanis amaſia fuit, nque eam hujus verſus apud Athenæum leguntur. rchilochus Parius virulentus poëta Iambicus vixit uxta Euſeb. Olymp.XXIX. an.II. Simonides Amorinus ab Amorgo Cycladum unâ dictus Elegeiarum que Iamborum ſcriptor, vixit circiter Olymp.XXIX. riſtoxenus Selinuntius ad eandem refertur Olympiaem ab Euſebio. Leſches Lesbius qui parvam condidit liadem, floruit Olymp.XXX. an.IV. Terpander ingnis poëta & Muſicus claruit Olymp. XXXIII. an.II. iſander qui ſcripſit Heracleida, eâdem fertur vixiſſe lymp. Tyrtæus Poëta Elegiacus, atque in bello aconico eorum dux, vixit Olymp. XXXV. Draco udelis Athenienſium legiſlator, Hypothecas, quæ ſunt æ præcepta, MMM verſibus ſcripſiſſe dicitur, atque cundùm Euſebium Oly.XXXVI. juxta alios XXXIX aruiſſe. Abaris Scytha, aliquando ad Athenienſes egatus, ſcripſit Iter Apollinis ad Hyperboreos, Orala Scythica, Hebri Nuptias, & Καθάρμους, atque ad halaridem Epiſtolam, hiſce temporibus claruit. Arion ethymnæus Lyricus ſcripſit Περιόδια verſibus M. horum inſtituit, Dithyrambum cecinit, atque Satyros erſibus loquentes induxit, floruitq; Olymp.XXXVIII. teſichorus poeta ſcripſit Palinodiam in laudem Hemæ; floruit Olymp. XLII. an. I. Sappho Lesbia oetria Lyrica, quæ ſcripſit Epigrammata, Elegeias, mbos & Monodias, vixit Olymp. XLII. Erinna Poria ejus amica eſſe dicitur. Damophila Poetria Sapus fuit æqualis. Alcæus poeta qui ſcripſit adverſus rannos carmen, vixit Olymp.XLIV. an.II. Pittacus oeta obiit relinquens verſus Elegiacos ſexcentos, Olmp.LII. an.II. Epimenides Cretenſis Poeta ſcripſit yſteria, Expiationes, Argonautica, Theogoniam, Cutum Generationem, & Telchinum Hiſtoriam. Bias ienenſis Epimenidi æqualis poema condidit de Ionia. olon qui poeticen coluit, vixit Olymp.XLVI. Dropides oeta fuit Solonis frater. His temporibus vixerunt hilo, Thales, Pittacus, Periander; Chilo Elegeiam, hales de Meteoris carmine ſcripſit, atque multa alia; ittacus leges Elegiacis carminibus dedit. Hoc tempore

vixit Poeta Cherſias Orchomenius. Theſpis Tragicus (primus quibuſdam videtur) Solonis vixit ævo. Mimnermus Colophonius, Legum atque Ἐρωτικῶν in Elegiaco verſu ſcriptor, claruit Solonis temporibus. Auctor Clypei Herculis, Heſiodo falſò tributi, ad hæc tempora refertur. Anacharſis Schytha leges, & de Fragilitate humanæ vitæ ſcripſit verſibus, floruit Olymp. L. Ariſteas Proconneſius Aramiſpiorum hiſtoriam Hexametris ſub Crœſo ſcripſit.

SECUNDÆ ÆTATIS POETÆ SUB PERSIS.

SImonides Ceus ſcripſit carminibus navale prælium Xerxis cum Græcis; floruit Olymp. LV. Theognis Megaris terræ Atticæ natus, clarus fuit Olymp. LVII an. II. Xenophanes Colophonius Poeta Phyſicus claruit Olymp. LX. Phocylides alius ab eo qui circumfertur, vixit Olymp. LX. an. IV. Hipponax Poeta eâdem floruit Olymp. Anacreon Teius claruit Olymp. LXI, & LXII. Chœrilus Tragicus, Olymp. LXIV. Theano Pythagoræ uxor Olymp. LXV. Onomacritus Poeta Athenienſis claruit Olymp. LXV. Laſias Hermionenſis Olymp. LXX. Cleobulina Lindia Poetria, quæ Ænigmatica carminibus ſcripſit, circa hæc tempora claruit. Phrynichus Athenienſis Tragicus clarus fuit Olymp. LXVII. Cynæthus Chius fuit Olymp. LXIX. Heraclitus Epheſius Olymp. LXIX. Chionides, Olymp. LXX. Æſchylus claruit Olymp. LXXI. an. I. Tragœdias fecit XC. vicit vicies octies. Anno ætatis LVII in Siciliam confugit, ubi in itinere aquila calvam ejus rupem arbitrata, teſtudinem, quò perfringeret, in eam dimiſit, unde è vitâ exceſſit. Chærilus & Pratinas Phliaſius Tragicus tum claruerunt. Empedocles Agrigentinus Poeta Phyſicus claruit Olymp. LXXI. an. I. Sophocles poeta Tragicus natus eſt Olymp. LXXI. an. II. Fabulas fecit CXXIII, & vicies quater victoriam retulit. In extremâ ſenectute Tragœdias fecit. *Horum tempo-*

extenduntur ad Pugnam Marathoniam. Inter hanc pugnam & pacem Antalcidæ, Panyasis, Ion Tragicus, Phormus Comicus, Magnes Comicus, Achæus, Timocreon Rhodius, Chærilus Samius, Sophron Mimographus, Simonides Nepos, Corinna Onomacritus, Stesimbrotus, Melannipicles junior, Cratinus, Plato Comicus, Aristarchus Tragicus, Bacchylides, Crates Comicus, Telesilla, Praxilla, Dionysius Pheræus claruerunt. A pace Antalcidæ usque ad captas à Lysandro Athenas claruerunt Aspasia Milesia Poetria, Hermippus, Comicus, Empedocles, Epicharmus, Simonides junior, Thearus, Eupolis, Teleclides, Morychus, Parmenides, Phrynicus Comicus, Lycus, & Amipsias Comici, Euphorio, Theodectes, Nicomachus, Theognis Comicus, Philocles, Cephisodorus, Diocles, Sibyllius, Philomides, Nichochares, Aristylus, Bacchylides, Apollodorus, Aristomenes Comicus, Pherecrates, Agathon, Euenus, Archippus, Timotheus Milesius, Dinolochus, Philistion Prusæensis, Chærephon, Chæremon, Theophilus, Antiphanes Carystius, Dionysius tyrannus, Antimachus Clarius.

Horum scriptorum partim nihil omnino, partim pauciſſima supersunt fragmenta. Pindarus autem cujus extant opera, Aristophanes, atque Euripides, primus horum Poeta Lyricus & Dithyrambicus claruit Olymp. LXXV. secundus ejusdem Olymp. an. IV. & Comœdias facetissimas nobis reliquit; ultimus Poeta Tragicus, imò Τραγικώτατος, Olymp. LXXXVII. an. I.

Poetæ Græci qui claruerunt post captas à Lysandro Athenas usque ad Monarchiam Græcorum, sunt Antilochus, Critias, Morsimus, Isocrates vel Aphareus, Asclepiades Tragicus, Strattis, Astydamas Tragicus, Iophon, Socrates, Melitus, Diogenes sive Oenomaus, Melanthius, Timotheus Milesius, Philoxenus Cytherius, Telestes, Selinuntius, Sophocles, Amphis Comicus, Aristophanes Comicus, Nicophon, Alcæus, Nicochares, Allophanes, Lysis Pythagoricus, Carcini duo, Eudoxus Cnidius, Anaxiles, Anaxandrides, Eubulus Cettius, Mnesimachus, Araros, Philetærus Comicus, Agathon,

Aſtydamas, Theopompus Comicus, Nicoſtratus, Theodectes, Pigres, Ephippus, Epicrates, Philppus, Erinna Poetria, Xenoclides, Æſchines, Philetas Cous, Soſicles Syracuſius, Myrtilus, Hermippus, Euphantus, Crantor Solenſis. De horum nonnullis ſupra dictum eſt; à reliquis nihil ſupereſt memoriâ dignum.

POETARUM NOMINA AB ALEXANDRO M. AD CONSTANTINOPOLIM CAPTAM.

SUB his temporibus claruerunt Philippides, Neophron, Lycon Comicus, Alexis, Chærilus, Agis Argivus, Æſchion, Ariſtoteles, Cratetes duo, Thriaſius & Thebanus, Archedicus Comicus, Menander, Philemones duo, Lycius Samius, Apollodorus Gelous, Philetas Cous, Euhemerus, Simmias Rhodius, Poſidippus, Diphilus, Rhinton, Sophylus, Zenodotus, Antagoras, Hermodotus, Anaxippus, Heraclitus Halicarnaſſeus, Timon Phliaſius, Sophron Comicus, Cleanthes, Damoxenes Comicus, Myro Byzantia, Æantides, Philiſcus, Tragiſcus, Alexander Ætolus, Ariſtonymus, Eratoſthenes, Euphorio, Rhianus, Callimachus junior, Simonides Magneſius, Soſitheus Syracuſanus, Apollodorus Grammaticus, Antipater Sidonius, Anaxipolis Thaſius, Dionyſius Scytobrachion, Archias, Parthenius. *Horum omnia præter pauciſſimorum reliquias perierunt.* Veruntamen Theocritus Poeta ſuperſtites habet X. Eclogas ruſticas, atque Σύριγγα ſive Fiſtulam ob figuræ ſimilitudinem: Inſcriptionem iſtarum X Eclogarum X verſibus, quemadmodum fiſtula ex decem cicutis compingi ſolet, tamen diſparibus; claruit ſub Lagide & Ptolemæo Philadelpho, Olymp. CXXIII. an. IV. Simmias Rhodius ſub temporibus Lagidæ claruiſſe videtur; ſcripſit Poemata duo, Ὠον & Πέλεκυν. Callimachus qui Hymnos reliquit, Elegias, & Epigrammata præterea ſcripſit, claruit ſub Philadelpho Olymp. CXXV. Aratus Cilix claruit Olymp. CXXVII. ſcripſit Phœnomena. Lycophron Chalcidenſis Poeta ſcripſit obſcurum Poema Alexandram, & multa alia quæ deſiderantur;

luntur; floruit sub Philadelpho. Nicander Colophonius sive Ætolus claruit sub Ptolemæo Physcone; scripsit Theriaca, & Alexipharmaca, scripsit etiam Ἑτερούμενα similia Metamorphosi Ovidii. Apollonius Rhodius Callimachi discipulus scripsit Argonautica, atque in illum commentarios Tarrhæus; vixit sub Ptolemæo III. Moschus Siculus Bucolicorum scriptor claruit Olymp. CLV. A morte Cleopatræ, quæ terminus est Poetarum proximus se ad Constantinopolim captam extendens, claruerunt Poetæ qui sequuntur: Hemitheon Sybarita, Juba rex Mauritaniæ, Nicolaus Damascenus, Antipater Thessalonicensis, Boethus, Dionysius Alexandrinus, Tyberius Cæsar, Cæsar Germanicus, Drusi ex minori Antonia filius, Titus Imperator. Soterichus Asites sub Domitiano vixit. Serapio Athenienſis sub Nervâ & Trajano claruit, nec non Rufus Ephesius, & Caninius Rufus. Sub Trajano Ptolemæus Alexandrinus, atque Phillo & Hadriano Admetus. Hadrianus Cæsar etiam Poeta fuit, & sub illo vixit Mesomedes Cretensis Lyricus. Marcellus Sidites sub M. Antonio claruit. Isagoras Poeta Tragicus sub M. Anton. philosopho claruit. Nestor Larandensis vixit sub Severo, panxitque Ἰλιάδα λεπτομερῆ. Oppianus Cilix scripsit Ἁλιευτικὰ & Κυνηγετικὰ, & clarus fuit sub Caracallâ. Alexander Severus Imperator scripsit vitas bonorum principum. Pisander Larandensis claruit sub hoc Alexandro Mammucæ filio. Oppilius Macrinus Cæsar, Versus & Epigrammata scripsit. Soterichus Oasites sub Diocletiano, quando Triphyllius etiam Episcopus Cyprius simul claruit: Apollinaris in Syriâ Episcopus clarus fuit sub Constantini liberis, &c. Eudœmon Peluſiotes sub Juliano vixit. Calliſtus, Ionicus Sardenſis, Milesius è Smyrnâ Ioniæ, sub eodem claruerunt Juliano. Gregorius Nazianzenus eodem tempore cum Apollinare, atque Amphilochius Iconii Episcopus, vixerunt. Eusebius Scholasticus, & Ammonius celebres fuerunt sub Arcadio, & Theodosio juniore. Eudosia Theodosii junioris uxor Poetria fuit, quo tempore simul vixit Cyrus Panopolita, & Synesius Ptolemaidis Episcopus. Nonnus Panopolites qui scripsit paraphrasin in Johannem, & Dionysiaca, & Proclus

Lycius Philosophus Platonicus iis vixerunt temporibus. Isaacus sacerdos Antiochenus sub Leone in Oriente, Majoriano in Occidente claruit An.CCCCLVIII. Petrus Edissenus sacerdos, Leonis ac Zenonis temporibus claruit. Pelagius Patricius, Pamprepius Panopolitanus, & Marinus Neapolitanus claruerunt Zenonis Imperatoris temporibus. Christodorus viguit sub Anastasio, simul Timotheus Gazæus, Grammaticus & Poeta. Quintus, Coluthus, Tryphiodorus, Musæus, vixerunt (quantum video) sub Leone, Zenone, & Anastasio. Marianus Marsi filius viguit sub Anastasio. Paulus Cyrus Florus Silentiarius claruit Justiniani tempore. Agathias Scholasticus Smyrnæus, & Tribonianus Sideres claruerunt sub eodem Justiniano, atque Eunomianus. Georgius Pisides claruit sub Heraclio Phocæ successore. Johannes Damascenus sub Leone Isauro, & Constantino Copronymo Imperatoribus vixit. Cosmas Hierosolymitanus clarus fuit iisdem temporibus. Michael Psellus Πολυγραφώτατος viguit sub Constantino Monomacho, Michaele Stratiota, & Isaacio & Comneno. Michael Ducas Imperator Pselli discipulus versibus faciendis se oblectavit. Ephraim initio seculi decimi tertii claruit. Planudes Monachus Constantinopolitanus ex Meleagri Philippi, atque Agathiæ singulos singulorum editionibus Epigrammatum collegit ea quæ maximè arriserunt, ac septem libris titulis κατὰ στοιχεῖα dispositis digessit; floruisse videtur An. cIↃ CCC LXX. Captâ Constantinopoli plus Græca Poesis in Italiâ quàm Græciâ viguit At post eam captam Musurus Cretensis pòst Archiepisc. Epidaurensis paucis Epigrammatis, maximè isto quod præfixit Platonis operibus, claruit; item iisdem temporibus Johannes Lascaris. Leonardus Fortius Romanus scripsit vulgari Græcâ linguâ carmina de Re Militari & Instrumentis Bellicis, An. cIↃ IↃ XXXI.

DE POETIS GRÆCIS INCERTÆ ÆTATIS.

A.

AGathyllus Arcas Poeta Elegiographus. Alcander. Alcimenes duo Megarenſis Tragic. & Athenienſis Comic. Ananias Iambographus. Anthippus Comicus. Anyte Poetria. Anyte Poetria. Archeſtratus. Ariſtæus. Ariſton Chius Tragicus. Ariſtophon. Aſius. Augeas Athenienſis. Autocrates. Axionicus.

B.

Babrias. Batton Comicus. Batalus Epheſius. Blæſus. Bœotus. Boiſcus Cyzicenus. Butas Poeta Elegiacus.

C.

Callias Athenienſis. Callinus. Cantharus Athenienſis Comicus. Capito Alexandrinus. Capnias Poeta. Carneades Poeta Elegiacus. Cato ſive Batto Comicus. Charmus Syracuſanus. Chryſippus Georgicorum ſcriptor. Chryſippus Tyancus. Clearchus Comicus. Cleomenes Rheginus. Cleophon Athenienſ. Tragicus. Clidæmus. Clonas Tegeates. Corinnus. Cyliſcus Tragicus.

D.

Damocharis Poetria. Damocrates. Daphitas. Demetrii Poetæ quatuor, Tarſenſis, Satyricus, Comicus, atque Epicus. Demetrius Phalereus Comicus. Demochares Solenſis. Dexicrates Athenienſis Comic. Dicœogenes Tragicus. Dionyſiodorus Trœzenius. Dionyſius Ἐποίπτης. Diocippus Athenienſis Comicus. Doſiadas patriâ Rhodius condidit ex carminibus Βωμὸν ſive Aram, à figurâ ſic dictam. Salmaſius primus edidit, atque eruditas notas addidit. Ecphantis

E.

Ecphantis Comicus. Elephantis sive Elephantina poetria. Epigenis Μνημάτιον. Epilycus poeta Chius. Epinicus Comicus. Euages. Euangelus Comicus. Euanthes. Eudemus poeta Medicus. Euphron Comicus. Euphronius poeta. Euthycles. Euthydemus. Ezechiel poeta Judæus Tragœdiam de Mose conscripsit, quæ extat Græcè cum tralatione.

H.

Hedylogus Samius poeta. Hegemon poeta Epicus. Hegemon Thasius. Hegesianax. Hegias Træzenius. Heliodorus poeta & medicus. Heniochus. Heraclides duo. Heraclitus poeta Lyricus. Hermesianax Colophonius poeta Elegiacus. Hestica Alexandrina poetria. Hyperochus Cumanus. Ibycus Rheninus.

L.

Leontius Argivus Tragicus poeta. Licymnius Chius. Lyceon. Lysimachus Bœotus Comicus. Lysippus Tragicus. Leuceas Argivus poeta.

M.

Machon Sicyonius vel Corinthius vel Carystius. Manethos Mendesius vel Diospolites. Marachus vel Malachus poeta Syracusanus. Marcus episcopus Hydrunti. Matreas ὁ λαόπλανος. Matro. Melanopus Cumanus. Menecrates Syracusius. Menelaus Ægeus poeta heroicus. Metagenes. Metagenes alter Comicus Atheniensis. Mnasalces Platæensis. Mœro poetria.

N.

Naucrates Comicus. Naumachius poeta Christianus. Nausicrates Comicus. Nicænetus Abderites vel Samius poeta

poeta. Nicocles Comicus Aristophani æqualis. Nossis poetria Lyrica, cujus hodie quædam habentur. Nothippus Tragicus.

O.

Olen Hymnographus. Ophelion poeta Comicus.

P.

Palladas. Pancrates poeta Arcas. Panolbius. Parocles. Petreius vel Petridius, vel Petrichus, aut Petricus, Phanocles, Phœdimus, Pherenicus Heracleota. Philœnis Leucadia poetria. Philyllius. Philiscus Comicus. Philostratus Athenienſis. Phlegides. Phœnicisis Comicus. Polycritus. Polyeuctus Comicus. Proicus Phocæus poeta Epicus. Polymnestus poeta Colophonius. Polyzetus. Promathidas Heracleota. Prolemæus Cytherius poeta Epicus. Pythangelus Tragicus. Pythostratus.

S.

Sacadas. Sacas poeta Tragicus. Scythinus Teius. Seleucus Tarsenſis. Silanion. Simonides Caryſtius vel Iretrienſis. Simulus. Sopater Parrias. Spintharus Heracleotes. Stephanus Sabbaita. Straton.

T.

Theodosius Tripolites. Theolytus Methymnæus. Theodoritas poeta Syracusanus. Theodorus Tragicus. Theodorus Colophonius. Theophanes episcopus Niceus. Timachidas Rhodius. Timocles duo ambo Comici. Timesitheus Tragicus.

X.

Xenarchus poeta Tragicus.

DE VETERUM POETARUM LATINORUM TEMPORIBUS.

TEmpora Latinorum poetarum in duo diſpeſcuntur : prius incipit ab urbis incunabulis, ſeque extendit ad poeſin quaſi extinctam & ſepultam ; poſterius ab eadem poeſi tanquam ab Orco revocatâ. Prioris temporis ſunt quinque ætates ; puerilis, creſcens, adulta, decreſcens, decrepita. Puerilis ætas ſub regibus fuit, atque deinceps uſque ad finem primi belli Punici. Verſus Saliorum ſunt à rege Numa inſtituta. In legibus XII. Tabularum interdicitur carmine malo. Vivendi præcepta carmine tum complectebantur. Tull. in ſecundo de Leg. Diſcebamus pueri XII. ut carmen neceſſarium. Moris etiam erat, ut in conviviis vel aſsâ voce, vel fidibus aut tibiis canerent carmina in laudem majorum.

Ætas poeſeos creſcentis incipit ab an. 1. primi belli Punici, hoc eſt, urbis conditæ Ↄ XIV. quando Livius Andronicus primus fabulam docuit. Cn. Navius qui primo bello Punico militarit, quinquennio poſt Livi exemplum ejus belli hiſtoriam reliquit. Q. Ennius mortuo Navio clareſcere cæpit Romæ. Natus eſt Ennius an. urbis Ↄ XIV. obiit ſeptuagenario major. P. Licinius Tegula, incertum an idem ſit Licinius Imbrex, poeta Comicus. Scripſit P. Licinius Tegula carmen à ter novenis virginibus decantandum, & cui quartus inter Comicos datus fuit locus. Marcus Pacuvius Tragicus, & Cæcilius Comicus tum vixerunt. Attius aliquanto Pacuvio junior fuit, & Tragœdiarum ſcriptor. Attilius circa hæc tempora floruiſſe perhibetur. Plautus Sarſinas ex Umbriâ vixit temporibus Pacuvii atque Attii, ſcilicet extremis belli Punici ſecundi, ac XVII

pre-

proximis. Lucilius claruit in Satyra hi ce temporibus, empe cum Pacuvio & Attio. P. Terentius Afer ſum-o in honore fuit inter bellum Punicum ſecundum & rtium. Q. Fabius Labeo, & M. Popilius Conſulares ri ac poetæ fuerunt Terentii ætate. Tum floruit Tur-ilius Comicus. C. Lucilius claruit an. urbis IↃCXXV. s fuit eques Romanus. M. Furius cognomento Biba-ulus poeta naſcitur Olymp. CLXIX. an. II. A. Furius ntias eodem tempore floruit. Q. Lutatius Catulus lymp. CLXIX. an. III. hoc eſt, an. V. C. ſexcenteſimo uinquageſimo Conſul fuit & poeta. C. Titius poeta ragicus, & Afranius quoque qui in Togatis & Atellanis xcelluit. T. Lucretius poeta naſcitur Olymp. CLXXI. Novius & Pomponius Atellanarũ ſcriptores, & T. Quin-tius Atta Togatarum ſcriptor, his temporibus clari uerunt. L. Plotius poeta tum etiam floruit. L. Julius Cæſar, Strabo poeta ædilis curulis fuit an. *V. C.* IↃLXIV. Cicero an. ætaris XVII. vertit Aratum Latinè, circa id empus carmine ſcripſit res geſtas Marii, atque Olymp. CLXXX. fecit de Conſulatu ſuo carmen tribus libris. L. Cornelius Sylla Imperator exercitus Romani ſcripſit Satyricas Comœdias linguâ Romanâ.

P. Terentius Varro Atace in provinciâ Narbonenſi naſcitur Olymp. CLXXIV. an. II. T. Quinctius Atta ſcriptor Togatarum Romæ moritur Olymp. CLXXV. P. Virgilius Maro in pago qui Andes dicitur haud procul à Mantuâ naſcitur anno Urb. conditæ DCLXXXIV. Q. Hortenſius, qui Orator fuit & Conſul anno V. C. IↃLXXXV. ſcripſit poemata, ſed laſciva. M. Valerius Cato qui ſcripſit poemata Lydiam, & Dianam, & M. Furius Bibaculus Cicerone tum Conſule floruerunt an. *V. C.* IↃCXCI. T. Pomponius Atticus qui Ciceroni æqualis fuit, ſcripſit quaternis verſibus magiſtr. ſingulo pop. Rom. & ſub imaginibus res geſtas eorum; obiit an. *V. C.* IↃCCXXI. Q. Ciceronis verſus de XII ſignis hodie ſuperſunt. Cæſius, Aquinius, Suffenus tres mali poetæ fuerunt Catulli ætate. M. Varronis qui Cice-rone decennio major erat, poematum Satyrarum, & Epigrammatum ſuperſunt fragmenta. Alius hic fuit ab illo Aracino. Decius Laberius varia ſcripſit poemata,

claruit

claruit Olymp. CLXXXI. an. III. Albinus qui Res Romanas Latino ſcripſit carmine, his temporibus floruit. C. Helvius Cinna obſcurum poema ſcripſit Smyrnam C. Licinius Calvus poeta fuit. Macer diverſus ab eo qui Botanicæ ſcripſit Iliada.

De Temporibus quibus viguit Romana Poeſis.

C. Julius Cæſar Romanam rempub. invaſit Olymp. Olymp. CLXXXIII. an. I. & poeta fuit. Valerius Soranus poeta tum claruit. Cn. Mattius Mimiambotum fuit poeta. Ninnius Craſſus fuit hujus temporis poeta. Hoſtius Julii Cæſaris temporibus poeta carmine ſcripſit bellum Iſtricum. Syrus Mimographus floruit Olymp. CLXXXIV. an. II. Laberius Mimographus moritur Olymp. CLXXXIV. an. II. Ovidius & Tibullus poetæ, nati ſunt Olymp. CLXXXIV. an. II. Cornificius poeta eodem anno interiit. Cornificia ſoror ejus poetria, cujus extant Epigrammata. Octavius Auguſtus ſcripſit verſibus hexametris Siciliam, atque Epigrammatum librum, nec non Tragœdiam Ajacem quam delevit. P. Aſinius Pollio Conſul an. *V. C.* IↃCCXIII. ſcriptor fuit Fabularum prætextarum. Caſſius Severus Parmenſis poeta, eſſe perhibetur unus C. Cæſaris percuſſorum. Gracchus & Varius ambo poetæ Tragici ſcripſerunt Thyeſtem. Codrus poeta fuit quo tempore Virgilius Eucolica ſcripſit. Bavius, Mævius, Anſer, æquales Virgilio, ſed infelices poetæ. C. Rabirius Triumvirorum temporibus ſcripſit Actiacum bellum inter Octavium & Antonium. L. Julius Calidius elegantiſſimus poeta obiit an. *V. C.* IↃCCXXII. Cornelius Gallus Forojulienſis poeta obiit Olymp. CLXXXVIII. an. II. C. Cilnius Mœcenas poeta fuit, etſi proſa & carmine mollis. Plotius Criſpinus poeta fuit Horatio æqualis. Lucius Varius & Tucca, Virgilii & Horatii contubernales, fuerunt egregii poetæ. Æmilius Macer poeta, qui de herbis, avibus, & ſerpentibus ſcripſit, Veronenſis fuit, mortuúſque eſt Olymp. CXCI. an. I. ſcripſit etiam Θηριακὰ Homeri. Æmilius Macer qui extat ſuppoſititius eſt.

eſt. Horatius poeta Romæ moritur Olymp. CXCII. an. III. Philiſtio Mimographus floruit ſtatim poſt exceſſum Horatii. Ovidius poeta in exilio diem ſuum obiit Olymp. CXCIX. an. I. Propertius Umber vixit ſub Triumviris, item Sextilius Ena Cordubenſis. Gratius Cynegeticon ſcriptor Gallus, hiſce floruit temporibus. Pedo Albinoranus fuit Ovidio æqualis, Theſeidos fuit autor. Aulus Sabinus poeta vixit Ovidii temporibus. Titius Septimius Lyricus & Tragicus claruit Auguſti ætate. Cornelius Severus poeta claruit Auguſti temporibus; illius eſt Ætna Virgilio perperam tributa. Domitius Marſus Horatio fuit æqualis, Amazonida ſcripſit & alia. Fannius poeta non valde bonus hiſce fuit temporibus. T. Valgius ſummus poeta tum vixit. Octavius poeta & hiſtoricus tum vixit. Ponticus poeta Propertio æqualis, & Ovidio conjunctiſſimus, ſcripſit Thebanum bellum, & Amores. C. Meliſſus Mecœnatis libertus Comicus fuit. Turamius Tragicus poeta fuit Ovidio æqualis. Lupus Siculus tum vixit Fabularum autor, & actor ſuarum. Corus qui de Hercule carmen ſcripſit, & duo Priſci poetæ, & Numa poeta iſtis vixerunt temporibus. Item Marius felix poeta vario carminis genere, & Prochulus Callimachi imitator, & Fontanus quoque qui deſcripſit Naidas à Satyris amatas, atque Capella poeta Elegiacus, cum Caio Cottâ generis nobiliſſimi & egregio poeta. Tum claruit Julius Montanus hexametro & pentametro pollens carmine. Largus etiam ob ingenium dictus ſcripſit de Antenore Ovidii ætate. Tum vixit Camerinus & Thuſcus, quorum alter ſcripſit de Hectore tracto, alter de Phyllide Thraciæ reginâ. Manilius ſive Manlius Aſtronomicon ſcriptor videtur potiùs Auguſti ætate, quàm Theodoſii vixiſſe, etſi aliis contrà viſum. C. Aſinius Gallus poeta fuit, quia ab Plinio in epiſtolis ejus carmina laudantur. Abronius Silo extremis Auguſti temporibus ſcripſit Fabulas pantomimis. Claudius imperator compoſuit carmen Lyricum. Germanicus Cæſar Druſi filius ab Ovidio ut poeta celebratur. Phœdrus Thrax Auguſti libertus quinque libros Fabularum Æſopicarum Iambico carmine ſcriptos reliquit. C. Lutorius Priſcus eques magni nominis

minis fuit poeta Tyberii tempore. Ælius Saturninus famosa carmina in Tyberium scripsit. Flavius Alphius Aritus vixit temporibus Augusti & Tyberii. M. Æmilius Scaurus sub Tyberio Tragœdiam Astræa dictam scripsit.

De Temporibus quibus Latinæ Poesios honos decrevit, à medio Tyberii principatu usque ad Nervæ ac Trajani tempora.

L. Annæus Seneca Cordubensis & patruus Lucani poetæ Olymp. CCXI. an. I. periit. Is fuit Tragœdiarum autor, non omnium, sed nonnullarum quæ Senecæ tribuuntur. Aulus Persius Flaccus poeta Persius mortuus est Olymp. CCX. an. II. M. Annæus Lucanus Cordubensis poeta interemptus est Olymp CCX. an. III. Petronius Arbiter qui principis sui vitam sub exoletorum nominibus descripsit, vixit & mortuus est sub Nerone. Silius Italicus consulatum gessit ultimo Neronis anno. Ab Italica Italiæ civitate Pelignorum à Sulmone septem passuum millibus distante, quæ aliter Corfinium dicebatur, nomen suum Italicus adeptus est Silius. Hi supersunt. Dicam de amissis. Cn. Lentulus Gentalicus carmine claruit Tyberii ac Claudii temporibus. C. Rhemnius Palcemon fuit Claudiano ævo poeta. P. Pomponius Secundus, vir consularis, poetáque Tragicus, floruit Caii & Claudii temporibus. Annæus Cornutus poeta Claudii & Neronis temporibus vixit. Nero Imperator fuit poeta egregius. Cæsius Bassus poeta Lyricus fuit Neronis ætate. Attius Labeo poeta vixit Neronis tempore. Euodus Rhodius poeta Epicus scripsit sermone Latino sub Nerone. Antistius Sosianus factitatis in Neronem probrosis carminibus exulavit. Hactenus de iis qui vixerunt sub Domo Juliâ; ad eos venio qui sub Flaviâ gente vixerunt, hoc est, sub Vespasiano, Tito, & Domitiano.

Statius Papinius poeta sub Domitiano vixit; reliquit V. Sylvarum libros, XII. Thebaidos, V. Achilleidos. C. Valerius Flaccus è Setiâ Campaniæ urbe, reliquit octo Argonauticorum libros, sed imperfectos. M. Valerius

lerius Martialis Bilbili in Celtiberiâ natus eſt tempore Claudii imperatoris. Non dubium eſt, quin ejus ſint XIV Epigrammatum libri: ſed Spectaculorum libellus qui præmitti ſolet, videtur eſſe collectus è variorum libellis, qui Domitiani Spectacula celebrarint. D. Junius Juvenalis Aquinas primò Declamator, pòſt Satyras ſcripſit, Octogenarius ſpecie honoris præfectus eſt cohortis in Ægypto, ubi veriſimile eſt ſcripſiſſe Satyram de Ægypti portentis, atque alteram de Militiæ incommodis. Sulpitiæ extat Satyra unica. Terentianus Maurus, cujus ſuaviſſimum carmen ſupereſt de arte Metricâ, hiſce temporibus vixiſſe videtur.

Ex deperditis Poetis ſunt——

Curiatius Maternus, Tragœdiam ſcripſit Veſpaſiani temporibus. Salleius Baſſus poeta egregius iiſdem temporibus. Curtius Montanus carmina ſub Veſpaſiano condidit. Titus, & Domitianus carminibus valuerunt. Turnus poeta Satyricus, & Scæva Memor fratres, Canius, & Paſſienus poetæ ſub Tito & Domitiano fuerunt. Aruntius Stella poeta ſub iiſdem temporibus claruit. Cordus ſive Codrus poeta Theſeida ſcripſit; floruit iiſdem temporibus. Paccius, Fauſtus, Rubrenus Lappa claruerunt. M Unicus, Ligurinus, Luſtricus Brutianus, & Theodorus poeta ſub Domitiano vixerunt. Canius poeta Gaditanus tum claruit, & Theophila uxor ejus poetria. Tum Licinianus vixit Martialis popularis poeta. Voconius Victor poeta tum vixit; ſimul Apollinaris vixit, ſed dubium an poeta fuerit. Paſſienus poeta elegiacus patriâ Umber ſub Flaviis claruit. Sabellus & Muſæus impuriſſimi poetæ ſub Domitiano & Nervâ fuerunt.

Poetæ Latini à Nervæ & Trajani temporibus uſque ad Romani Imperii finem in Occidente.

VIrgilius Romanus poeta Comicus, & Mimius Iamborum ſcriptor vixit Trajani temporibus, Annæus Florus vixit Trajani & Hadriani ævo. Annianus poeta floruit ſub Trajani & Hadriani ævo. Julius Paullus poeta literarum veterum doctiſſimus tunc claruit. Marcus

Marullus

Marulius mimos docuit temporibus M. Antonini philosophi. Tertullianus Carthaginensis in poetis numerari potest, qui sub Severo imperatore vixit. Q. Serenus Sammonicus, è cujus multis soli de Medicina libri supersunt. Toxotius Senator sub Antonino Cæsare poema reliquit. Gordianus Cæsar pater Antoniniada carminibus. M. Aurelius Olympius Nemesianus Carthaginensis poeta Cynegeticon reliquit, & Eclogas quatuor; vixit sub imperatore Caro & filiis ejus Charino & Numeriano. Gallienus Cæsar carmine excelluit. Numerianus Cæsar poesi valuit. Rhemnius Fannius Arnobii discipulus claruit sub Constantino Magno, nec non Tyberianus poeta. P. Optatianus Porphyrius Panegyricum misit Constantino Magno. Juvencus Presbyter nobilis Hispanus claruit iisdem temporibus. Lactantius Firmianus Arnobii discipulus carmine hexametro Hodœporicon scripsit Constantini M. ævo. Hilarius Pictavienſis episcopus fuit. Hymnographus sub Constantio Arriano principe. Marius Victorinus Afer carmen scripsit, quod extat de VII fratribus Maccabæis sub eodem Constantio. Aquilius, sive Attilius, aut Cœcilius Severus scripsit ὁδοιπορικον tam prosâ quàm carmine: extremis liberorum Constantini temporibus, ac sub Juliano ac Valentiniano Cæsaribus vixit. Ausonius Burdigalensis sub Valentiniano, Gratiano, & Theodosio vixit. Gratianus Cæsar Ausonii poetæ discipulus carmina faciebat. Rufus Festus Avienus Gratiani ac Theodosii temporibus vixit, Aratum, & Dionysii Περιήγησιν carmine Latino transtulit, &c. Damasus Hispanus Hymnographus vixit Valentin. Gratiani, Valentiniani junioris & Theodosii Magni temporibus. Latronianus Hispanus poeta celebris vixit temporibus Maximi Cæsaris, qui Gratiano interempto regnavit. Titianus Rhetor Iambicis trimetris Apologos scripsit. Marcellus sub Theodosio claruit, cujus carmen de Medicinâ est in poematis veter. à Pithœo collectis. Ambrosius Mediolanensis episcopus Hymnos scripsit, vixitq; Gratiani ac Theodosii temporibus. Aurelius Prudentius Clemens claruit sub Theodosio M. ac liberis ejus. Claudianus poeta Alexandrinus vixit sub Arcadio & Honorio. Pontius Paulinus episcopus Nolanus

nus claruit ſub Theodoſio Mag. atque ejus liberis. Flavius Hieronymi æqualis ſcripſit carmine hexametro de re medicâ. Licentius Hipponenſis ſcripſit poema de amoribus Pyrami ac Thiſbes; ſub Honorio vixit. Rutilus Claudius Numantianus Gallus, Honorii ævo ſcripſit Itinerarium, ſed odium ſpirans religionis Judaicæ ac Chriſtianæ. Decius Satyricus fuit illi æqualis. Scriptor Comœdiæ quæ Plauti Quærolus eſt, vixiſſe vi-detur Theodoſii vel Honorii ævo. Proba Falconia ſeu Faltonia poetria vixit Honorii & Theodoſii junioris ævo. Cœlius Sedulius presbyter Scotus Hymnographus vixit ſub Theodoſio junlore. Proſper Aquitanicus ſcri-pſit carmen adverſus ingratos, &c. quæ in omnium ſunt manibus; claruit extremis Valentiniani III tempo-ribus. C. Sollius Apollinaris Sidonius natus ſub The-odoſio juniore & Valentiniano III. factus eſt Arverno-rum epiſcopus, ſcripſit præter alia XXIV poemata quæ habemus. Victorius poeta fuit Sidonio æqualis.

Poetæ ab amiſſo Occidentis imperio, uſque ad idem à Carolo M. reſtitutum.

CLaudianus Mamertinus Viennenſis epiſcopus ſcri-pſit carmen de ſtatu animæ, vixitque ſub Zenone imperatore. Claudius Marius Victor claruit ſub Ze-none; ſcripſit in Geneſin carmine hexametro. Alcimus Edicius Avitus archiepiſcopus Viennenſis, temporibus Anaſtaſii claruit: ſuperſunt illius lib. V. de Mundi ori-gine &c. Gelaſius papa ſub Anaſtaſio hymnos condidit eccleſiaſticos. Anitius Manlius Boethius Severinus Græ-cè & Latinè doctiſſimus quantum poeſi valuit, oſtendunt lib. V. de conſolat. philoſophiæ, quos exul Ticini ſcri-pſit, cùm in oriente Zeno, dein Anaſtaſius, in Italiâ Odoacer; exin Theodoricus rexit. Ennodius Tici-nenſis epiſcopus ſcripſit Hymnos atque Epigramma-ta; fuit Ticinenſis epiſcopus ſub Theodorico Oſtgotto Italiæ rege. Theodolus ſcripſit carmina de Miraculis Veteris Teſtamenti ſub Zenone & Anaſtaſio. Tum Go-delbertus vixit, cujus opera hodie extant. Ruſticus Helpidius medicus Theodorici regis Gothorum ſcripſit hiſto-

hiſtoriam vet. & novi Teſtam. carmine hexametro, &c. Priſcianus Grammaticus tum Conſtantinopoli claruit, forteſſe carmine hexametro Latino vertit Dionyſii περιήγησιν. Orentius Tarraconenſis epiſcopus & poeta claruit ſub Anaſtaſio an. IↃXVII. Marcus monachus Benedictinus temporibus Juſtini Thracis ſcripſit Benedicti vitam carmine hexametro. Arator hiſtoriam Apoſtolicam è Lucâ expreſſit ſub Juſtiniano an. IↃLX. Venantius Honorius Clementianus Fortunatus anno IↃLXV. Hodæporicon ſcripſit. Corippus Grammaticus ſcripſit de laudibus Juſtin. II. Auguſti carmine hexametro. Stephanus presbyter Africanus ſcripſit ſub Juſtino juniore vitam (ut videtur) S. Germani. Martianus Mineus Felix Capella gente Afer vixiſſe videtur temporibus Mauritii imperatoris. Illephonſus ſive Alphonſus Toletanus epiſcopus, ſcripſit Hymnos, Epitaphia, atque Epigrammata; obiit ſub Conſtante anno IↃCLXVII. Drepanius Florus Gallus ſcripſit hymnos Conſtante, & Conſtantino Pogonato imperantibus. Aldhelmus ſive Atthelmus, & Aldelmus Abbas in monaſterio Malmeſburienſi in poeticâ excelluit: de illo,

Aldhelmus cecinit millenis verſibus Odas.

Beda Venerabilis presbyter Anglus vixit temporibus Juſtiniani junioris & ſequentium imperatorum, ſcripſitque de Juſtini martyrio &c. Ethelwolphus Bernicius, Lupus cognomento, luſit de origine fani S. Petri, ad orientale Berniciorum litus: vixit in Angliâ an. IↃCCL. Paulus Diaconus Aquileienſis à Carolo rege captus eſt an. IↃCCLXXIV. compoſuit Hymnos ſacros. Ferius Hilpericus heroico carmine exaravit congreſſum Caroli M. & Leonis pontificis.

Poetæ à Caroli M. Temporibus, ad exceſſum Ludovici Bavari.

THeodulphus Abbas Floriacenſis, deinde Epiſcopus Aurelianenſis, claruit ſub Ludovico Pio; carmen ſcripſit die Palmarum cantandum. Rabanus Maurus claruit Epiſcopus Moguntinus an. IↃCCCXLVIII. poe-

mate

tate isogrammatico. Strabus monachus Fuldensis poeta ixit sub Ludovico & Lothario imperatoribus. Huguldus sub Carolo calvo scripsit poema de laude calvoum. Gallus Milo floruit an. IↃCCCLXXX. scripsit rmen de Sobrietate. Ericus Altisiodorensis scripsit oema de vita S. Germani sub Carolo Calvo. Abbo moachus cœnobii S. Germani à Pratis, scripsit duos libros e obsessa à Normannis sive Danis Lutetia. Roswid monis scripsit de gestis Othonum heroico carmine, comœas VI. & Elegiacum carmen de laudibus B. Virginis: aruit illa sub Othone I. & II. imperatoribus. Fulbertus arnotensis scripsit hexametra de Beata Virgine, &c. tate Othonis III. Medici scholæ Salernitanæ scripseunt carmina de conservanda valetudine, Henrici I. Anliæ regis ætate. Marbodæus Gallus præsul Rhedenens Thebæorum vitam carmine comprehendit, atque ia, vixit an. cIↃL. Amatus monachus Casinensis onasterii scripsit carmine de gestis Petri & Pauli, Henici IV. temporibus. Tum fuit Sigebertus Gallus, qui armine varia signavit. Hydalbertus sive Hildebertus ripsit hexametra & pentametra, quæ supersunt tum emporis. Guido Ambianensis episcopus carmine scrisit vitam Gulielmi Conquæstoris Angliæ regis. Hildeertus Turonensis episcopus claruit an. cIↃCXXV. variāque carmine scripsit. Petrus de Riga Remensis ixit tempore Frederici Barbarossæ an. cIↃCLXX. Gohefridus Viterbiensis chronicon partim carmine scrisit; vixit an. cIↃCLXXXVI. Guntherus claruit an. IↃCXI. Æqualis huic fuit Theodericus Leodiensis. osephus Exoniensis scripsit sex libros de bello Troano; claruit sub Henrico II, Ricardo & Johanne Angliæ regibus. Philippus Gualterus Castellionius Magalonensis episcopus scripsit Alexandreidos libros IX. claruit an. cIↃCCL. Stephanardus è Vicomercato monachus Dominicanus chronicon carmine reliquit, qui floruit an. cIↃCCLXXX. Alanus de Insulis Teutonicus criptor operis contra Claudiani Rufinum claruit anno IↃCCC. Guidus præsul carmine scripsit Bibliæ Margaritam; floruit an cIↃCCCV. Guido Ferrariensis carmine etiam scripsit Margaritam Bibliæ, floruitque anno IↃCCCX.

A tempore Ludovici Bavari poesis Latina renascebatur.

FRanciſco Petrarchâ diffundente præclara ingenii monumenta circa an. cIↃCCCXL. Doctrina & Poesis reviviſcere incepit, cùm is eſſet poeta egregius. Joannes Gerſon claruit an. cIↃCCCC. Maphæus Vegius præter Epigram. ſcripſit librum Æneidos XIII. Conradus Moguntinus poeta claruit an. cIↃCCCCXL. Jovianus Pontanus, qui claruit circa an. cIↃCCCCLX. magnum poeſi attulit lumen, quibus temporibus Angelus Politianus carmine excelluit. Nicolaus Valla qui carmine Heroico reddidit partem Iliadis Homeri, claruit cIↃCCCCLX. Franciſcus Philelphus Hecatoſticha ſcripſit cIↃCCCCXLVIII. Michael Marullus Conſtantinopolitanus Politiano æqualis, ſed aſſiduus ejus obtrectator, ex Romanis Muſis multum laudis acquiſivit. Actius Syncerus Sannazarius poeta claruit an. cIↃIↃXXI. Hoc tempore Poeſis ad vigorem pervenit. Alios poetas avorum, patrum, ac noſtrâ ætate non eſt animus numerum inire.

Poetæ incertæ Ætatis, ſed ante Carolum M.

ANicenus. Arrianus. Aulus. Serenus poeta Lyricus. C. Julius Solinus. Calpurnius. Dorcatius. Endeleichus. Fabius Dorſennus Attellanarum poeta. Gannius. Hoſtilius. Juventius Comicus. Lœlius. Lœvius. Lentulus Mimographus. Mummius. Oſidius ſive Hoſidius Geta. Rutilius Geminus. Severus Rhetor & poeta Chriſtianus. C. Julius Solinus. Succius Comicus. Suevius poeta Epicus. Sympoſius. Terentius Libo Fregellanus.

Poetæ incertæ Ætatis poſt Carolum M.

Antigammaratus. Decionus Emeritenſis. Dracontius. Facetus poeta memoratur à Lilio, cujus ætatem ignorat. Floretus. Gamphredus. Joannes Nantuillenſis Anglicus. Pamphilus. Romulus.

FINIS.